



**Marco Buonocore (Hrsg.)**

---

**Corpus inscriptionum Latinarum / consilio et auctoritate  
Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis editum**

**Volume 9: Inscriptiones Calabriae, Apuliae, Samnii, Sabinorum,  
Piceni Latinae**

**Supplementum Pars 1: Regio Italiae quarta supplementum**

**Fasciculus 3: Marsi - Aequi (CIL IX 7639-8187)**

Berlin/Boston: De Gruyter, 2020

ISBN: 978-3-11-070898-1

Persistent Identifier: urn:nbn:de:kobv:b4-opus4-39456

---

Die vorliegende Datei wird Ihnen von der Berlin-Brandenburgischen Akademie der Wissenschaften unter einer Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 4.0 International (cc by-nc-sa 4.0) Licence zur Verfügung gestellt.



CORPVS  
INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE  
ACADEMIAE SCIENTIARVM  
BEROLINENSIS ET BRANDENBVRGENSIS  
EDITVM

VOLVMINIS NONI  
SVPPLEMENTVM  
PARS PRIMA

DE GRUYTER  
MMXX

INSCRIPTIONES  
CALABRIAE APVLIAE SAMNII  
SABINORVM PICENI  
LATINAE

CONSILIO ET AVCTORITATE  
ACADEMIAE SCIENTIARVM  
BEROLINENSIS ET BRANDENBVRGENSIS  
EDITAE

REGIO ITALIAE QVARTA  
SVPPLEMENTVM

FASCICVLVS TERTIVS  
MARSI – AEQVI  
(CIL IX 7639–8187)

EDIDIT  
MARCO BUONOCORE

DE GRUYTER  
MMXX

Dieser Band wurde im Rahmen der gemeinsamen Forschungsförderung von Bund und Ländern im Akademienprogramm mit Mitteln des Bundesministeriums für Bildung und Forschung und mit Mitteln des Regierenden Bürgermeisters von Berlin, Senatskanzlei – Wissenschaft und Forschung erarbeitet.



Gedruckt auf säurefreiem Papier,  
das die US-ANSI-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-11-070898-1  
e-ISBN (PDF) 978-3-11-071136-3

*Bibliographische Information Der Deutschen Nationalbibliothek*

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie;  
detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über <http://dnb.ddb.de> abrufbar.

*Library of Congress Control Number: 2020942753*

© 2020 Walter de Gruyter GmbH, Berlin/Boston  
Druck und Bindung: Hubert & Co. GmbH & Co. KG, Göttingen

[www.degruyter.com](http://www.degruyter.com)

## CONSPECTVS HVIVS FASCICVLI

	p.	n.
Praefatio .....	CLXXXIII	
Abbreviationes .....	CLXXXVII	
Conspectus auctorum operumque laudatorum .....	CLXXXIX	
Periodica seriesque abbreviate laudatae .....	CCXXIX	
Explicatio notarum .....	CCXXXVII	
Pars sexta: Marsi .....	1713–1885	7639–7872
LXXX. Cerfennia .....	1713–1727	
Addenda et corrigenda .....	1713–1715	3649–3653. 6347
Falsa .....	1715	783*–785*
Tituli novi .....	1716–1727	7639–7666
LXXXI–LXXXII. Marsi Marruvium .....	1727–1826	
Addenda et corrigenda .....	1727–1765	356*. 358*. 3324. 3654–3832. 6348. 6413
Tituli Osci .....	1766	1–2
Falsa vel aliena .....	1766–1767	786*–789*
Tituli novi .....	1767–1826	7667–7796
LXXXIII. Marsi Antinum .....	1826–1838	
Addenda et corrigenda .....	1826–1833	3833–3846
Tituli novi .....	1833–1838	7797–7805
LXXXIV. Supinum vicus .....	1838–1871	
Addenda et corrigenda .....	1838–1848	359*. 3847–3884
Falsa .....	1848	790*–791*
Tituli novi .....	1848–1871	7806–7857
LXXXV. Lucus Angitia / Angitia .....	1871–1885	
Addenda et corrigenda .....	1871–1876	360*–364* 3656. 3885–3904/5
Falsum .....	1877	792*
Tituli novi .....	1877–1885	7858–7872
Pars septima: Aequi .....	1886–2102	7873–8187
LXXXVI. Alba Fucens .....	1886–2039	
Addenda et corrigenda .....	1886–1924	369*. 372*. 374*–375*. 3726. 3906–4050. 4177. 6349–6350
Falsa .....	1924–1925	793*–796*
Tituli novi .....	1925–2039	7873–8117
LXXXVII. Carsioli .....	2039–2067	
Addenda et corrigenda .....	2039–2054	376*–378*. 3715. 4051–4102
Falsa vel aliena .....	2054	797*–799*
Tituli novi .....	2055–2067	8118–8149
LXXXVIII. Aequiculani vel potius *Aequiculum .....	2067–2098	
Addenda et corrigenda .....	2067–2080	379*. 381*–386* 4103–4165
Tituli novi .....	2080–2098	8150–8186

---

	p.	n.
LXXXIX. Cliternia .....	2098–2102	
Addenda et corrigenda .....	2098–2101	4166–4176. 6351
Titulus novus .....	2102	8187
Index minor .....	2103–2112	
Tabellae synopticae .....	2113–2116	

## PRAEFATIO

Cum d. 12 m. Sept. a. 1979 Romam rediens e civitate Teate Marrucinarum, ubi, monente praefecto antiquitatum GIOVANNI SCICHLONE, omnes titulos Latinos in museo nationali servatos inspexeram descripseramque, pulcherrimas regionis Aprutinae plagas ab auctoribus et antiquis et recentioribus saepius memoratas e hamaxostichi fenestra contemplatus essem, mihi primum in mentem venit omnes inscriptiones regionis quartae Augusteae colligere, comparare, describere, recognoscere ad supplementum voluminis IX Corporis Inscriptionum Latinarum edendum (etiam vide, quae scripsi in *Epigraphica* 44, 1982, 169–188). Postquam schedas titulorum in museo Teatino servatorum perscripsi (denuo maximas ago gratias GIOVANNI SCICHLONE, qui imagines et ope lucis expressas et delineatas a viris peritis sumptas mihi officiose suppeditaverit), magister meus SILVIO PANCIERA officium inscriptionum ad urbes Teate Marrucinarum et Histonium pertinentium edendarum mihi commisit. Qui tituli in nova serie vocata *Supplementa Italica* a. 1983 publici iuris facti sunt. Posthac, praeter officia Vaticana, ad colligendas totas inscriptiones regionis IV Augusteae, non solum illas in Corpore editas vel etiam post Corpus editas vel etiam nondum vulgatas, animum et mentem intendi. Qua re HANS KRUMMREY, vir rei epigraphicae peritissimus, a. 1986 – postquam supplementum inscriptionum Latinarum aetatis rei publicae ab Attilio DEGRASSI a. 1965/68 confectum edendum ipse curavit – suasit, ut mihi haesitabundo officium supplementi Corporis voluminis IX titulos regionis quartae complectentis praeparandi committeretur, Academia Scientiarum Berolinensi consentiente atque probante. Ilico opus omnibus viribus aggressus sum et illa itinera difficillima sed fructuosissima per totam regionem quartam, MOMMSEN illum sequens, iteravi. Cuius regionis fines servavi, quos indicat Plinius (*nat.* 3,12), addam MOMMSEN duce (p. 203) sub exemplo Strabonis et Ptolomaei agrum urbium Telesiae et Allifarum (quamquam viri docti quidam cogitant, fortasse recte, Telesiam et Allifas ad Campaniam referendas esse, immo Tibur non Latio veteri sed regioni quartae fuisse). Inde a meridie ad septentrionem Samnites, Frentanos, Marrucinos, Paelignos, Vestinos, Marsos, Albenses, Aequiculanos et Sabinos habes. Quo opere addenda et corrigenda ad inscriptiones, quas invenies in Corpore, et editio titulorum, qui hoc Corpore adhuc aut afuerunt aut minus recte publici iuris facti sunt, continentur. Cuius autem regionis et titulos ad instrumentum q. d. domesticum pertinentes, si excipias fistulas et signacula, et miliaria a me collecta, quae in volumine huius Corporis XVII sum editurus, non recensui.

In titulis describendis leges regulasque, quas magister optimus GÉZA ALFÖLDY in praefatione fasciculi tertii partis octavae voluminis sexti Corporis (p. XII–XIV) statuit, plerumque secutus sum.

In inscriptionibus aut in museis aut in antiquarum rerum repositis receptaculisque servatis comparandis vel praefecti vel ministri antiquitatum vel rectores collectionum mihi subsidio fuerunt, titulos ineditos publici iuris faciendos hoc opere edi permiserunt et me multifarie adiuverunt, qui sequuntur ordine alphabetico nominati, GIUSEPPE ANDREASSI (*Chieti*); ALESSANDRO BETORI (*Roma*), antiquitatum regionis Sabinae peritissimus, d. 7 m. Mart. a. 2015 me deduxit in Forum Novum et in antiquarium nuncupatum *Museo territoriale dell'agro foronovano* nec non de titulis regionis eiusdem comiter me certiore fecit; ADELE CAMPANELLI (*Chieti*); CARLOTTA CARUSO (*Roma*); validissimo auxilio EMANUELA CECCARONI (*Chieti*) de titulis praecipue Albensibus usus sum; LUCILLA D'ALESSANDRO (*Roma*), cum qua Tibure in repositis praefecturae antiquitatum regionis Latii situs in *Tempio d'Ercole* d. 27 m. Iul. a. 2015 titulos Foronovanos et Trebulanos reperire potui; ANGELA DI NIRO (*Campobasso*); VINCENZO D'ERCOLE (*Chieti*); ALIA ENGLER (*Roma*); AMALIA FAUSTOFERRI (*Chieti*) de titulis et Histoniensibus et Carsiolanis semper me certiore fecit; ROSANNA FRIGGERI (*Roma*) imagines photographicas titulorum servatorum in *M. N. R.* mihi suppeditavit; SANDRA LAPENNA (*Chieti*); ZACCARIA MARI (*Roma*) prompta voluntate in titulis regionis Aequae inquirendis semper me adiuvit; MARIA LUISA NAVA (*Capua*); ANGELO PELLEGRINO (*Roma*); ANDREA PESSINA (*Chieti*); ANTONIO SALERNO (*Caserta – Benevento*); MARIA RITA SANZI DI MINO (*Chieti – Roma*); ANDREA ROSARIO STAFFA (*Chieti*) in titulis Histoniensibus et Pinnensibus colligendis magno auxilio semper fuit nec non collectanea in aedibus heredum gentis DE GIORGI *Lanciano* me quoque docuit; CRISTINA TERZANI (*Isernia*); ROSANNA TUTERI (*Chieti*).

Attamen hoc opus sine auxilio virorum mulierumque multorum mihi oblato perfici non potuit. Imprimis memorandi sunt omnes amici et fautores huius supplementi (in quo Deo et valetudine adiuvantibus annos fere quadraginta consumpsi), qui consiliis percontationibusque de titulis mecum communicaverunt, imagines vel photographicas vel delineatas mihi suppeditaverunt, libros comparandos animis promptis paratisque et post multum laborem et opera strenua ostenderunt et quae reppererunt vel excogitaverunt liberaliter permiserunt edenda: CLAUDIA ANGELELLI, quae titulos agri vicos, qui hodie dicuntur *Colmartino*, *Collescipoli*, *Moggio Reatino*, *S. Antimo*, *Stroncone* et *Voscigliano*, complectentis summo studio inquisivit; MICHELE CARROCCIA, cum quo laetas horas vespertinas exegi et itinera epigraphica per regionem Samnitum saepius feci; CESARE CASTELLANI, qui non solum titulos regionis Marsae sed etiam Albenses, Carsiolanos, Corfinienses et Curenses magna cum diligentia nec non ratione stabili firmaque investigavit, ut notitia loci, in quo ipsi nunc adservantur, veridica ad hoc tempus esset; GIUSEPPE CHISARI a. 2014 me certiore fecit de titulo n. 8643 muro exteriori affixo domus rusticae sitae in praedio appellato *Cognolo*, quocum a. 1999 tit. n. 4119 servatum *Concerviano* (*Rieti*) muro cuidam exteriori affixum fontis in ambulacro positi, qua ad cenationem monachorum coenobii S. Salvatoris Maioris itur, quoque contuli; CATERINA CIABARRA, quae crebros titulos regionis Vestinae mihi ostendit et librum suum machina dactylographica redactum thesis doctoris dignitatis nominisque a. 2015/16 Romae impetratae apud *Università di Roma "Sapienza"* mihi suppeditavit; GABRIELE CIFANI, cum quo collectanea musei Aquilani a. 1993

contuli, titulos Vestinos, quos recensuit, mihi comiter suppeditavit; titulos, qui adhuc exstant, Nursinos et illos per regionem Nursinam sparsos commode m. Oct. a. 2013 cum ROMANO CORDELLA, qui de titulis nonnullis Amiterninis servatis in vicis *Coppito*, *Lucoli*, *Rocca S. Stefano* et *Tornimparte* me certiore a. 2015 quoque fecit, excutere potui; ALESSANDRO D'AMATO, cum quo a. 1982 et 1987 titulos regionis Marsae crebros contuli et cuius imaginibus multorum titulorum ab ipso recognitorum photographis optime sumptis mihi comiter suppeditatis usus sum; GIANFRANCO DE BENEDITTIS de titulis regionis Samniticae (praesertim de titulis Aeserniae, Boviani Undecimanorum, Bucae et Fagifulae) benigne me certiore fecit; REMO DE CIOCCHIS, qui magno mihi auxilio fuit in titulis vici *Agnone* describendis meque animo candido certiore de novis repertis semper fecit; FLAVIA DE SANCTIS vario modo in titulis Albensibus reperiendis me adiuvit; GIOVANNA DI CARLO titulos nonnullos repertos prope vicum *Bussi sul Tirino* mihi ostendit; sacerdos FERNANDO DI FIORE, qui iam inde ab a. 1982 liberalitate omnes titulos Corfinienses olim perturbatos et dispersos exhibuit et me hospitio comiter semper excepit; ab ANTONINO DI IORIO, genio ut ita dicam loci Boviani Veteris, comiter adiutus sum, cum lapidibus in regione Samnitium adservatis investigandis et describendis vacavi; CLAUDIA DITURI libellum suum machina dactylographica redactum thesis doctoris dignitatis nominisque a. 2007/08 *L'Aquila* impetratae apud *Università degli Studi* mihi suppeditavit et de nonnullis regionis Vestinae titulis me certiore comiter fecit; GIOVANNA FALASCA, cum qua aestate a. 2013 titulos Saepinates denuo contuli; SERAFINO LORENZO FERRERI a. 2015 et 2016 iuvenili robore universam Vestinorum regionem summa cum industria peragravit et titulos nondum editos Aufini et Peltuini cum collega suo PAOLO PANCI accuratissime et doctissime descripsit; cum TERENCE FLAMINI a. 2005 et 2014 titulos Carsiolanos recognovi; saepissime usus sum schedis GIORGIO FILIPPI de titulis regionum Sabinae et Vestinae peritissimis; GERARDO FRATIANNI, qui praeter Terventinas alias inscriptiones regionis Samniticae mihi ostendit; FULVIO GIUSTIZIA titulorum Vestinorum indagator schedas suas semper mihi praebuit; CANDIDO GRECO titulos praesertim Pinnenses et Interpromii repertos mihi liberaliter suppeditavit; GIUSEPPE GROSSI, qui vario modo de titulis Marsis me certiore fecit; TERSILIO LEGGIO, qui non solum potestatem collectaneorum suorum recognoscendorum mihi dedit sed etiam titulos nonnullos in regione Sabina servatos ostendit; FRANCESCA LEZZI, quae de titulis Reatinis nuperrime in lucem detectis me certiore fecit et imagines photographicas officiose suppeditavit; NICOLA MANCINI, qui et per Allifas et per agrum Allifanum aestate a. 1991 prospere me deduxit; amicus carissimus EZIO MATTIOCCO me m. Febr. a. 1982 benigne Sulmone accepit, titulos Sulmonenses et Vestinos mihi ostendit et huic supplemento iterum iterumque semper adfuit; VALENTINO NASSA una cum patruo suo MARIO in titulis et Telesinis et Allifanis reperiendis me multifarie adiuvit; PASQUALE ORSINI nonnullas inscriptiones Sulmonenses et Iuvanenses mihi patefecit; cum amico GIOVANNI GIACOMO PANI, qui coemeteriis et titulis Christianis regionis quartae Augusteae investigandis praefuit, inter a. 1983 et 1984 coemeterium prope vicum *Castelvecchio Subequo*, cryptam ecclesiae S. Michaelis Archangelis apud vicum *San Vittorino* et museum apud abbatiam S. Clementi prope vicum *Torre dei Passeri* exploravi et inscriptiones, quae supersunt, omnes contuli; CRISTINA PEPE, quae iussu meo manu scriptum sign. XXI. D. 27 saec. XVII medio exaratum a NICOLAO TOPPI, servatum Neapoli in *Biblioteca della Società Napoletana di Storia Patria*, studiose contulit; MARIA FLAVIA PEROTTI, in rebus Aequiculanis peritissima, titulum n. 8872 Herculi dicatum in regione Trebulae Mutuescae repertum mihi quoque indicavit; GIUSEPPE RANUCCI, cum quo a. 2007 titulos Aequiculanos recognovi; ALBERTO RAPISARDA me certiore fecit de titulis nonnullis in regione Vestina repertis; EVANDRO RICCI me per regionem Superaequanam per multos annos deduxit; CESARE SILVI de titulis Aequiculanis semper me certiore fecit; LUCIANA TULIPANI titulos Trebulae in Samnio et nonnullos Iuvanenses et Vestinos mihi ostendit; UMBERTO SOLDOVIERI de traditione manuscriptorum servatorum Capuae in *Biblioteca del Museo Campano* et Neapoli in *Biblioteca della Società Napoletana di Storia Patria* et Romae in *Archivio Centrale dello Stato* ad titulos et Allifanos et Telesinos pertinentium me comiter certiore fecit; NAPOLEONE STELLUTI, qui titulos repertos in vicis *Campomarino*, *Guglionesi* et *San Giacomo degli Schiavoni* mihi ostendit; SARA VIAN, quae de titulis servatis muro exteriori affixis alae ecclesiae abbatialis nuncupatae *S. Maria del Piano* sitae haud longe a vico *Orvinio* me certiore fecit; VINCENZO VIVIO, cum quo hieme a. 1984 titulos *Paganica* servatos, praesertim illos aedium gentis DRAGONETTI – DE TORRES iuxta viam *Oberdan* sub n. 4 sitarum, excutere potui. Ago quoque gratias NORBERT FRANK, qui una cum MANFRED G. SCHMIDT et ROBERTA MARCHIONNI tabellam defixionis plumbeam n. 3748 servatam Berolini inter reposita musei *Staatliche Museen zu Berlin Preußischer Kulturbesitz, Antikensammlung* a. 2011 contulit et imagines photographicas tituli n. 2464 inde ab a. 2005 servati *Moskva* inter reposita *Pushkin-Museum* a. 2013 MANFRED SCHMIDT auxilio mihi officiose misit. ROBERTO LAI, *Luogotenente del Reparto Operativo Carabinieri Tutela Patrimonio Culturale di Roma*, titulos ex regione quarta inde in aedes privatas *Anzio* sitas nescio autem quando translatos mihi a. 2014 conferre permisit et imagines photographicas officiose dedit.

Consilia plurima mecum communicaverunt et alio quoque modo mihi auxiliati sunt sodales, qui sequuntur:

Telesia (*Telese*). – In viridario EDMONDO PACELLI hospitalis domus a. 1991 recognovi et omnes fere titulos iam a MOMMSEN descriptos nec non schedas in tabulario domestico servatas. Deinde memorandi sunt LUCIA VACCARELLA; ELISABETTA ANNA VOTTO; LUIGI COLAFRANCESCO; LUIGI CIELO; ANTONIA CUTILLO, quae ultra quam satis est de titulis Telesinis et de manuscripto LIBERI IOSEPHI PETRUCCI (1793–1865) servato Neapoli in *Biblioteca della Società Napoletana di Storia Patria* me certiore fecit; EMMANUELA MALGIERI; FABIO MASSIMO ROMANO syndicus oppidi *San Salvatore Telesino*; DOMENICO VITELLI; GIUSEPPINA STABILE et LEUCIO MAZZACANE. Praeterminanda quoque non est GIUSEPPINA RENDA, quae liberaliter de novis explorationibus in regione Telesina factis me docuit et commentaria sua mihi dono quoque dedit.

Allifae (*Alife*). – ATTILIO COSTARELLA, DANIELE FERRAIUOLO, FEDERICO MARAZZI, RAFFAELLA MARTINO et PASQUALE SIMONELLI.



Saepinum (*Altilia* prope *Sepino*). – PAOLA CARUSO (*Benevento*); GIUSEPPE LEMBO (*Campobasso*); MARCELLO GAGGIOTTI et MAURIZIO MATTEINI CHIARI, quorum auxilio portae ut ita dicam rei epigraphicae Saepinatis mihi sunt patefactae.

Fagifulae (*S. Maria a Faioli* prope *Montàgano*). – GENNARO TARASCO, qui de nonnullis titulis Saepinatibus certiore quoque fecit et titulos servatos *Baranello* in museo municipali “Giuseppe Barone” nuncupato d. 12. m. Nov. a. 2015 et d. 6. m. Apr. a. 2018 contulit et im. phot. sumpsit.

Terventum (*Trivento*). – ASCENZO COLANGELO (*Schiavi d’Abruzzo*); VINCENZO GALASSO (*Agnone*).

Aufidena (*Castel di Sangro*). – RAFFAELE BUZZELLI officialis bibliothecae communalis “Vincenzo Balzano” (*Castel di Sangro*); ARMANDO IACOBUCCI (*Alfedena*); MARIA TERESA DI LORENZO et PASQUALE SETTEFRATI (*San Pietro Avelana*).

Histonium (*Vasto*). – DOMENICO VENTURA officialis municipalis; LUIGI FIORAVANTI et LUIGI SANTORO custodes musei Vastensis; ANTONIETTA MONTEFERRANTE officialis bibliothecae communalis “Gioachino Rossini”; ALFREDO LE CANALE et FRANCESCO POMONI (*Monteodoriso*); ROCCO MASCIOTTA (*Dogliola*).

Iuvanum (*S. Maria di Palazzo* prope *Montenerodomo*). – GIOVANNA DI CECCO DI MARINO (*Fara San Martino*); AMELIO PEZZETTA (*Lama dei Peligni*).

Teate Marrucorum (*Chieti*). – FRANCESCO MARANCA, GIOVANNI ALOÈ et UMBERTO SALUTE officiales praefecturae antiquitatum urbis *Chieti*; GLAUCO ROSICA praepositus bibliothecae provincialis Teatinae “Angelo Camillo De Meis”.

Interpromium (prope *S. Valentino*). – ANTONIO ALFREDO VARRASSO et ERNESTO SALERNI (*Castiglione a Casauria*).

Sulmo (*Sulmona*). – MAURO CIANFAGLIONE (*Pratola Peligna*); gens CROCE CIARDI, quae permisit, ut titulum illum ex marmore Lunensi edicti de pretiis Diocletiani in aedibus suis servatum *Pettorano sul Gizio* describerem; FILIBERTO TARULLO (*Scanno*); DOMENICO PACELLI (*Sulmona*); GREGORIO PAOLILLI (*Bugnara*); GIUSEPPE PAPPONETTI (*Sulmona*); MARCO PETRELLA (*Pratola Peligna*).

Corfinium (*Corfinio*). – LETIZIA BRUNETTI (*Corfinio*); COSIMO VENANZIO FUCINESE (*Raiano*); BRUNO MARGIOTTA (*Corfinio*); CARLO VITTORIOSO (*Corfinio*).

Superaequum (*Castelvecchio Subequo*). – FLAVIA DE RUBEIS (*Goriani Valli*); EMILIANO SPLENDORE, praefectus societatis *Gruppo Archeologico Superequano* nuncupatae; ANTONIO PAOLINI (*Castelvecchio Subequo*); GIOVANNI FRANCESCO CALCAGNI (*Goriani Sicoli*), qui crebras imagines photographicas titulorum Superaequanorum et Corfiniensium peritissime effecit.

Peltuinum (prope *Prata d’Ansidonia*). – BRUNO MARCONI; DAVIDE DE GIOVANNI, ALFONSO LUCREZI (*Sulmona*).

Aveia (prope *Fossa*). – Reverendus dominus ORLANDO ANTONINI a. 1998 me certiore fecit de titulo n. 7638 servato muro exteriori affixo frontis ecclesiae dirutae olim cathedralis S. Maximi prope vicum *Forcona* sitae.

Marruvium (*San Benedetto dei Marsi*). – GIOVANNI CERASANI et ENZO IMBASTERI.

Ortona. – ANTONIO FALCONE.

Alba Fucens (*Massa d’Albe*). – FRANCESCO FARINA (*Scurcola Marsica*); ELVIO GENTILE et FRANCESCO SCIPIONI, qui imagines photographicas nonnullas mihi suppeditaverunt; GIOVANNI ZACCARIA, qui titulum n. 7965 exstantem in vico *Marano dei Marsi* haud longe a *Magliano dei Marsi* ante ecclesiam dicatam Beatae Virginis Mariae in caelum assumptae sub crucifixo a. 2010 enotavit et me certiore fecit; permissu gentis PACI (memoriam NANDINA illius semper habeo) a. 1982 excutere potui titulos servatos in aedibus eius sitis iuxta viam *Anini* sub n. 18 vici *Massa d’Albe*; GIOVANNA CICCALA descripsit a. 2012 parvam laminam i. e. signaculum ex aere cum anulo in formam navis fictum Albae Fucentis nescio autem quando repertum, nunc servatum *Ripatransone* in museo municipali “Caesare Cellini” (inv. n. 948) et imagines et photographicas et delineatas mihi officiose dedit.

Carsioli (*Piano del Cavaliere inter Arsoli et Carsoli*). – Princeps dominus CARLO MASSIMO et soror ISABELLA, qui permiserunt, ut a. 1986 titulos servatos in sua villa in vico *Arsoli* sita conferrem et imagines photographicas sumerem; gens BATTISTI (*Rocca di Botte*); FABRIZIO COLELLI (*Civita di Oricola*); MICHELE SCIÒ (*Roma*).

Aequiculani (*Nesce*). – ANTONIO MARRUCCI (*S. Lucia* apud *Fiamignano*); LUIGI MORELLI (*Nesce*); MARIO VITTORIO PAPAIE (*Fiamignano*).

Cliternia (*Capradosso*). – ANTONIO DI NICOLA (*Rieti*); architectus DOMENICO LUGINI (*Roma*).

Amiternum – ager Amiterninus (*San Vittorino* prope *L’Aquila*). – MAURO CIOTTI (*Coppito*); SIMONE FERRACUTI; permissu gentis NANNI titulos servatos in aedibus eius sitis *Pretoro* a. 1993 contuli; sacerdos PASTORELLI (*Roio Piano*); ALESSANDRO ZENODOCCHIO (*Roma*), qui titulum illum Amiterninum legis ut ita dicam furcationis scil. n. 8242 me perdocuit.

Nursia – ager Nursinus (*Norcia*). – CATERINA COMINO et coniugis sui FABIO IAMBRENGHI hospitio magnificentissimo semper usus sum.

Reate et ager Reatinus (*Rieti*). – GIULIO ANNIBALLI (*Amatrice*); ANGELO ILARI (*Greccio*); PIERO TIBURZI (*Roma*); FLORIANA SVIZZERETTO (*Roma*).

Forum Novum (*Vescovio* prope *Torri in Sabina*). – UMBERTO LONGO (*Poggio Sommavilla – Rieti*); MARCO ZOCCHI (*Roma*).

Inter Forum novum et Cures. – DONATA CARRAFELLI et FEDERICO GILETTI (*Castel San Pietro, Mompeo, Montenero, Poggio Mirteto et Salisano*); CRISTIANO RANIERI (*Salisano*).

Trebula Mutuesca (*Monteleone Sabino*). – SIMONE GIANOLIO (*Roma*).

Cures Sabini (*Arci* prope *Passo Corese*). – ANTONIO BRANCATI (*Pesaro*), praefectus bibliothecae Oliverianae, imaginem photographicam sumpsit et mihi dono dedit tituli n. 4965 in museo Oliveriano parieti cuidam exteriori affixi; MANLIO LILLI (*Roma*).

Consiliis percontationibusque mecum comiter communicatis vel alio modo auxilio fuerunt professores vel viri docti nonnulli cum in urbe Roma tum in aliis civitatibus studia sua exercentes, inter quos nominatim commemorantur: SIMONA ANTOLINI de rupibus titulo sepulchrali incisus perita suas schedas et imagines photographicas liberaliter communicavit; CHRISTER BRUUN, qui schedulas meas ad fistulas pertinentes aequo animo recognovit et nonnulla dubia mihi resolvit; doctrinam et humanitatem GIUSEPPE CAMODECA adhibui titulorum nonnullorum Allifanorum Saepinatium Telesinorum explicandorum causa; CESARE LETTA, qui praeter de titulis 'suis' Marsis praesertim de plurimis fragmentis Albensibus, in quibus minio kalendarium et fasti consulares picta sunt (n. 7873), comiter me certiore fecit imaginesque et photographicas et delineatas mihi liberaliter suppeditavit; MATTEO MASSARO magni pretii consilia de carminibus regionis quartae prospere sum secutus; ROBERTA MARCHIONNI, quae me in titulis vel pictis vel stilo scaphatis explicandis adiuvit; MARIA PIA MUZZIOLI, quae antiquitates Curium Sabinorum patefecit; HEIKKI SOLIN, qui me quaerentem saepius de ratione nominum inter alia docuit et imagines photographicas titulorum servatorum in *Mus. Arch. Naz.* Neapolitano mihi suppeditavit; MARIA CARLA SPADONI in titulis antiquis Reate et in agro Reatino repertis magno adiumento mihi fuit, immo me postulante titulum Curensium n. 4959 servatum inter reposita praefecturae antiquitatum regionis Umbriae sitae *Ponte S. Giovanni – Perugia* m. Iun. a. 2015 contulit et imaginem photographicam mihi quoque suppeditavit; FRANK VAN WONTERGHEM, cum quo de titulis in regione Paeligna repertis saepius cum magno beneficio disputavi.

Praetermittendi quoque non sunt, praeter eos, qui suo quisque loco nominabuntur, MARIO AMELOTI, RENATO BADALI, ALFREDO BUONOPANE, ELENA CIMAROSTI, MIREILLE CORBIER, MICHAEL CRAWFORD, GIORGIO CRIMI, NICOLA CRINITI, PAOLO CUGUSI, SYLVIE DARDAINÉ, LUISA FRANCHI DELL'ORTO, CARLO DE SIMONE, OLIVIERO DILIBERTO, SILVIA DIEBNER, WERNER ECK, DOMENICO FACCENNA, DAVIDE FAORO, GIULIO FIRPO, GIOVANNI FORNI, LIDIO GASPERINI, GIANLUCA GREGORI, MARGHERITA GUARDUCCI, IIRO KAJANTO, ADRIANO LA REGINA, MARCO MANCINI, ANTONIO MAZZARINO, LUISA MIGLIORATI, GIANFRANCO PACI, PAOLO POCCHETTI, PIER FRANCESCO PORENA, LORENZO QUILICI et STEFANIA QUILICI GIGLI, CECILIA RICCI, EMILIO RODRÍGUEZ-ALMEIDA, OLLI SALOMIES, ANTONIO SARTORI, SIMONETTA SEGENTI, MARA STERNINI, ALESSANDRO TEATINI. De titulis nonnullis Christianis explicandis, praeter GIOVANNI GIACOMO PACI supra laudatum, mihi magno auxilio fuerunt CARLO CARLETTI, ANTONIO FERRUA, DANILO MAZZOLENI, VINCENZO FIOCCHI NICOLAI.

Gratias maximas ago amicis Academiae Berolinensis et Brandenburgensis, quae inscriptionum antiquarum per totum orbem patrocinium sustinet, imprimis MANFRED G. SCHMIDT, qui semper mihi favit, consiliis variis vel alio modo operam dedit nec non manuscriptum meum maxima cum cura et magna patientia correxit et a quo validissimum auxilium mihi Berolini quoque venit (in animo semper habeo insculptum tempus inter d. 2 et 14 m. Mai. a. 2016 comprehensum quod degi Berolini); praeterea ANDREAS FASSBENDER, MARCUS DOHNICHT et ULRIKE JANSEN, qui edendum manuscriptum curaverunt. Huic ut ita dicam triumviratui grato cum animo gratias maximas ago. MARIETTA HORSTER, quae inde a m. Apr. a. 2018 gubernaculum Corporis Inscriptionum Latinarum tenet, magna gratia est habenda, ex eo, quod omnes plagulas huius supplementi attente et sedule perlegit.

Quantum per quadraginta fere annos magister meus rei epigraphicae SILVIO PANCIERA († 2016), cum quo licentiam doctoris dignitatis nominisque d. 20 m. Iul. a. 1977 Romae impetravi apud *Università degli Studi di Roma "La Sapienza"*, mihi auxilio fuerit, verbis exprimere difficile est. Me humanitate excepit et iuvenilem meum ardorem ita et adiuvit et temperavit maturitate sua; in titulis describendis mihi benevole adstitit; quandocumque eum adivi, numquam consilio et opere defuit; plurima mea dubia resolvit, bibliographicas schedas et opera sua, quae iam in lucem prodierant, mihi liberaliter suppeditavit; egregiam operam in quaestionibus epigraphicis et palaeographicis dedit.

Sine omnium sodalium supra memoratorum auxilio (veniam peto si nominum nonnullorum sum oblitus), inter quos non desunt, qui morte erepti sunt, supplementum edi numquam potuisset (in mentem semper mihi venit Seneca ille, qui, ut inter omnes constat, scripsit quae sequuntur, scil. *epist. 95,53: societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi in vicem obstarent, hoc ipso sustinetur*).

Restat, benevole lector, ut viris doctis posteris et praesertim iuvenibus, qui scientiam epigraphicam aggressuri sunt, hoc opus tradam, qui id emendare nec non exsequi sine ullo dubio valebunt; omnes autem precor, ut mihi ignoscant, si errores fecerim et opera nonnulla vel dissertationes me effugerint (quae si in recensionibus suis memoraverint, eis gratiam maximam agam). Ceterum, ut semper dico et scribo, melius est opus utile condere quam perfectum somnare.

## ABBREVIATIONES

Abbreviationes speciales, quibus in hoc opere usi sumus, spectant partim ad nomina auctorum, partim ad nomina museorum collectionumque ceterarum et institutorum, in quibus tituli aut schedae imaginesque photographicae eorum asservantur:

M. B. = M. BUONOCORE

ACE = *Archivum Corporis Electronicum* (vide <http://cil.bbaw.de>)

Arch. Sopr. Chieti = *Archivio della Soprintendenza Archeologica di Chieti*

Arch. Sopr. Lazio = *Archivio della Soprintendenza Archeologica del Lazio*

Arch. Sopr. Molise = *Archivio della Soprintendenza Archeologica del Molise*

A. T. = *Antiquarium Teatinum*

Bibl. Mus. Campano = *Biblioteca del Museo Provinciale Campano*

D. A. I. Rom = *Deutsches Archäologisches Institut, Abteilung Rom*

M. N. R. = *Museo Nazionale Romano*

MPI. Dir. Gen. AABBA = *Ministero della Pubblica Istruzione. Direzione Generale Antichità e Belle Arti*

Mus. Arch. Naz. Neapolitanum = *Museo Archeologico Nazionale Neapolitanum*

Mus. Arch. Vastese = *Museo Archeologico del Vastese*

Mus. Cap. = *Musei Capitolini* i. e. *Palazzo dei Conservatori et Museo Capitolino* et cet. (si adnotatio ad reposita Museorum Capitolinorum vel ad notas numeri negativorum spectat)

Mus. Civ. Arch. = *Corfinio. Museo Civico Archeologico "Antonio De Nino"*

Mus. Civ. Rom. = *Museo della Civiltà Romana*

Mus. Doc. = *Museo Documentario Altilia*

Mus. Prov. Campano = *Museo Provinciale Campano*

Mus. Vat. = *Musei Vaticani*

Sopr. Ant. Abr. e Molise = *Soprintendenza alle Antichità degli Abruzzi e del Molise*

Sopr. Arch. Chieti = *Soprintendenza Archeologica di Chieti*



## CONSPECTVS AVCTORVM OPERVMQVE LAVDATORVM

In hoc conspectu enumeravi libros monographicos et collectiones auctorum variorum nec non editiones titulorum iam ad finem redactas. In notis bibliographicis tam ad titulos plene editos adscriptis quam in addendis et corrigendis inscriptionum iam supra editarum mentionem collectionum lexicorumque prosopographicorum operumque aliorum nonnullorum, quae libris studiisque recentioribus publici iuris factis hodie usui tantum minori essent aut res notas solum repeterent, generaliter omisi. Quae opera quidem in hac bibliographia comprehenduntur; ad titulos singulos laudantur imprimis, si res notabiles aliunde omissas vel minus recte propositas continent, praeterea, si titulus, qui tractatur, bibliographia alia caret, item, si opus bibliographiam continet ampliorem ea, quae hoc Corpus praebet.

- ABBATE, *Guida* I-II = E. ABBATE, *Guida dell'Abruzzo* I-II, Roma 1903.
- Abbatia S. Clementis = G. SARTORELLI – F. PARENTI – L. MANCINI – L. IANNUCCI, *Abbatia S. Clementis*, Pescara 1975.
- ABRAMENKO, *Munizipale Mittelschicht* = A. ABRAMENKO, *Die munizipale Mittelschicht im kaiserzeitlichen Italien: zu einem neuen Verständnis von Sevirat und Augustalität (Europäische Hochschulschriften 547)*, Frankfurt a. M. – Berlin – Bern – New York – Paris – Wien 1993.
- ABSIL, *Préfets* = M. ABSIL, *Les préfets du prétoire d'Auguste à Commode. 2 avant Jésus-Christ – 192 après Jésus-Christ*, Paris 1997.
- Abruzzo nel Medioevo = E. TIBONI (Ed.), *Abruzzo nel Medioevo*, Pescara 2003.
- ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE, *Scanno* = R. ACCIVILE – M. GUALTIERI – R. NANNARONE, *Scanno. Guida storica artistica (da un manoscritto inedito di Mons. G. CELIDONIO)*, Roma 1974.
- Acque, grotte e Dei = M. PACCIARELLI (Ed.), *Acque, grotte e Dei. 3000 anni di culti preromani in Romagna, Marche e Abruzzo*, Imola (BO) 1997.
- Acta Barcelona = M. MAYER Y OLIVÉ – G. BARATTA – A. GUZMÁN ALMAGRO (Ed.), *XII Congressus Internationalis Epigraphiae Graecae et Latinae. Provinciae Imperii Romani inscriptionibus descriptae. Barcelona, 3–8 Septembris 2002. Acta I–II (Monografies de la Secció Històrico-Arqueològica 10)*, Barcelona 2007.
- Acta Cambridge = *Acta of the Fifth International Congress of Greek and Latin Epigraphy Cambridge 1967*, Oxford 1971.
- Acta Colloquii Epigraphici Latini = H. SOLIN – O. SALOMIES – U.-M. LIERTZ (Ed.), *Acta Colloquii Epigraphici Latini Helsingiae 3.–6. Sept. 1991 habiti (Soc. Scient. Fennica, Comment. Human. Litt. 104)*, Helsinki 1995.
- Actes Constantza = *Actes du VII<sup>e</sup> Congrès international d'Épigraphie grecque et latine. Constantza, 9–15 septembre 1977*, București – Paris 1979.
- Actes du Colloque Degrassi = *Epigrafia. Actes du Colloque international d'épigraphie latine en mémoire de Attilio Degrassi pour le centenaire de sa naissance, Rome, 27–28 mai 1988 (Coll. de l'École Fr. de Rome 143)*, Paris – Rome 1991.
- Actes Nîmes = M. CHRISTOL – O. MASSON (Ed.), *Actes du X<sup>e</sup> Congrès international d'Épigraphie grecque et latine. Nîmes, 4–9 octobre 1992 (Histoire ancienne et médiévale 42)*, Paris 1997.
- Ad itum liberum = O. MERISALO – R. VAINIO (Ed.), *Ad itum liberum. Essays in honour of Anne Helttula*, Jyväskylä 2007.
- Affreschi = L. ANGELETTI (Ed.), *Gli affreschi della chiesa di S. Scolastica a Norcia*, Norcia (PG) 1981.
- Ager Campanus = G. FRANCIOSI (Ed.), *Ager Campanus. Atti del Convegno Internazionale «La storia dell'Ager Campanus, i problemi della limitatio e sua lettura attuale». Real sito di S. Leucio, 8–9 giugno 2001*, Napoli 2002.
- AGOSTINONI, *Il Fucino* = E. AGOSTINONI, *Il Fucino*, Bergamo 1908.
- Aia dei musei = F. DE SANCTIS – R. DEL MONACO – A. SARGOSA – D. VILLA (Ed.), *L'aia dei musei*, Avezzano (AQ) 2012.
- AISCOM XVIII = *Atti del XVIII Colloquio dell'Associazione Italiana per lo Studio e la Conservazione del Mosaico con il patrocinio del Ministero per i Beni e le Attività Culturali, Cremona, 14–17 marzo 2012*, Tivoli (RM) 2013.
- Akte Wien = *Akte des IV. Internationalen Kongresses für griechische und lateinische Epigraphik. Wien, 17. bis 22. September 1962*, Wien 1964.
- Akten München = *Akten des VI. Internationalen Kongresses für griechische und lateinische Epigraphik. München 1972 (Vestigia 17)*, München 1973.
- Alba Fucens I–II = J. MERTENS (Ed.), *Alba Fucens. Rapports et études I–II (Inst. Hist. Belge de Rome. Études 12–13)*, Bruxelles – Rome 1969.
- ALBINO, *Ricordi* = P. ALBINO, *Ricordi storici e monumentali del Sannio Pentro e della Frentania I*, Campobasso 1879.
- ALESSIO – DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* = G. ALESSIO – M. DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria linguistica dell'Abruzzo*, Lanciano – Chieti 1983.
- ALFÖLDY, *Bevölkerung* = G. ALFÖLDY, *Bevölkerung und Gesellschaft der römischen Provinz Dalmatien. Mit einem Beitrag von A. MÓCSY*, Budapest 1965.
- ALFÖLDY, *Epigrafia augustea* = G. ALFÖLDY, *Studi sull'epigrafia augustea e tiberiana di Roma (Vetera 8)*, Roma 1992.
- ALFÖLDY, *Estudios* = D. GOROSTIDI PI (Ed.), *Géza Alföldy. Estudios Tarraconenses*, Tarragona 2017.
- ALFÖLDY, *Fasti Hispanienses* = G. ALFÖLDY, *Fasti Hispanienses. Senatorische Reichsbeamte und Offiziere in den spanischen Provinzen des römischen Reiches von Augustus bis Diokletian*, Wiesbaden 1969.
- ALFÖLDY, *Gallia Cisalpina* = G. ALFÖLDY, *Städte, Eliten und Gesellschaft in der Gallia Cisalpina: Epigraphische Untersuchungen (HABES 30)*, Stuttgart 1999.
- ALFÖLDY, *Heeresgeschichte* = G. ALFÖLDY, *Römische Heeresgeschichte. Beiträge 1962–1985 (Mavors 3)*, Amsterdam 1987.
- ALFÖLDY, *Hilfstruppen* = G. ALFÖLDY, *Die Hilfstruppen der römischen Provinz Germania inferior (Epigr. Studien 6)*, Düsseldorf 1968.
- ALFÖLDY, *Konsulat* = G. ALFÖLDY, *Konsulat und Senatorenstand unter den Antoninen. Prosopographische Untersuchungen zur senatorischen Führungsschicht (Antiquitas 1. 27)*, Bonn 1977.

- ALFÖLDY, *Legionslegaten* = A. ALFÖLDY, *Legionslegaten der römischen Rheinarmeen* (Epigr. Studien 3), Graz – Köln 1967.
- ALFÖLDY, *Noricum* = G. ALFÖLDY, *Noricum*, London – Boston 1974.
- ALFÖLDY, *Personennamen* = G. ALFÖLDY, *Die Personennamen in der römischen Provinz Dalmatia* (Beiträge zur Namenforschung, N. F., Beiheft 4), Heidelberg 1969.
- ALFÖLDY, *Rolle* = G. ALFÖLDY, *Die Rolle des Einzelnen in der Gesellschaft des römischen Kaiserreiches. Erwartungen und Wertmaßstäbe* (Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Phil.-Hist. Klasse 8), Heidelberg 1980.
- Alife. Anfiteatro* = G. SORICELLI – E. A. STANCO (Ed.), *Alife. L'Anfiteatro Romano*, Piedimonte Matese (CE) 2009.
- Alife romana* = *Alife romana: contributo alla conoscenza delle opere pubbliche e private*, Napoli 1982.
- ALLEGA, *Gagliano Aterno* = D. ALLEGA, *Gagliano Aterno. La storia – I monumenti – Il folklore*, Pratola Peligna (AQ) 1977.
- ALMAR, *Inscriptiones* = K. P. ALMAR, *Inscriptiones Latinae. Eine illustrierte Einführung in die lateinische Epigraphik* (Odense University Classical Studies 14), Odense 1990.
- ALTMANN, *Grabaltäre* = W. ALTMANN, *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905.
- ÁLVAREZ MELERO, *Matronae equestres* = A. ÁLVAREZ MELERO, *Matronae equestres. La parenté féminine des chevaliers romains originaires des provinces occidentales sous le Haut-Empire romain (I<sup>er</sup>–III<sup>e</sup> siècles)* (Inst. Belge de Rome. Études 4), Bruxelles – Rome 2018.
- ALVINO, *Forum Novum* = G. ALVINO, *La valle del Tevere. Forum Novum e il suo territorio*, Roma 1999.
- ALVINO, *Sabina* = G. ALVINO, *La Sabina*, Roma 1999.
- ALVINO, *Trebula Mutuesca* = G. ALVINO, *Trebula Mutuesca. La riscoperta di un antico centro sabino*, Roma 1995.
- AMATI, *ms.* = G. AMATI, *Libri saec. XIX ineunte manu scripti in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservati sign. Vaticani Latini 9734–9782* (etiam vide infra BUONOCORE, *Codices Vaticani*).
- AMELOTTI, *Il testamento romano* = M. AMELOTTI, *Il testamento romano attraverso la prassi documentale. I. Le forme classiche di testamento*, Milano 1966.
- Amicitia* = K. MUSTAKALLIO – CHR. KRÖTZL (Ed.), *De amicitia. Friendship and Social Networks in Antiquity and the Middle Ages* (Acta Inst. Rom. Finl. 36), Roma 2009.
- AMICONI, *Appunti* = F. M. AMICONI, *Appunti di archeologia cerchiese*, Roma [1987].
- Amplero* = C. LETTA – M. PAOLETTI (Ed.), *Amplero. Archeologia e storia di un centro italico-romano. 20 anni di ricerche. Catalogo della mostra. Collelongo (AQ) – Palazzo Botticelli, 16 agosto–31 dicembre 1989*, Sambuceto (CH) 1989.
- Analecta Brixiana I* = A. VALVO – G. MANZONI (Ed.), *Analecta Brixiana I. Contributi dell'Istituto di Filologia e Storia dell'Università Cattolica del Sacro Cuore*, Milano 2004.
- Analecta Brixiana II* = A. VALVO – R. GAZICH (Ed.), *Analecta Brixiana II. Contributi dell'Istituto di Filologia e Storia dell'Università Cattolica del Sacro Cuore*, Milano 2007.
- ANAMALI – CEKA – DENIAUX, *Inscriptions latines d'Albanie* = S. ANAMALI – H. CEKA – É. DENIAUX, *Corpus des inscriptions latines d'Albanie* (Coll. de l'École Fr. de Rome 410), Rome 2009.
- Ancient Documents* = J. BODEL – N. DIMITROVA (Ed.), *Ancient Documents and their Contexts. First North American Congress of Greek and Latin Epigraphy (2011)* (Brill Studies Epigraphy 5), Leiden 2011.
- Ancient History* = K. ASCANI – V. GABRIELSEN – K. KVIST – A. H. RASMUSSEN (Ed.), *Ancient History Matters. Studies Presented to Jens Erik Skydsgaard on His Seventieth Birthday* (Anal. Rom. Inst. Dan. Supplementum 30), Roma 2002.
- Ancient Medicine* = PH. J. VAN DER EIJK – H. F. J. HORSTMANSHOFF – P. H. SCHRIJVERS (Ed.), *Ancient Medicine in its Socio-Cultural Context. Papers read at the Congress held at Leiden University, 1–15 April 1992*, Amsterdam – Atlanta (GA) 1995.
- ANDERMAHR, *Totus in praediis* = A. ANDERMAHR, *Totus in praediis. Senatorischer Grundbesitz in Italien in der Frühen und Hohen Kaiserzeit* (Antiquitas 3. 37), Bonn 1998.
- ANDREAU, *La vie financière* = J. ANDREAU, *La vie financière dans le monde romain. Les métiers de manieurs d'argent (IV<sup>e</sup> siècle av. J.-C. – III<sup>e</sup> siècle ap. J.-C.)* (Bibl. des Écoles Fr. d'Athènes et de Rome 265), Roma 1987.
- ANDREAU, *Les affaires* = J. ANDREAU, *Les affaires de Monsieur Jucundus* (Coll. de l'École Fr. de Rome 19), Rome 1974.
- ANDREOZZI, *Antiche diocesi* = A. ANDREOZZI, *Le antiche diocesi sabine: Cures, Nomentum*, Roma 1973.
- ANELLI, *Esposizione* = L. ANELLI, *Esposizione degli oggetti esistenti nel Gabinetto di Vasto compilata su documenti raccolti dal Betti, dal Marchesani e dall'Altea*, Vasto (CH) 1899.
- ANELLI, *Histonium ed il Vasto* = L. ANELLI, *Histonium ed il Vasto attraverso i secoli*, Vasto (CH) 1929.
- ANELLI, *Ricordi di storia vastese*<sup>3</sup> = L. ANELLI, *Ricordi di storia vastese*<sup>3</sup>, Vasto (CH) 1906.
- ANELLI, *Ricordo di Vasto* = L. ANELLI, *Ricordo di Vasto*, Bergamo 1909.
- Anfiteatro Flavio* = *Anfiteatro Flavio. Immagine – Testimonianze – Spettacoli. Testi di M. L. CONFORTO ... [et AL.; a cura di A. M. REGGIANI]*, Roma 1988.
- ANGELINI, *S. Cesidio* = E. ANGELINI, *Il braccio di S. Cesidio*, Pescara 1985.
- ANGELINI, *Trasacco nell'Impero* = E. ANGELINI, *Trasacco nell'Impero Romano*, Trasacco (AQ) 1978.
- ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* = E. ANGELINI, *Trasacco prima di Roma*, Pescara 1973.
- ANGELINI ROTA, *Museo* = G. ANGELINI ROTA, *Il Museo civico di Spoleto*, Spoleto (PG) 1928.
- ANGELINI ROTA, *Spoleto* = G. ANGELINI ROTA, *Spoleto e il suo territorio*, Spoleto (PG) 1920.
- Annaei* = I. GUALANDRI – G. MAZZOLI (Ed.), *Gli Annaei. Una famiglia nella storia e nella cultura di Roma imperiale. Atti del Convegno internazionale di Milano – Pavia, 2–6 maggio 2000*, Como 2003.
- ANONYMUS, *ms. I* = *Inventari e descrizioni delle diverse raccolte conservate nel Museo* (liber temporis spatium inter a. 1850–1931 comprehenso exaratus in bibliotheca comunali Vastensi sine inv. n. servatus).
- ANONYMUS, *ms. II* = *Catalogo degli oggetti raccolti nel Museo Archeologico di Istonio* (liber manu scriptus saec. XX in. in bibliotheca comunali Vastensi sine inv. n. servatus).
- ANONYMUS, *ms. III* = *Dell'antica Cursuli* (liber saec. XVIII ex autographo eiusdem aetatis in aedibus Paoletti vel Antonelli in vico Legogne di Norcia olim servato manu descriptus, qui liber in bibliotheca comunali Nursina Fondo Carte Cesare Lalli sine inv. n. exstabat; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, Spoleto est translatus).
- ANONYMUS, *ms. IV* = *Delli Annali di Norcia* (liber a. 1600 exaratus in archivio secreto comunali Nursino exstabat sine inv. n.; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, Spoleto est translatus).
- ANONYMUS, *ms. V* = *Opusculum cui incipit Nursiam urbem antiquissimam fuisse Romanorum Praefecturam*, saec. XVIII medio exaratum, invenitur inter folia CCCVIII–CCCXIV libri manu scripti *Memorie di Norcia* nempe Zibaldone Fusconi olim servati in bibliotheca comunali

- Nursina sine inv. n.; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, liber *Spoletum* est translatus.
- ANONYMUS, *ms. VI* = Anonymus ordinis fratrum cocullatorum nuncupatus *Minorita Norcino* (attamen videtur fuisse FRANCISCUS ANTONIUS ROCCI, origine Nursinus, ut elicitur ex LALLI, *Miscellanea* n. 46), in libro, cui titulus *Memorie antiche e recenti dell'antichissima città di Norcia*, temporis spatium inter saec. XVIII ex. et XIX in. comprehenso manu scripto olim servato apud archivum dioecesanum *Norcina* sine inv. n., vol. I-II; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, liber *Spoletum* est translatus.
- ANONYMUS, *ms. VII* = *Marmi Antichi quali al p(re)nte se ritrouano dentro la Città de Alife, eccetto quattro quali sono in Piedimonte, tre in lo Monasterio di S(an)to Saluatore, et uno in S(an)to Nazaro, trascritti per inviarsi al S(igno)r Franc(esc)o Ant(oni)o de Tomasi mio S(igno)re* (fasciculus f. 32–37 insertus in codice saec. XVII olim Alessii Symmachi Mazzocchi nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana servato sub num. *Vaticanus Latinus 10593*. Auctor ab Accursio pendere videtur).
- ANONYMUS, *ms. VIII* = *Iscrizioni antiche raccolte dal Mazzocchi ed altre esistenti ne' quartieri Stella, S. Carlo all'Arena, S. Lorenzo ed altri luoghi di Napoli e Pozzuoli* (fasciculus chartarum plerisque manibus saec. XVIII–XIX exaratarum, quas CONSTANTINO CORVISIERI [1822–1898] possedit, nunc servatus Romae apud *Archivio di Stato* sign. *Miscellanea Corvisieri*, b. 6, fasc. 190 [vide E. CASANOVA, *Gli Archivi Italiani* 7, 1920, 20–48]; in f. 89r–92r transcripti sunt tituli viginti sex Telesini, scil.: *Inscriptiones Thelesinae* (add. in *Campania*). Gratias ago UMBERTO SOLDVIERI, qui me comiter certiore fecit.
- ANONYMUS, *ms. IX* = Libellus redactus a. 1876 hic et illic in marginibus saepe excisis madore maculatus signatus b. 406 fasc. 46 sine autem foliorum nota, nunc servatus Capuae in *Biblioteca del Museo Campano*, titulos Allifanos quosdam complectens.
- Antiche genti d'Italia* = P. G. GUZZO – S. MOSCATI – G. SUSINI (Ed.), *Antiche genti d'Italia*, Roma 1994.
- Antichità paleocristiane* = L. GIULIA – A. QUACQUARELLI (Ed.), *Antichità paleocristiane e altomedievali del Sorano. Atti del Convegno di Studi*, Sora, 1–2 dicembre 1984, Sora (FR) 1985.
- Antike Lebenswelten* = P. MAURITSCH (Ed.), *Antike Lebenswelten: Konstanz – Wandel – Wirkungsmacht. Festschrift für Ingomar Weiler zum 70. Geburtstag (Philippika 25)*, Wiesbaden 2008.
- ANTINORI, *ms.* = A. L. ANTINORI, Libri saec. XVIII manuscripti signati n. XLIII–XLVI in bibliotheca publica Aquilana *Salvatore Tommasi* servati, qui syllogem inscriptionum in Samnio repertarum continent.
- Antinoriana I–IV* = *Antinoriana. Studi per il bicentenario della morte di Antonio Ludovico Antinori I–IV*, L'Aquila 1978/79.
- Antinum* = *Antinum e la Valle Roveto nell'antichità. Atti del I Convegno di archeologia, Civita d'Antino*, 16 settembre 1990, Civita d'Antino (AQ) 1992.
- Antiqua Beneventana* = P. CARUSO (Ed.), *Antiqua Beneventana. La storia della città romana attraverso la documentazione epigrafica* (Supplemento a *La Provincia Sannitica* n. s. 33, 1, 2013), Benevento 2013.
- Antiquarium Celio* = G. L. GREGORI (Ed.), *La collezione epigrafica dell'Antiquarium Comunale del Celio. Inventario generale. Inediti – Revisioni – Contributi al riordino* (Tituli 8), Roma 2001.
- ANTOLINI, *Iscrizioni* = S. ANTOLINI, *Le iscrizioni latine rupestri della regio IV Augustea. Edizione, commento e inquadramento storico-archeologico (DASP. Documenti per la storia d'Abruzzo 17)*, L'Aquila 2004.
- Anton Ludovico Antinori = *Anton Ludovico Antinori e il II° centenario della sua nascita. Pubblicazione della Società di Storia patria negli Abruzzi*, Aquila 1904.
- Antonio Agustin = M. H. CRAWFORD (Ed.), *Antonio Agustin between Renaissance and Counter-Reform (Warburg Institut Surveys and Texts 24)*, London 1993.
- Antropologia e archeologia* = V. NIZZO – L. LA ROCCA (Ed.), *Antropologia e archeologia a confronto: rappresentazioni e pratiche del sacro. Atti dell'incontro internazionale di studi*, Roma, Museo nazionale romano preistorico etnografico "Luigi Pigorini", 20–21 maggio 2011, Roma 2012.
- Anversa degli Abruzzi* = G. GROSSI (Ed.), *Anversa degli Abruzzi. Historia e monumenta*, S. Giovanni Teatino (CH) 2007.
- Anxa – Angitia* = A. D'ERCOLE – R. SIMINI – G. GROSSI (Ed.), *La città marsa di Anxa – Angitia. Un contributo per la realizzazione del Parco Archeologico*, Pescara 1995.
- Apex = G. CASADIO – A. MASTROCINQUE – C. SANTI (Ed.), *Apex. Studi storico-religiosi in onore di Enrico Montanari*, Roma 2016.
- Approches épigraphiques* = S. DEMOUGIN – M. NAVARRO CABALLERO (Ed.), *Se déplacer dans l'Empire romain. Approches épigraphiques. XVIII<sup>e</sup> rencontre franco-italienne d'épigraphie du monde romain*, Bordeaux, 7–8 octobre 2011, Paris 2014.
- ARCELLA, *Fasti* = L. ARCELLA, *Fasti. Il lavoro e la festa: note al calendario romano arcaico*, Roma 1992.
- Archeologia Pisana* = S. BRUNI – T. CARUSO – M. MASSA (Ed.), *Archeologia Pisana. Scritti per Orlanda Pancrazzi (Terra Italia. Collana di studi archeologici sull'Italia antica 7)*, Pisa 2004.
- Archeologia Cristiana VII* = E. RUSSO (Ed.), 1983–1993: *dieci anni di archeologia cristiana in Italia. Atti del VII Congresso Nazionale di Archeologia Cristiana, Cassino, 20–24 settembre 1993 I–III*, Cassino 2003.
- Archeologia Medievale VII* = P. ARTHUR – M. L. IMPERIALE (Ed.), *VII Congresso nazionale di archeologia medievale. Palazzo Turrisi, Lecce, 9–12 settembre 2015*, Sesto Fiorentino (FI) 2015.
- Aree montane* = S. MAGNANI (Ed.), *Le aree montane come frontiere. Spazi d'interazione e connettività. Atti del convegno internazionale*, Udine, 10–12 dicembre 2009 (*Studi di frontiera* 1), Ariccia (RM) 2013.
- ARMELLINI, *Antichi cimiteri* = M. ARMELLINI, *Gli antichi cimiteri cristiani di Roma e d'Italia*, Roma 1893.
- ARNALDI, *Neptunus* = A. ARNALDI, *Ricerche storico-epigrafiche sul culto di Neptunus nell'Italia romana (Stud. Ist. It. Stor. Ant. 64)*, Roma 1997.
- ARNOLDS, *Funktionen* = M. ARNOLDS, *Funktionen republikanischer und frühkaiserzeitlicher Forumsbasiliken in Italien*, Diss. Heidelberg 2005.
- Arqueología* = *Arqueología de las ciudades modernas superpuestas a las antiguas*, Madrid 1985.
- ARRIGONI BERTINI, *Parma romana* = M. G. ARRIGONI BERTINI, *Parma romana. Contributo alla storia della città*, Parma 2004.
- ARRIGONI BERTINI, *Simbolo* = M. G. ARRIGONI BERTINI, *Il simbolo dell'ascia nella Cisalpina romana (Epigrafia e Antichità 24)*, Bologna – Faenza 2006.
- Arte dall'Abruzzo* = S.O.S. *Arte dall'Abruzzo. Una mostra per non dimenticare*, Roma 2010.
- Asinio Pollione = P. DOMENICUCCI (Ed.), *Asinio Pollione. Atti del Convegno Asinio Pollione e la gens Asinia tra Teate Marrucinarum e Roma, Chieti, 1 luglio 2011*, Lanciano (CH) 2012.
- Aspects of friendship* = M. PEACHIN (Ed.), *Aspects of friendship in the Graeco-Roman world. Proceedings of a conference*

- rence held at the Seminar für Alte Geschichte, Heidelberg, on 10–11 June, 2000 (JRA. Supplementary Series 43), Portsmouth (RI) 2001.
- Assisi e gli Umbri nell'antichità = G. BONAMENTE – F. COARELLI (Ed.), *Assisi e gli Umbri nell'antichità. Atti del Convegno Internazionale, Assisi, 18–21 dicembre 1991*, Assisi (PG) 1997.
Lacuna integrorum versuum erasorum, quorum numerus incertus est

### Litterae in litura scriptae

Litterae in litura scriptae non indicantur notis, si sunt tituli recentioris, qui loco antiquioris exsculpti incisus est.

$\langle\langle abc \rangle\rangle$ ,  $\langle\langle ABC \rangle\rangle$ ,  $\langle\langle abç \rangle\rangle$

Litterae loco alterarum erasarum insculptae, quae aut plane aut probabiliter leguntur

### Additamenta antiqua

$\`abc'$

Additamentum antiquum ad textum corrigendum aut suppleendum

## Litterae deperditae

[ <i>abc</i> ]	Litterae fortuito superficiei damno aut fractura omnino deperditae, quas editor supplevit
[ <i>abc-</i> ]	Litterae deperditae et suppletae ut supra, forma quidem declinationis aut coniugationis incerta; nota ponitur etiam, si stirps quidem verbi certa, verbum autem ex ea stirpe derivatum incertum est, praeterea, si ignotum est, quot litterae verbi perscriptae fuerint
[...]	Litterae omnino deperditae ut supra, quas editor supplere non potuit quamquam numerus earum haud dubie computatur; pro littera quaque ponitur singulum punctum
[ <i>-5?-</i> ], [ <i>- - -</i> ]	Litterae omnino deperditae ut supra, quas editor non supplevit quarumque numerus aut coniectura tantum aut nullo modo computari potest
[ <i>- - - - -</i> ]	Lacuna unius integri versus
- - - - -	Lacuna integrorum versuum, quorum numerus incertus est
[ <i>-?</i> ], [ <i>- - -?</i> ], [ <i>- - - - -?</i> ], [ <i>[[ - - - - -? ]]</i> ], - - - - -?, [ <i>- - - - -?</i> ]	Incertum sintne litterae fortuito superficiei damno aut fractura deperditae

## Litterae ab editore expunctae, adiectae, correctae

{ <i>abc</i> }	Litterae errore adiectae, quas editor expunxit
< <i>abc</i> >	Litterae errore omissae, quas editor adiecit
( <i>a</i> ) <i>bc</i> , <i>a</i> ( <i>b</i> ) <i>c</i> , <i>ab</i> ( <i>c</i> )	Litterae e consuetudinibus quibusdam orthographicis phoneticis omissae, quas editor adiecit
˘ <i>abc</i> ˘	Litterae, quas editor correxit

## Verba breviata, notae, verba subaudita, inscriptiones non finitae

<i>a</i> ( <i>bc</i> )	Verbum non perscriptum, quod editor solvit; nota ponitur etiam, si litterae ex consuetudine quadam omissae ab editore adiectae vel insertae sunt
<i>a</i> ( <i>bc-</i> )	Verbum non perscriptum quod editor solvit ut supra, forma quidem declinationis aut coniugationis incerta; nota ponitur etiam, si stirps quidem verbi certa, verbum autem ex ea stirpe derivatum incertum est
<i>a</i> ( <i>- - -</i> )	Verbum non perscriptum, quod certe solvi non potest
<i>A</i> ( <i>- - -</i> )	Nomen (in titulo ineunte: nomen aut verbum) non perscriptum, quod certe solvi non potest.
◁ <i>abc</i> ▷	Verbum ab editore loco litterae inversae aut notae in inscriptione positae inductum
◁ <i>Manius</i> ▷	<i>M</i> ˘. i. e. <i>Manius</i>
◁ <i>crux</i> ▷	Imago inscriptioni inserta vel adiecta, quam editor verbo uno verbisve compluribus descripsit
<- - ->, <- - - - ->	Inscriptio non ad finem perducta

## Interpunctio

<i>A</i> ◦ <i>B</i> ◦ <i>C</i>	Interpunctio inter singulas aut litteras aut syllabas aut verba posita
--------------------------------	------------------------------------------------------------------------

## Aliae notae editoris

(!)	Nota editoris ut lector attento animo aliquid perpendat
(vac. 3), (vac. 3?), (vac.)	Tractus versus qui non inscripti fuisse videntur quorumque amplitudo, numero litterarum expressa, certius aut minus certe aut nullo modo computari potest (quae res non adnotatur nisi maioris momenti videtur)

## PARS SEXTA: MARSII

### LXXX. CERFENNIA (*Collarmele* p. 18\*. 348. 681)

Tituli parvae stationis Cerfenniae, hodie *Collarmele*, ad Marruvium pertinere videntur, cuius cives in tribu Sergia censebantur (de re universa vide C. LETTA, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 197–198).

3649 Tabula ex marmore a sinistra fracta in fronte levigata (83) × (109) × circ. 32. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta magna ex parte decussata 63 × ?. Litt. affabre incisae 9–8 (aetate recentiore litterae nonnullae insculptae sunt, quarum autem explicationem non intellego). Puncta in formam virgulae acclivis exarata. Etiam hodie servatur eodem loco, quo viri ANTONIUS BONALDI CELANENSIS, LUDOVICUS COLANTONI PESCINENSIS et HORATIUS MATTEI AVEZZANENSIS descriperunt, nempe muro cuidam exteriori affixa fontis publici siti prope viam *Circonfucense* appellatam in praedio, q. d. *La Stanga* vel etiam *Procoio* vel *S. Marcello*, haud longe a vico *Aielli*, ubi a. 1990 contuli. M. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015836–37).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3750; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 4–7 n. 2 cum im. phot. tab. I fig. 2; E. BIRLEY, *Chiron* 8, 1978, 357–359 (*AE* 1979, 197); C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 40, 1990, 317–328 cum im. phot. tab. I ab UMBERTO LAFFI sumpta (*AE* 1991, 565. 1280); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 275 n. 1; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 347; C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 39–43 n. 3 cum im. phot. fig. 4. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 51; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 94. 102. 107. 121. 123; EUND., in *Epigrafia e ordine senatorio* II 198; D. GABLER – F. REDÓ, in *Fucino* I 485; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 531; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 448; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 159; J. GÓMEZ-PANTOJA, in *Légions de Rome* 107. 144; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= *Collezione Torlonia* 34. 35); GROSSI, *Celano* 23 cum im. phot. fig. 6; C. LETTA, in *Fucino* III 219; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 112; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 71. 73; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 67. 69 (scr. 3469); FORNI, *Tribù* V729; C. LETTA, in *Epigrafia* 2006 III 1139; EUND., in *Ricerche archeologiche* 16. 18; BUONOCORE, in *Pluralidad* 124; EUND., in *Tribù romane* 35; C. LETTA, in *Fucino* V 260; G. GROSSI, in *Marsica* I 362.



1–2  $\overline{\text{III}}\text{viro}$  | [a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo)] KUBITSCHKEK;  $\overline{\text{III}}\text{viro}$  | [capitali] iam recte LETTA. – 3 [Hispania legio]nis iam E. RITTERLING, *RE* XII, 2, 1925, col. 1550, cum quo inter al. consentiunt ALFÖLDY, *Fasti Hispanienses* 125–126; ROLDÁN HERVÁS, *Hispania y el ejército* 481 n. 773; J. GONZALES ECHEGARRAY – J. M. SOLANA SAINZ, *Hisp. Ant.* 5, 1975, 186; LETTA (*Epigrafia*); [Germania legio]nis recte BIRLEY. – 5 [Alfia] iam coniecit WISEMAN, *New Men* 279 (etiam cf. M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 190. 199). Inde rebus melius perspicuis LETTA ed. post. (etiam vide infra) hoc modo supplere est conatus, scil.: [M(arco) Vettio M(arci) f(ilio) - n(epoti) - pr(onepoti) S]er(gia) Scatoni  $\overline{\text{III}}\text{viro}$  | [capitali, trib]uno militum in | [Germania legio]nis IIII Macedon(icae), | [quaestori] designato, | [Alfia - f(ilia) - n(eptis)] Prima mater.

Marcus Vettius Scato fuit triumvir capitalis, tribunus militum laticlavus legionis IIII Macedonicae in Germania tendentis (vide GÓMEZ-PANTOJA, *l. l.* 105–117) et quaestor designatus (de eius cursu etiam vide LETTA, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 198; S. DEMOUGIN, *ibid.* I 101 n. 13. 116; ECK, *Statthalter* 251 n. 17; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 477 ad n. 569; MAURIZI, *Cursus honorum* 154. 243 n. 170). Ex eo, quod ut inter OMNES constat teste Tacito (*hist.* 4. 59) a. 70 p. C. n. Mogontiaci occisi sunt tribuni eiusdem legionis, quia tribuni ipsi recusaverunt, ne fidem Iulio Classico haberent (post hanc cladem legio a Vespasiano exauctorata est), non est cur excludam, ut recte LETTA est suspicatus, quin Marcus Vettius noster idem ac Marcus Scato sit, cuius ratio nominis incisa est in tripode uberrimae supellectilis argenteae prope *Hildesheim* in lucem detectae (inter al. vide J. E. BOGAERS, *BABesch* 57 1982, 182–187).

Ex litterarum forma et ex eo, quod supra scripsi, a. 70 p. C. n. vel paulo postea esse videtur.

3650 Stela lapidis calcarii ex quattuor partibus inter sese coniunctis composita undique levigata, supra fastigio cum acroteriiis floralibus et corona laurea insculptis ornato praedita 76 × 33 × 6,8. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 47,3 × 16,2. Infra extra aream marginatam insculptum est anaglyphum quoddam ad asciam sepulcralem (de qua praeter LAZZARINI, *Sepulcra familiaria* passim et F. FABBRINI, *Nuova Riv. Stor.* 77, 1993, 117–123 vide M. G. ARRIGONI BERTINI, in *Atti Roma* I 629–637; EAND., *Simbolo* passim; M. MAYER I OLIVÉ, *SEBarc* 11, 2013, 15–40; A. IBBA, *ibid.* 14, 2016, 119–147; idem anaglyphum reperies tit. Marruvinis n. 7721. 7728. 7771, tit. Antinate n. 7801) potius quam ad instrumentum quo utebatur redemptor operis in titulo nominatus (vide infra) pertinens. Litt. magna ex parte cornibus praeditae ad actuaras transgredientes 4–2. Puncta triangularia haud semper signata. Servatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. M. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI denuo reco-

gnovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015838–39).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4218; L. ORLANDI, *I Marsi* 275 n. 25; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 13–14 n. 7 cum im. phot. tab. IV n. 7; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 35–36 n. 34; AMICONI, *Appunti* 5; ID., in ephemeride *Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 275 n. 2; CATALI, *Museo Lapidario* 76 n. 64 cum im. phot.; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 169 n. 3 cum im. phot. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 460; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 146; ANTOLINI, *Iscrizioni* 93 adn. 209; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21; G. GROSSI, in *Marsica* I 360; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 490. 492 cum im. phot. fig. 9.

4–6 redemptori pro redemptori (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 7).

Ut elicitur ex officio redemptoris operis cuiusdam (de officio redemptoris operis vide D. MANACORDA, in *Bolli laterizi* 47 cum alia bibliographia) quo C. Albius Torquatus fungebatur, excludendum non est, quominus Torquatus conductor purgationis lacus Fucini faciendae fuerit. Nomen gentilicium Albii tit. n. 3703 quoque invenies.

Litterae ad saec. II p. C. n. adducunt vel paulo postea, cui tempore locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

#### 3651 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 525; EUND., *Codici epigrafici* 145. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4230; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 343; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 275 n. 3; ID., in *Antiquitas* 42–43 n. 15. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 137; L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; C. LETTA, in *Fucino cento anni* 129; D'AMATO, *Prosciugamento* 177; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 287. 288 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 69); S. SEGENNI, *ibid.* 37, 1987 (1988), 474; D. GABLER – F. REDÓ, in *Fucino* I 485; AUBERT, *Business Managers* 454 n. B119; GROSSI, *Celano* 24; EUND., *Marsica* 24; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 20; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102; G. GROSSI, in *Marsica* I 352 (corr. 3651 pro 3551). 624.

Legē: *D(is) M(anibus) s(acrum)*. | *Naeviae P[ill]aecusae, F[e]l[ic] vil[ic]us e[st] | fam[il]ia[rum] | de fun[do] | Favill[e]n[is] | con[i]ug[i] | o[pt]imae | p[ro] osuerunt*.

2–3 *Plaecusae* pro *Pleusae*.

Tit. n. 3681 Marruvii reperto laudantur Nevia Primitiva et Nevius Secundus (de nomine gentilicio fusius disseruit SEGENNI, *l. l.*). De vilico etiam vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; de re universa cf. CARLSEN, *Vilici* passim; etiam U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124 (de titulo cf. p. 107). Vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui EGO, *Stud. Class. Orient.*, *l. l.* 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 ad n. 49–60); ID., in *Antiquitas*, *l. l.* Nomen gentilicium Favilleni aliunde ignotum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 77). De nomine gentilicio Naevii fusius quoque disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 48–49.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

#### 3652 Desideratur. Fuit tabula ex lapide calcario [94 × 48 × 36], quam DE NINO *l. infra* l. a. 1886 in. inspexit Celano penes syndicum Alessandro Venditti.

Exemplum repetiverunt A. DE NINO, *ms. i. e. II vers., 1° serie, b. 10, fasc. 159*; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4186; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 343; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 275 n. 4. – Cf. A.

DE NINO, NS 1886, 85 (= EUND., *Scoperte archeologiche* 229); C. LETTA, in *Fucino cento anni* 128; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 288 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 70); S. SEGENNI, *ibid.* 37, 1987 (1988), 471; D. GABLER – F. REDÓ, in *Fucino* I 485; AUBERT, *Business Managers* 469 n. C80; GROSSI, *Celano* 24; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 20; G. GROSSI, in *Marsica* I 348; E. CECCARONI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 331; EAND., in *Fucino* VI 250.

2–3 *C(ai) Iul[i] | [Ga]iani* LETTA, *l. l.* 147 sub exemplo tit. n. 7679; ex. gr. supplere quoque potuissim *C(ai) Iul[i] | [Iul]iani* (etiam cf. AUBERT, *l. l.*).

De officio actoris vide A. BRICCHI, in *Statuti municipali* 335–382. Actor alter in regione Marsa memorari tit. n. 6083, 43 quoque videtur. De nomine gentilicio in regione Marsa laudato vide infra ad tit. Marruvinum n. 7679.

Ex eo, quod locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis est scripta, non excludo, quin saec. II p. C. n. esse possit.

#### 3653 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, in *Corsignani* 100. 102; EUND., in *Febonio* 143 n. 63; EUND., *Codici epigrafici* 219. Exemplum repetiverunt MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGENNI, in *Fucino* III 382); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 343; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 276 n. 5. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 380.

Fidii alii in tit. regionis Marsae non laudantur.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

#### 6347 Cippus ex lapide calcario in formam cylindri redactus passim scalpro dentato dolatus vertice anaglypho illo autem perquam adeso ornato praeditus, nempe serpente qui in omphalo delitescit (de quibus anaglyphis frequentibus in regione Marsa fusius disseruit I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* ser. 8°, 35, 1980, 193–216 cum alia bibliographia; etiam cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 11–12; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 54–55; STALINSKI, *Ritrovamento* 261–262; A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 115–122), crepidine paulum prominente praeditus, in medio cylindro serpto florali ornatus, alt. (82) diam. 34. Litt. ad actuaras transgredientes 6–5,6. Puncta in formam lunae decrescentis insculpta. Exstat in terram demissus in viridario aedium gentis *Di Censo* in vico *Aielli Alto* iuxta viam *Castello* sub. n. 3 sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* 83.1058–1060. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015840–44).





Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 10–12 n. 4 cum im. phot. tab. II fig. 4; VALDISERRI PAOLETTI, *l. l.* 199–200 n. 13 cum im. phot. tab. II fig. 8; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 276 n. 6; C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 45–46 n. 5 cum im. phot. fig. 6. – Cf. S. DIEBNER, in *Römische Gräberstraßen* 236 cum im. phot. tab. 44 fig. litt. b; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236; G. GROSSI, in *Marsica* I 251, cum im. phot. p. 240.

1 *T(itus)*, 2 *Eunicus* vidi in lapide, litterae singulares P L S F MOMMSEN dubitanter iam solvit *p(atronus) l(iberto) s(uo) f(ecit)* (cf. p. 797); in dubio autem adhuc maneo; aliud mihi in mentem non venit.

Divios alios fusius reperies in tit. Marruvinis, scil. n. 3717–3719. 3754 (etiam cf. tit. urbanum AE 1983, 55).

Ex litterarum forma priori parti saec. II p. C. n. tribuerim.

783\* Parallelepipedum ex lapide calcario a dextra in usum posteriorem recte scissum in fronte levigatum 21,5 × (61) × circ. 14. Litt. 8/5. Rep. nescio quando prope vicum *Cerchio*. In eodem vico servatur muro cuidam exteriori affixum stabuli, ubi portae stipes usui est, siti iuxta viam *Umberto I*, ubi cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1990 contuli. Nunc exstat *Cerchio* in museo comunali, ubi m. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. quoque sumpsit.



Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 18–20 n. 12bis cum im. phot. tab. III fig. 12bis; ID., *Stud. Etr.* 44, 1976, 276 n. 1 cum im. phot. tab. LIV fig. a; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 278 n. 19. – Cf. A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 369; AMICONI, *Appunti* 7.

LETTA est suspicatus litteras antiquiores, scil. [- -]RSI, spatiis amplioribus relictis bustrophedon incisas esse (de ratione scribendi fusius ipse disseruit) nec non titulum *protosabellicum* fuisse; qua coniectura mihi parum certa esse videtur (etiam cf. RUSSI, *l. l.*). Quid autem subsit, mihi non liquet; de supplemento [- -]Marsii cogitare potuissem. Attamen vide AMICONI, *l. l.*, qui de nota numerorum aetate medii aevi insculpta, scil. 154[-], cogitat: forsitan haud longe a vero abest. De re universa vide C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 9–10; M. H. CRAWFORD, apud *Imagines Italiae* 1574).

784\* Frg. stelae calcariae infra, dextra sinistraque fractum. Rep. nescio quando *Aielli Alto*, exstat in regione *Cipressa* haud longe a vico *Aielli Stazione* muro cuidam exteriori affixum casulae cuiusdam in viridario heredum domini *Ferdinando Piccone* prope cauponam *Il Castello* nuncupatam.



----- | [- -]PA | [- -]MEO | [- -]VNA |  
[- -] | VIX[I]T | [- -]TRY[.] | -----.

Im. phot. a CESARE CASTELLANI m. Febr. a. 2016 sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 51–53 n. 10 cum im. phot. fig. 5.

Forma litterarum vide (praesertim litt. A et P) ad aetatem recentiore adducit.

----- | [con(iugi) et] pa[trono] meo | [q(ui) mecum] una | [sine q(uerella) ?] vix[i]t | [an(nis) - - -] Try[ph]aena uxor vel lib(erta) p(osui) ?] vel [Callio]pa (vel etiam [Antio]pa) | [contub(ernali) vel co(n)iugi] meo | [q(ui) mecum] una | [sine u(lla) q(uerella) ?] vix[i]t | [an(nis) - - - et] Try[ph]oni filio? posui? restituere est conatus LETTA. Tota res incerta manet.

785\* Frg. stelae funerariae ex lapide calcario (47) × (25) × (?).

Litt. 3,5 (v. 2: 1). Rep. a. 1979 *Aielli Alto* prope *Oratorio parrocchiale*. Nunc exstat *Aielli Stazione* muro cuidam exteriori affixum casulae cuiusdam in viridario heredum domini *Ferdinando Piccone* prope cauponam *Il Castello* nuncupatam.



[- -]M | [- -]MVS | [- -]C R PER | [- -]INA |  
-----.

Im. phot. a CESARE CASTELLANI m. Febr. a. 2016 sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 57–59 n. 14 cum im. phot. fig. 14

Forma litterarum punctorum et praesertim nota ~ super litteris ER (v. 3) exarata ad aetatem recentiore adducit.

[D(is)] M(anibus). | [Pri]mus, | [ser(vus) ar]c(arius) r(ei) p(ublicae). (H)er(es) | [- -]ina | [- -] b(ene) m(erenti) p(osuit) ?] restituere est conatus LETTA, qui etiam non excludit, quin legi quoque possint v. 1 [B(onae)] m(emoriae), v. 3 [in p(a)]c(e) r(ecessit) p(resbyt)er.

7639 tit. sacer

Ara ut videtur ex lapide calcario corona fortasse praedita 70 × 41 × 37. Litt. circ. 4–5. In utroque latere insculpi videntur paterae potius quam scuta ut asserit DE NINO. Rep. a. 1897 extra vicum *Cerchio* in regione *San Vito* nuncupata in demoliendo aedificio q. d. *casale Ozzano* in praedio equitis *Venanzio D'Amore-Fracassi* prope ecclesiam Sancto Bartholomaeo dicatam. A. 1960 dominus *Fiorenzo Mario Amiconi* titulum inspexit in vico *Cerchio* in cella vinaria aedium gentis *D'Amore-Fracassi*, regione autem Marsa a. 1984 concussu mota pars aedium diruta est, ita ut tit. periisse videatur. Descripti a. 2010 ex scheda DE NINO.

OCTAVIA  
LVPILLA  
b ONAE · DEAE  
α EDICVLAM · ET  
α RAM · DE · SVO  
· D · D ·

Fuit fortasse:

*Octavia*  
*Lupilla*  
[B]onae Deae  
[a]ediculam et  
5 [a]ram de suo  
*d(onum) d(at)*.

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO, *ms.*, II vers., 1° serie, b. 11, fasc. 160; ID., NS 1897, 430 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 389); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 13 n. 6; BROUWER, *Bona Dea* 93–94 n. 88; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 276 n. 7; ID., in *Dediche sacre* 279 n. 190. – Cf. JOUFFROY, *La construction publique* 351; AMICONI, *Appunti* 27; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453; F. M. AMICONI, in *ephemeride Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 121; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 40; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 528–529; G. GROSSI, in *Marsica* I 366; EHMIG, *Donum dedit* 159. 223. 226.

2 *Pupilla* male GROSSI. – 6 [d(onum)] d(at) d(edicat) LETTA.

Titulos regionis quartae Bonam Deam memorantes collegi in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 218 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 144–145); de dea, praeter BROUWER, *l. l.*, vide RADKE, *Die Götter Altitaliens*<sup>2</sup> 73–74, M. CÉBEILLAC, *MEFRA* 85, 1973, 517–553, L. GASPERINI, *Picus* 9, 1989, 224–229 cum alia bibliographia, BÖLS-JANSSEN, *La vie religieuse* 429–468, M. G. GRANINO CECERE, in *Lazio & Sabina* VI 85–86, F. MARCATTILI, *Arch. Class.* 61, 2010, 7–40, S. EVANGELISTI, in *Colons et colonies* 323–327 et F. MARCATTILI, in *Forme e strutture* 469–489. De nomine gentilicio Octavii fusius in titulis regionis Marsae vide ex. gr. SEGENNI, *l. l.* 454.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

7640

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus (a–b) inter se coniunctis fere composita supra a dextra et infra fracta undique levigata (45) × (35) × 17,7. Area titulo inscri-

bendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Litt. 5/2,6 (vide infra). Utraque pars rep. a. 1979 in vico *Aielli Alto* dum receptaculum quoddam autocinetorum municipale (Italice *Autormessa Comunale*) aedificatur. In regione *Cipressa* haud longe a vico *Aielli Stazione* servabatur muro cuidam exteriori affixa casulae cuiusdam in viridario heredum domini *Ferdinando Piccone* prope cauponam *Il Castello* nuncupatam, ubi a. 1992 contuli. Nunc exstat *Chieti* inter reposita praefecturae antiquitatum, ubi ADRIANO LA REGINA a. 2008 denuo recognovit et novam editionem tituli praebuit.



Fig. α




Fig. β

*L(ucius), A(ulus), SAV[- - -]*  
*qui me[r]catū [- - - ma]-*  
*cer[ias] ope tu[- - -]*  
*di cu[ra]rent, re[- - - ma]-*  
5 *cerias om[- - -]*  
*facitu.*



Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Fucino* V 257–266 cum im. phot. fig. 1–2 et im. del. fig. 3; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 675–676 (etiam cf. p. 649); A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 11–16 cum im. phot. fig. 1 et del. fig. 2. – Cf. E. CECCARONI – F. GALADINI, in E. CECCARONI (Ed.), *Nuovi tesori dal Fucino. Archeologia nella Marsica – Mostra cantiere, Avezzano* (AQ), 2009, 28–29 cum im. phot.; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 75; G. GROSSI, in *Marsica* I 360 cum im. phot. p. 367; TODISCO, *Vici* 100. 112; E. CECCARONI – H. BORGHESI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 505 cum im. phot. fig. 2; C. LETTA, *ibid.* 69; EUND., in *Valle di Comino* XII 36; EUND., in *Peoples* 514; T. ERCOLE, in *Fucino* VI 225 et passim; C. LETTA, in *Peoples* 514.

Puncta triangularia. – Litt. N dextrorsum inclinata; litt. P aperta; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis.

Sequor LETTA. – 1–2 *magistri* | *E(u)cleidi(s)* DIONISIO, i. e. *magistri dell'Euclide* (= *figlio di Giove Euclios*). – 2 in. amicissimus OLLI SALOMIES per litteras non excludit, quominus *veci Eidi*, i. e. *vici Idi(i)*, legi quoque possit.

Memorantur, ut LETTA recte explicavit, duo *magistri* *vici* *Ei(e)diani*, scil. Caius Didius Petronis filius et Vettius Alfius

Publii filius, qui thesaurum faciendum et in fano Herculis dicato collocandum locaverunt. Attamen SISANI, *l. l.* non excludit, quin Caius Didius et Vettius Alfius fuerint *magistri nudi dicti* et locutio *veci Eidi(ani)* si recta soluta, i. e. gen. loc., ad locum quoddam pertineat, ubi *magistri thesaurum locaverunt* nempe posuerunt (coniectura autem mihi parum probabilis esse videtur). De praenominibus et nominibus gentilicis fusius LETTA disseruit, inde iterare nolo; attamen de praenomine Petronis vide SALOMIES, *Vornamen* 85–86, EUND., in *Prénoms* 31–32, cum amplissimo commentario titulis collectis (de praenomine Vettii etiam vide EUND., *Vornamen* 96 et in *Prénoms* 37). Vicus *Ei(e)dianus* videtur fuisse in regione, q. d. *Santa Monaca* vel *Li Cantoni*, ubi A. DE NINO (NS 1897, 427 [= ID., *Scoperte archeologiche* 385]) vestigia nonnulla *vici* cuiusdam in lucem protulit. Forma *Hercolo* tit. *Superaequano* n. I<sup>2</sup> 3253 = 7383 quoque laudatur (titulos Herculi sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 [= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150]).

Ex forma litterarum et grammatica temporis spatio inter saec. II ex. a. C. n. et I in. comprehenso tribuendus videtur.

7642 = I<sup>2</sup> 3210a tit. fortasse operis publici

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam adesa (30) × (24,5) × circ. 18. Litt. 6–4,3. Rep. nescio quando prope vicum *Cerchio*. In eodem vico servabatur muro cuidam exteriori affixa stabuli, ubi portae stipes usui est, siti ante domum dominae *Concetta Sabatini* iuxta viam *Cavour*, ubi una cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1983 contuli. M. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. recognovit in aedibus municipalibus *vici Cerchio*.



[ - - ] *L(ucius) f(ilius) Rufu[s]*  
[ - - ] *probave[r-]*.

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 17 n. 12 cum im. phot. tab. II fig. 12; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3210a; AMICONI, *Appunti* 7 n. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 278 n. 18. – Cf. C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 39; F. M. AMICONI, in *epemeride Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14; G. GROSSI, in *Marsica* I 362 cum im. phot. p. 368; TODISCO, *Vici* 100.

2 *probave[r(unt)]* LETTA fortasse recte; non excludo autem *probave[re]*.

Magistratus, qui opus quoddam faciendum curaverunt idemque probaverunt, *vici* cuiusdam potius quam *Marruvii* esse videntur.

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. fortasse adducit; etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 346 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 346).

7643 (= 1137) tit. sepulcralis militis

Tabula ex marmore undique fracta *lunga palmi cinque e tre quarti per la larghezza di palmi due e un quarto* (GUARINI), i. e. (38,8) × (16,6) × ?. Litt. affabre insculptae *once dieci*, scil. 24,6. Rep. circ. a. 1830 effossionibus fortasse *Celano* factis. Perisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 ex scheda GUARINI.

-----  
[ - - ] *leg(ionis) III C(yrenaicae)* [ - - ]  
-----?

R. GUARINI, *Bull. Inst.* 1830, 119 cum im. del.; inde MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 1118 = 5626; ID., supra n. 1137; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 3–4 n. 1; A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 368–369; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 11. – Cf. M. P. BILLANOVICH, *Athenaeum* 56, 1978, 416; GROSSI, *Celano* 25.

Quem titulum non sine dubiis in corpore titulorum *Cerfeniae* repertorum recepi, ex eo, quod, quamquam GUARINI titulum *Celano* esse repertum asserit, FEDERICO CASSITTO in vico *Bonito* prope *Aeclanum* degens homo, ut verbis MOMMSEN utar (cf. supra p. 100), sanctissimus ab omni fallacia aversus, vestigia antiquitatum illa inter quae titulus noster a GUARINI empta in lucem detecta *Aeclani* esse asseverat.

Supplementa incerta manent. – [ - - ] *trib(unus) mil(itum)* dubitanter LETTA; [ *miles* ] vel [ *centurio* ] vel [ *praefectus* ] vel etiam [ *legatus* ] RUSSI; *C(yrenaicae)* iam recte MOMMSEN supra p. 767 cum quo consentit LETTA (de qua legione usque ad aetatem imperatoris Antonini Pii in Aegypto tendente postea ab ipso in Arabiam translata vide E. RITTERLING, *RE* XII, 2, 1925, col. 1506–1517). Anonymum in hoc titulo memoratum eundem ac *Proculum* illum aetatis *Neronianae* in tit. *Antiochiae Pisidicae* reperto (vide W. C. CALDER, *JRS* 2, 1919, 99 n. 31) fuisse LETTA est arbitratus; res autem tota incerta manet (cf. RUSSI, *l. l.*).

Saec. I p. C. n. esse videtur.

7644 tit. sepulcralis primipili

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte scalpro dentato dolata (13,5) × (24) × ?. Litt. affabre insculptae 7.

Rep. nescio quando prope vicum *Cerchio*. Ibidem servatur muro cuidam exteriori affixa ecclesiae Sanctae Mariae Gratiarum iuxta viam *Umberto I* sitae, ubi una cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1990 contuli. Ibidem m. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
[- - - ? p]rīm(-) [pīl(-) ? - - -]  
[- - -]+++[- - -]  
-----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.


C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 16 n. 10 cum im. phot. tab. IV fig. 10; AMICONI, *Appunti* 6 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 12. – Cf. F. M. AMICONI, in ephemeride *Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.

[- - - P]rīmā LETTA, qui autem non excludit [p]rīm(us) [pīl(us)]. – 2 vestigia litterarum incertarum.

Litterarum forma ad saec. I p. C. n. sane adducit.

#### 7645 tit. sepulcralis

Cippus ut videtur ex lapide calcario a dextra et infra fractus in fronte levigatus (26) × (27) × ?. Litt. 7,5–6. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Rep. *Aielli Alto* saec. XXI ex. in operibus ad domum domini *Domenico Del Pinto* iuxta viam *Musciano* sitam restituendam institutis. Servatur *Aielli* in aedibus domini *Mario Vincenzo Palerma*, ubi CESARE LETTA descripsit et a. 2015 me certiore fecit. M. Febr. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



L(uci-) A[- - -]

Sq[- - -]

-----

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 60–61 n. 17 cum im. phot. fig. 17 (AE 2016, 370).

Puncta in formam aculei sagittae redacta.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7646 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario infra fracta undique levigata (30) × (30) × 11,5. Litt. affabre insculptae 6,5/2,5. Rep. circ. a. 1927 a domino *Liberato Pelusi* in praedio, q. d. *Frimini*, prope vicum *Cerchio* sito. Servabatur in aedibus gentis *Pelusi*, ubi una cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1990 contuli. Nunc, ut me certiore fecit m. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit, tit. exstat *San Benedetto dei Marsi* in cavaedio sito prope “domum Romanam”.



Q(uitus) Annius

Q(uiti) l(ibertus) Helenus.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 14 n. 8 cum im. phot. tab. I fig. 8 (AE 1975, 294); AMICONI, *Appunti* 7 n. 5; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 13. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 4.2; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 147; F. M. AMICONI, in ephemeride *Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; G. GROSSI, in *Marsica* I 374.

Puncta triangularia etiam in fine v. 1 signata.

De nomine gentilicio Annii crebre in titulis Marruvinis laudato vide inter al. SEGENNI, *l. l.* (etiam cf. ad tit. n. 7647).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7647 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario ab utroque latere fractus, supra tympano praeditus, in fronte valde pessumdatum, in usum posteriorem utrimque recte scissus (44) × (20) × 30. Litt. 4,6/4,4. Rep. circ. a. 1970 a domino *Gaetano Nucci* in regione, q. d. *Cela*. Servabatur *Aielli* in aedibus domini *Mario Vincenzo Palerma*, ubi CESARE LETTA descripsit et a. 2015 me certiore fecit. Nunc exstat inter reposita musei communalis *A. Di Pietro*, ubi a. 2016 CESARE CASTELLANI contulit.



[An]nia  $\subset$ mulieris  $\supset$  l(iberta) A+[- -],  
[-] Vigell[ius - l(ibertus)]  
[Pri]mus [fecit].

Im. phot. a LETTA sumpta.

G. GROSSI, in *Fucino* I 210 adn. 24; ID., in *Marsica* I 243 cum im. phot. fig. 2 p. 244; C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 49–51 n. 9 cum im. phot. fig. 10 (*AE* 2016, 365).

Puncta triangularia sursum directa.

Supplementa GROSSI sequor, quamquam nomen gentilicium feminae alio modo supplere potuissem ex. gr. [Nin]nia; attamen in regione vici *Cerfennia* inter nomina gentilicia quae terminantur in *-nius* ad hoc tempus nomen Annii tantum memoratur (cf. supra tit. n. 7646). Nomen Vigellii in aliis titulis regionis Marsae non invenies, quod fusius tractavit LETTA, *l. l.*

Ex monumenti litterarumque forma saec. I p. C. n. esse videtur.

#### 7648 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore infra et in marginibus fracta undique levigata supra fastigio, in quo circulus incisus est, cum acroteriis ornato praeditus (43)  $\times$  36  $\times$  4. Area titulo inscribendo destinata ab utraque latere columna striaturis praedita cum capitulo foliis ornato. Litt. affabre insculptae 3,5–2,3 (litt. E in fine versus 3 exarata minoris mensurae 1,4). Rep. a. 1989 prope vicum *Celano* in regione *Paludi* nuncupata. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 35904), ubi a. 1989 descripsi.

*Dis Manib(us).*


*Domitiae*

*Symphersa`e`;*

*Cn(aeo) Domitio*

<sup>5</sup> *Euphrati*

*b(ene) m(erentibus) f(ilii) f(ecerunt).*



Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 39366.

BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 253–255 n. 11 cum im. phot. fig. 12 (*AE* 1997, 463) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 335–337 n. 11 cum im. phot. fig. 13); ID., in *Fonti latine e greche* II 277 n. 14. – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 109 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 262); E. CECCARONI, in *Fucino* VI 251.

Puncta triangularia.

Laudantur Domitia Sympherusa et Cn. Domitius Euphrates (de cognomine vide H. SOLIN, in M. LEIWO – H. HALLAHO – M. VIERROS (Ed.), *Variation and Change in Greek and Latin (Papers and Monographs of the Finnish Institute at Athens* 17), Helsinki 2012, 108), scil. uxor et maritus, qui liberti Cnaei Domitii cuiusdam fuerunt. Non excludo, quin eorum patronus fuerit Cn. Domitius Corbulo, filius fortasse Cn. Domitii Corbulonis consulis a. 39 (E. GROAG, *PIR*<sup>2</sup> D 141), qui fuit consul suffectus paulo ante a. 47 p. C. n., legatus Augusti pro praetore exercitus Germaniae inferioris a. 47, deinde proconsul Asiae Claudio imperante, a. 54 a Nerone retinendae Armeniae praepositus et legatus Augusti pro praetore Cappadociae et Galatae; inter a. 60 et 63 in Syriam abscessit et inter a. 63 et 67 in Cappadociam denuo revertit. De Corbulone vide inter al. E. GROAG, *PIR*<sup>2</sup> D 142; VOGEL-WEIDEMANN, *Statthalter* 372–373; ECK, *Statthalter* 117–119 n. 6; S. SEGENTI, *Epigraphica* 51, 1989, 155–157; B. RÉMY, in *Parenté et stratégies* 407 n. 6; G. TRAINA, in *Studi Albino Garzetti* 491–503; C. LEGA, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 16, 1996, 99–102; F. J. VERVAET, *Latomus* 58, 1999, 574–599; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 254; G. ALFÖLDY, ad tit. huius Corporis vol. VI 41071a; A. CLEMENTI, in *Campi aperti* 247–249; S. SEGENTI, *ibid.* 186–187. De servis libertis libertabusque Cnaei Domitii Corbulonis tit. n. 3418. 3419. 3432. 3438. 3469. 7541 fusius memoratis, cui praedia in agro Peltuinati fuisse videntur (vide praesertim supra ad tit. n. 3419), vide R. SYME, *JRS* 60 1970, 34–35 (= EUND., *Roman Papers* 817–818). Si recte intellexi, illi Cnaei Domitii in hac regione Marsa domicilium quoddam quoque constituerunt. Attamen tit. fortasse ad Albam Fucentem pertinet.

Ex eo, quod supra demonstrare sum conatus et ex litterarum forma saec. I labenti p. C. n. vel paulo postea tribuerim, cui tempori formula *Dis Manib(us)* sane congruit.

## 7649 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii ex duabus partibus (a–b) inter se fere coniunctis composita ab utroque latere et supra fracta corona passim autem deperdita ornata praedita, pars superior a (48) × (31) × ?, pars inferior b (43) × (34) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta circ. 53 × 34,5. Litt. ad actuaris transgredientes 4,5–2,3 (nota formam litt. L). Rep. a. 1976 in praedio q. d. *Alafrano* vici *Aielli Stazione*. In regione *Cipressa* haud longe a vico *Aielli Stazione* servatur in viridario heredum domini *Ferdinando Piccone* prope cauponam *Il Castello* nuncupatam, ubi *CESARE LETTA* descripsit et me certiore fecit. M. Febr. a. 2016 *CESARE CASTELLANI* denuo reconvit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*C(aio) Farr[u]-*  
*fano Fa[v]-*  
*orabili q[ui]*  
 5 *vix(it) a(nnis) X+[,]*  
*[e]t m(ensibus) VI Fa-*  
*[r]rufana P-*  
*[r]imitiva*  
*mater pien-*  
 10 *[t]isima filio inf-*  
*[e]licisimo posuui[t].*

Im. phot. a *LETTA* sumptae.

C. *LETTA*, in *Valle di Comino* XII 46–47 n. 6 cum im. phot. fig. 6 (etiam vide ad p. 61) (*AE* 2016, 362). – Cf. G. *GROSSI*, in *Marsica* I 258.


Puncta in formam aculei rosae insculpta (v. 2. 5). – 3–4 *f(ilio) M[em]orabili* non excludit *LETTA*. – 5 + est pars superior hastae transversae inde V vel X. – 9–10 *pietissima* pro *pietissima*. – 10–11 *infelicisimo posuuit* pro *infelicissimo posuit* (formam *posuuit* in titulis aetatis imperatoriae *Marruvii* et *Supini* repertis, scil. n. 3738 et n. 3868, quoque invenies; cf. M. G. *GRANINO CECERE*, in *Musei Capitolini* 36).

Nomen gentilicium *Farrufani* aliunde ignotum (cf. ex. gr. nomen *Farusani* tit. *Perusini* XI 1977 et *Furfani* tit. *Nursinorum* n. 8483. 8509).

Ex forma litterarum saec. III in. p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

## 7650 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta supra rotundata cum acroteriis lateralibus aetate recentiore perterebratis in media area corona vittata ornata (138) × (51) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et ab utroque latere servantur, ? × 35. Litt. 5,5–4. Rep. nescio quando prope vicum *Aielli* in fundo, q. d. *Fondillana*, prope *Santo Iro*. Servatur in regione *Cipressa* haud longe a vico *Aielli Stazione* muro cuidam exteriori affixa casulae cuiusdam in viridario heredum domini *Ferdinando Piccone* prope cauponam *Il Castello* nuncupatam, ubi *CESARE LETTA* descripsit et a. 2015 me certiore fecit. Ibidem m. Febr. a. 2016 *CESARE CASTELLANI* denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Longeiae*  
*Veneriae*  
*Longeia*  
 5 *[S]everina*  
*[filiae] dul-*  
*[cissim]ae*  
 -----

Im. phot. a *LETTA* sumpta.

C. *LETTA*, in *Valle di Comino* XII 47–48 n. 7 cum im. phot. fig. 8 (*AE* 2016, 363). – Cf. G. *GROSSI*, in *Marsica* I 257.

Puncta distingui nequeunt.


6-7 *dul[cissimae p(osuit)]* LETTA.

Tit. Albensi n. 4001 laudatur Longeia Primigenia quaedam. De cognomine Veneriae vide A. DEGRASSI, *Latomus* 22, 1963, 436-439 (= EUND., *Scritti vari* III 261-263); etiam vide A. SARTORI, *Riv. Arch. Como* 166, 1984, 132-133.

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. adducit.

#### 7651 tit. sepulcralis

Stela vel etiam tabula lapidis calcarii a dextra fracta ex duabus partibus inter se coniunctis composita (52,5) × (47) × ?. Area titulo inscribendo destinata fascia continua cincta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Infra titulum anaglypha ad mundum muliebrem pertinentia efficta videntur, scil. torques inter duas soleas vel etiam corona inter balsamaria bina. In lucem rediit m. Dec. a. 2000 *Cerchio* muro cuidam exteriori inserta domus cuiusdam iuxta *Salita del Castello* sitae. Attamen hominum incuria postea calce oblita est. CESARE LETTA titulum descripsit ex imagine delineata quam FIORENZO AMICONI ipsi comiter suppeditavit; LETTA et CESARE CASTELLANI a. 2016 me certiore fecerunt.



*Operam d(e) s(ua) ma[nu d(edit)]?*

*D(is) [M(anibus)] s(acrum).*

*[M]ach[a]onti S[- -]*

*[- -]t[- -]*

5 *Ma[i]o[r pat]er, Prim[i]-*

*gen[ia] c]oniunx cum*

*fili[- -]annia*

*b(ene) [m(erenti)] p(osuerunt).*

Im. ab AMICONI del.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 53-54 n. 34 cum im. del. ex AMICONI repetita fig. 33 (AE 2017, 345).

1 in fascia superiore insculptus.

Sequor supplementa a LETTA proposita. - 5 potius quam *Ma[i]o[r]ina mat[er]*; 6-7 potius quam *cum | fili[a] Annia* LETTA non excludit *cum fili[o suo] Annia[no]* vel etiam *cum fili[a sua] Annia[na]*.

Saec. II p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

#### 7652 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario in fronte perquam adesa 42 × 51 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 36,7 × 47,5. Litt. exiles 6/5. Rep. nescio quando in regione, q. d. *Margini* vel *Le Mòrgini*, prope vicum *Aielli* [de sito etiam cf. A. DE NINO, *NS*

1886, 85 (= EUND., *Scoperte archeologiche* 230)]. Servatur muro cuidam exteriori affixa aedium gentis *Villa* prope *Celano* sitarum, ubi a. 1990 contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Ian. a. 2016 tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*Magilia*

*Durviti* (scil. uxor)

*sepulta;*

*have et vale.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 7-10 n. 3 cum im. phot. tab. I fig. 3 (AE 1975, 293); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 15; C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 48-49 n. 8 cum im. phot. fig. 9 (AE 2016, 364). - Cf. F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 45, 1976, 728; GROSSI, *Celano* 25 cum im. phot. fig. 7; G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 109; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17; G. GROSSI, in *Marsica* I 251.

4 punctum triangulare. - 2 *Durviti* (scil. *serva*) VAN WONTERGHEM *haud recte*. - 4 *have pro ave* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 146).

Nomen *Durviti* hic solum memoratur; etiam cf. *Publium Dirvitiium Hilarum* tit. n. 3716 *Marruvii* reperto laudatum (S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 450; etiam cf. C. LETTA, in *Valle di Comino* II 91; EUND., *ibid.* XII 49). De locutione *have - vale* praesertim vide GREGORI, *l. l.* 83-86. *Sepulta* est verbum (i. e. *hic sepulta*); de re universa vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170-171 titulis aliis collectis.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7653 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta in fronte scalpro dentato dolata (25) × (44) × circ. 21. Litt. 8. Rep. nescio quando prope vicum *Cerchio*. Ibidem servabatur muro cuidam exteriori affixa iuxta viam *Umberto I*, ubi una cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1990 contuli. M. Febr. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. inspexit muro cuidam affixum sito iuxta *Salita del Castello*.



*[- -]us P(ubli) f(ilius) Ser(gia) M[- -]*

-----



Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 16 n. 11 cum im. phot. tab. IV fig. 11; AMICONI, *Appunti* 6 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 16. – Cf. F. M. AMICONI, in *ephemeride Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; GROSSI, *Marsica* 84; FORNI, *Tribù* Y302; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35.

Puncta triangularia sursum directa.

Ex litterarum punctorumque forma saec. I labenti a. C. n. tribuerim vel paulo postea.

#### 7654 tit. sepulcralis

Pars dextra stelae lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis composita supra fastigio triangulari praedita, in quo vestigium fortasse palmae incisum, in fronte valde levigata (53,5) × (23) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et a dextra servantur. Litt. exiles 4,2–3,8 (litt. X v. 2 minoris mensurae 3). Rep. nescio quando loco incerto servatur *Aielli Alto* in aedibus domini *Silvio Riposati* iuxta viam *Sotto le mura* sitis, ubi CESARE LETTA descripsit et a. 2015 me certiore fecit. M. Mart. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



[D(is) M(anibus)] s(acrum).  
 [- -]ti qui vixi(t)  
 [- -]III dies XX,  
 [- -]vi]trico Stas-  
 5 [- -]be]ne merenti-  
 [bus - -]mus alumn-  
 [us - -] posuit.

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 54–57 n. 13 cum im. phot. fig. 13 (AE 2016, 367).

Puncta triangularia haud semper signata.

Restitui supplementis a LETTA propositis ex parte adhibitibus. – 2 [Herme]ti, [Hermero]ti, [Philero]ti vel sim. – 3 subest formula annorum et mensium ut videtur vario modo compendiis scripta. – 4–5 Stas[im]us vel Stas[imianus] vel etiam Stas[ime]. – 6 ex. gr. [Pri]mus attamen quomodo recte sit restituendum cognomen, quod terminatur in -mus, fieri non potest. – 6–7 alum[nus] vel alum[na].

Ex. gr. hoc modo LETTA restituit, scil. [D(is) M(anibus)] s(acrum). | [Herme]ti, qui vixi(t) | [an(nos) XXX]III, dies XX, | [et vit]rico Stas[imo be]ne merenti|[bus Pri]mus alumn[us] posuit. Attamen LETTA non excludit, quin alio modo titulus legi potest, scil. [D(is) M(anibus)] s(acrum). | [- -]paren]ti, qui vixi(t) | [annos - -], menses] III, dies XX, | [- -] vit]rico, Stas[im]eni matri? be]ne merenti|[bus -9?]-]mus alumn[us] posuit ((Questo monumento è) consacrato agli dei Mani. Al padre...., vissuto.... anni, tre mesi e venti giorni, al patrigno.... e alla madre Stasime, pieni di meriti nei suoi confronti, pose (questa tomba) il figlio ...mo.). Quae supplementa sequi non potui, ex eo, quod ratio spatiorum supplendorum incerta manet.

De alumnis inter al. vide H. S. NIELSEN, *Class. Med.* 38, 1987, 141–188; J. BELLEMORE – B. RAWSON, *ZPE* 83, 1990, 1–9; C. SAVIATO, *Epigraphica* 61, 1999, 288–292.

Litterae ad saec. III in. p. C. n. adducunt, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

#### 7655 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere fracta in fronte valde pessumdata (61) × (39,5) × circ. 24. Litt. 9,5–5,5. Rep. nescio quando prope vicum *Cerchio*. Ibidem servatur muro cuidam exteriori affixa aedium dominae *Loredana Bianchini* iuxta viam *Umberto I* sub n. 56 sitarum, ubi una cum ALESSANDRO D'AMATO a. 1990 contuli. Hominum incuria tit., ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras m. Aug. a. 2016, calce oblitus est.



[- -]o T(iti) f(ilio) Se[r(gia)]  
 [Qu]ieto  
 [testa]mentō  
 [fec]erunt f(iliū).  
 - - - - -?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 15–16 n. 9 cum im. phot. tab. II fig. 9 (AE 1975, 295); G. MENNELLA, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 398 n. 55; AMICONI, *Appunti* 6–7 n. 3; ECK, *Organisation* 188 (= ID., *L'Italia nell'impero romano* 193); PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 170 n. 251; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 276 n. 10; TRAVERSO, *Esercito* 121 n. 46; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 347 (AE 2012, 423). – Cf. G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 531; F. M. AMICONI, in ephemeride *Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; FORNI, *Tribù* Y470; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 20; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35.

Puncta triangularia esse videntur.

3–4 supplevi non sine dubiis; [quaest(ori) ali]mento[rum] | - - p]rimip[il(ari)] LETTA, cum quo OMNES consentiunt. – 3 illud [fec]erunt reiecit amicus CESARE LETTA per litteras (d. 11 m. Sept. a. 2012).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7656 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam cylindri redactus undique perquam pessumdatus nec non lichenibus deturpatus vertice anaglypho illo ornato praeditus, nempe serpente, qui in omphalo delitescit (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 6347), in fronte levigatus a tergo scaber, alt. (122) diam. 57,8. In medio cylindro arma et insignia militaria sunt sculpta, scil. a sin. lorica, galea sub qua servantur vestigia gladii et cinguli inter se vittis consertorum, ocrearum et parmae nixae hastae. Litt. affabre insculptae 6,2. In cippo a. 1905 crux aenea est defixa, ut commemoraret sacerdotes Patrum Redemptorum humanitatis religionisque finibus propagandis, cuius memoria incisa est in fascia infra titulum antiquiorem decussata. Rep. a. 1897 dum via ferrata Romana fit prope vicum *Cerchio* in praedio, q. d. *Sant'Andrea*. Servatur extra *Cerchio* in terram demissus iuxta viam rusticam prope compitum, ubi olim ecclesia Sanctae Luciae fuit, ubi a. 1990 recognovi. Ibidem m. Ian. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. contulit et im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α



Fig. β

*L(ucius) [- -]us T(iti) f(ilius) Ser(gia) Rufus.*

Fig. α–β: Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumptae (adde neg. *D. A. I. Rom* 83.1056–1057).

A. DE NINO, *ms. i. e. II vers., 1° serie, b. 11, fasc. 160*; ID., *NS* 1897, 429 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 388); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 12–13 n. 5 cum im. phot. tab. III fig. 5; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei*, s. 8°, 35, 1980, 200 n. 14 cum im. phot. tab. III fig. 9 (AE 1982, 226); H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 21, 1990, 85; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 277 n. 17; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 90 cum im. phot. fig. 35. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 94 adn. 31. 121. 123. 130 adn. 116; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 531; AMICONI, *Appunti* 25; EUND., in ephemeride *Marsica Domani* 9, d. 31 m. Aug. a. 1989, 20–21 cum im. phot.; S. DIEBNER, in *Römische Gräberstraßen* 236 cum im. phot. tab. 44 fig. litt. d; EAND., in *Romanisation du Samnium* 236; M. C. MANCINI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 103; FORNI, *Tribù* Y530; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 18; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; G. GROSSI, in *Marsica* I 359.

Puncta triangularia.

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. saltem adducit.

#### 7657 tit. sepulcralis

*In Celano Rossi* (vide infra).

D · M · S  
VERNAE VII  
PYRALIIS CON:  
VG · CVMQV ·  
OLLII · EL · IVVE  
LALI FIL · B · M  
P ·

Fuisse videtur:


Fuisse videtur saec. I p. C. n.

3717 Cippus ex marmore fastigio rotundato praedito, in quo corona incisa 75 × 40 × ? . Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 47,5 × 28. In latere dextro et in sinistro urceum et pateram sculptos esse traditur. Litt. affabre insculptae 4,8–3,5. Puncta in formam aculei sagittae incisa. Servatur muro cuidam exteriori affixus ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit; ibidem m. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI titulum denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5843). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013810–11).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 104. 171; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 32. 51 n. 105; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 10v (*Consultata più volte da me, e finalm(ente) addì 5 Feb(rai)o 1808. Pescina* [add.: *nel cortile dell'Episcopio*]). 32r (*Consultata da me più volte e finalm(ente) addì 5 Feb(rai)o 1808. Pescina* [add.: *nel cortile dell'Episcopio*]) cum im. del.; L. COLANTONI, *RASLA* 25, 1910, 432 n. 18; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 50–51 n. 39 cum im. phot. tab. XIV fig.

39; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 202 n. 63. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 156 cum im. phot. tab. XIV fig. 39 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451. 452; GROSSI, *Marsica* 92; STEK, *Cult places* 162; G. GROSSI, in *Marsica* I im. phot. p. 654; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 217.

Nomina Divii et Herennii fusius in regione Marsa memorantur (vide LETTA, *Epigrafia, l. l.* 151–152. 247; de Herennio etiam cf. F. MIELE, in *Italica ars* 560; cf. infra ad tit. n. 3728).

Ex litterarum forma saec. II in. p. C. n. saltem tribuo, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) sac(rum)* compendiis scripta sane congruit.

3718 (cf. *EE* VIII p. 44) Basis ex marmore super quam urna vel etiam vas imponebatur in fronte et ab utroque latere levigata, a tergo scabra 28 × 30,5 × 29. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 19 × 22. Litt. 3,8/3,5. Puncta triangularia. In duabus areis marginatis laterum dextri et sinistri anaglyphum claustrum insculptum est (cf. ex. gr. urnas, quae arcam ferratam bullatam nec non claustrum praeditam imitantur Corfinii repertas, de quibus praesertim vide G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 299–300; MATTIOCCO, *Contributi* 118–203; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 194. 281–282. 298; DIEBNER, *Aesernia* 161–163; EAND., in *Romanisation du Samnium* 235–236). Contra vide LETTA *l. infra l.*, qui conicit anaglypha ibi insculpta ad instrumenta caerimoniarum sepulcrorum pertinere nempe pateram et taenias vel vittas. Servabatur inde ab a. 1888/89 (iussu ERCOLE CANALE PAROLA) *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit. Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 79. 2779–2780. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013812–14).


De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 105. 521. 522; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 33; EUND., *Codici epigrafici* 28. 145. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 10v cum im. del. (*Presso la Sciamiera delle api della Baronessa Tomassetti a(ddi) 9 ap(ri)le 1810*); CANALE PAROLA, *ms.* IV, i. e. epistula missa d. 25 m. Apr. a. 1889; L. ORLANDI, *I Marsi* 299 n. 68; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 150–152 n. 102 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 102; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 62–63 n. 82; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 203 n. 64; CATALLI, *Museo Lapidario* 78 n. 66 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 30 n. 17 cum im. phot. – Cf. E. CANALE PAROLA apud FIORELLI, *NS* 1889 p. 165; CERASANI, *Marruvium* 174 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 102 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 349 cum im. phot. fig. 8; C. CASTELLANI, *ibid.* 80, 2018, 481. 490. 492.

1 *Diiivius* pro *Divius* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 98); etiam vide infra tit. n. 3748 ubi laudatur *Pompeiius*; de grammatica vide W. WEISSBRODT, *Philologus* 43, 1884, 449. Hoc nomen gentilicium in regione Marsa saepius memoratur: cf. tit. n. 3717 (Divia Saturnina). 3719 (Lucius Divius Lucii filius Perula). 3754 (Divius Anchialus). 6347 (Titus Divius Titi libertus Faustus); de re universa vide LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 151–152, qui recensuit omnes titulos extra Italiam repositos, ubi laudantur Divii, inter quos cf. tit. huius Corporis vol. III 6257, ubi nominatur Publius Divius Italicus quidam domi Mauretania Caesariensi, qui fuit praefectus cohortis III Hispanorum equitatae (*PME* D 13 = D 7bis, add. p. 1541. 2089; VI p. 9).

Ex litterarum monumentique forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3719 Stela ex lapide calcario marginibus effracta in fronte passim scalpro dentato dolata infra rudis (65) × (37) × ?. Litt. 5–4 (litt. M in fine v. 4 minoris mensurae exarata 1,5). Puncta triangularia. Exstat *San Benedetto dei Marsi* muro cuidam exteriori affixa stabuli olim gentis *Sabatini* nunc *Camillo Cerasani*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7260. 7262). Exemplar ut videtur recens muro eiusdem stabuli affixum exstat (vide infra LETTA). Utrumque titulum m. Apr. a. 2016 ibidem denuo recognovit CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013815–17).

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Arch. Stor. Prov. Nap.* 82, 1963, 347. 352; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 106. 849. 866; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 34; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 382. 394 n. 9; ROSSI, *ms.* f. 10v cum im. del. (*Trovata nella vigna piantata da Berardo Cambisi vicino la ripa di Fucino*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 21–22 n. 14 cum im. phot. tab. V fig. 14; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 203 n. 65. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 149 cum im. phot. tab. V fig. 14 (a LETTA); D'ARPIZIO, *ms.* 10.1; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451.



2 IPERVLAE haud recte ROSSI; *Perulae* pro *Perula* vel etiam *Perulla* (cf. tit. n. 2532, ubi laudatur Caius Raius *Perula* quidam).

Nomen gentilicium *Divii* fusius *Marruvii* memoratur (cf. supra ad tit. n. 3718). De locutione *corpus positum* vide LETTA, *l. l.* 9 (etiam cf. tit. urbanum huius Corporis vol. VI 35279 (cf. p. 3920) = *ILS* 7964); in tit. *Marruvino* n. 3686 legitur *corpus situm est*.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3720 Stela ex lapide calcario in fronte levigata supra fracta in angulo inferiore sinistro laesa fastigio acroterii floralibus et corona laurea insculptis ornato praedita (75,5) × (50,5) × 20 circ. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta 49 × 33. Litt. 5,2–4,2. Puncta triangularia. In latere sinistro speculum, in dextro pecten exsculpta [de anaglyphis ad mundum muliebrem pertinentibus vide bibliographiam collectam supra ad tit. n. 3680]. Etiam hodie exstat eodem loco, quo MOMMSEN recognovit, nempe *Pescina* muro cuidam exteriori cavaedii aedium domini olim *Anselmo* nunc *Pietro Lorenzo D'Amore* sitarum iuxta viam *Tranquilli* sub n. 148, quae aedes olim fuerunt gentis *Tomassetti-Tabassi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit (adde im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1081; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5839). Ibidem adhuc servatur, ut me certior fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013818–19. 16105).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 111. 515; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 41; EUND., *Codici epigrafici* 28. 145. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 13v cum im. del. (“add. *Pescina, nel cortile de Sig(nor) Tomassetti*”); MANGINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGENNI, in *Fucino* III 382); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 142–143 n. 95 cum im. phot. tab. XXXII fig. 95; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 7354 adn. 56 n. 6 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 700 adn. 56 n. 6); ID., in *Fonti latine e greche* II 203 n. 66. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 172 cum im. phot. tab. XXXII fig. 95 (a LETTA); SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 461. 466; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 19, 1988, 98; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; F. DONATI, in *Fucino* III 393; ANTOLINI, *Iscrizioni* 89 [adn. 200]; F. SQUADRONI, *SEBar* 6, 2008, 15; BRANCATO, *Repertorium* II 95; G. GROSSI, in *Marsica* I 663; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 30.



3 *Sambucae* pro *Sambuca* vel *Sambucae*, quod cognomen rarum inventu. – 4–5 FELICIC|CISSIMVS, 6–7 P ◦ M|LIVS ROSSI.

Publius Avius alius tit. Marruvino n. 3679 quoque memoratur (etiam vide infra ad tit. Supinatem n. 7834). Titum Allium Delficum quendam tit. n. 3706 invenies (de nomine gentilicio vide SEGENNI, *Stud. Class. Orient.*, I. I. 462; etiam vide tubulum fictilem saec. III p. C. n. rep. in effossionibus institutis in sito Lucus Angitiae signatum C. Ali[us?] publici iuris factum a GROSSI, *Marsica* 117 et in *Marsica* I 523).

Ex litterarum forma et ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

3721 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 110. 853; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 40; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 384; ROSSI, *ms.* f. 13v cum im. del. (*Trovata nella Vigna della Baronessa Tomassetti nello scavo di d(ett)a Vigna a mezzo giorno a circa 32 passi naturali del sud(dett)o Casino Tomassetti a sinistra del ramo della strada valeria il quale conduceva alla città di tal Nome* [add. corr.: *Marruvio*]. *È alta la pietra pal(mi) 3 e <sup>2</sup>/<sub>4</sub>, e larga pal(mi) 2 meno un quarto. L'iscriz(ion)e poi è larga un palmo, e <sup>2</sup>/<sub>4</sub>, e lunga ne meno un quarto*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; CERASANI, *Marruvium* 35 n. 53 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 203 n. 67. – Cf. CERASANI, *Annotazioni* 45; S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 148. 160 (scr. 3731); S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; S. SEGENNI, in *Epigrafia e territorio* VII 141; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 19.

2 puncta non dedit, 7 ex. XXXX ROSSI. – 4 *Flaviana* fuisse videtur pro *Flaviana* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 111. 150). – 6–7 *vixsit* pro *vixit*.

Discentes iidem ac discipuli esse videntur; cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. VI 10009 ubi laudantur coniux et discentes; de re universa vide *ThLL* V 6, col. 1335.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim, cui tempori puncta inter syllabas posita (de punctis inter syllabas et vocabula signatis cf. ex. gr. W. GARDNER HALE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 7, 1896, 265) congruit.

3722 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; CERASANI, *Marruvium* 38 n. 74. 206 n. 74 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 203 n. 68.

2 *vixsit* pro *vixit*.

Non excludo, quominus prioris partis saec. I p. C. n. vel paulo antea esse possit (vide illud *salve* v. 1).

3723 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 816. 869. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 394; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 33; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 203 n. 69. – Cf. ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 190.

8–9 locutio ET ◦ P ◦ B ◦ M | P non sine dubiis solvenda videtur et *p(arentes) b(ene) m(erentibus) | p(osuerunt)*.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

3724 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 70.

4 *mes(es)* pro *mens(es)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 136). – 6–7 P+LIO LATERE | TIARDIA FILIO traditur, quae vocabula MOMMSEN *Treptio pater et*

*Parla filio* est dubitanter interpretatus; quid autem subsit, mihi non liquet. – 8 *posuerun* pro *posuerunt*.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

3725 Desideratur. Infra titulum efficta anaglypha ad mundum muliebrem pertinentia, scil. a sin. sportula, balsamarium, soleae, nescio autem quod instrumentum, speculum [vide bibliographiam collectam supra ad tit. n. 3680].

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 862. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 394 n. 5; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 71. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 469; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 143; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 1; G. ALVINO – B. COLASANTI – L. PORZI – A. ROTELLINI, in *Lazio & Sabina* X 31; G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

1 *Cinura* pro *Cinyra* (de cognomine etiam vide C. H. MOORE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 20, 1909, 4)

De nomine gentilicio Gavii fusius in tit. Marruvinis laudato vide ad tit. n. 7720.

Saec. I p. C. n. fuisse potest.

3726 = I<sup>2</sup> 1768 (cf. p. 1036). Delenda est utpote non Marruvio sed Albae Fucentinae referenda sit suo loco relata, ex eo, quod C. LETTA et S. D'AMATO (*Epigrafia dei Marsi* 347) recte monent titulum in agro oppidi *Avezzano* repertum esse (etiam cf. E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 137). – Cf. BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 111 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 265).

3727 Tabula ex lapide calcario infra et ab utroque latere in usum posteriorem recte scissa in fronte levigata autem fissuris laesa a tergo scabra in faciem sursum directa foro perterebrata (14,7) × (58) × 27. Litt. 4,4–4,2 (litt. T vocabuli et v. 2 supra versum egrediens 4,5; cognomen Ianuarii loco alterarum litterarum erasarum insculptum). Puncta triangularia. Immissa a. 1936 dono domini *Francesco Di Genova* in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015115–16).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 293 n. 58; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 122 n. 81 cum im. phot. tab. XXVII fig. 81; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 39–40 n. 40; CERASANI, *Marruvium* 36 ad n. 56. 167 cum im. phot. tab. XXVII fig. 81 (a LETTA). 203 n. 56 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 72; CATALI, *Museo Lapidario* 73 n. 61 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 29–30 n. 15 cum im. phot. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463–464; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 490. 492.



1 *Helene* vidi in lapide. – 2 illud *Ianuario* scriptum est in litura maiore.

De nomine gentilicio Aponii vide infra ad tit. n. 7724.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. esse videtur.

## 3728 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 73. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452; STEK, *Cult places* 162; GROSSI, *Marsica* 92.

2 de nomine gentilicio Herennii iam MOMMSEN cogitavit; Herennii alii tit. Marruvinis n. 3717. 3729. 3748 quoque inveniuntur (etiam cf. tit. Supinatam n. 7812).

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3729 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 118. 858; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 46 n. 50; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 393 n. 1; ROSSI, *ms.* f. 15v cum im. del. (*S. Benedetto*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 74. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452. 475; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; STEK, *Cult places* 162; GROSSI, *Marsica* 92.

4 MISERISSIM, 9 XXVIII ROSSI. – 4 *miserissima* pro *miserima*.

Publius Paccius Romanus ipse tit. n. 3740 a sodalibus posito quoque memoratur (de nomine Paccii vide infra ad tit. n. 3739) et in fistula infra n. 7742. De nomine gentilicio Herennii vide supra ad tit., qui praecedit.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

## 3730 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 204 n. 75; CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup> 539 n. 24; ORTIZ DE ZÁRATE, *Nutrices* I 118 (etiam vide p. 181; II 38. 50. 61. 68. 89. 105. 119. 154. 165. 225. 245. 263. 286. 297. 306). – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 471. 478; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234.

3 *Pompulla* fortasse pro *Pompullia* (de nomine gentilicio Pompullii vide SCHULZE, *Eigennamen* 183). – 4 *Nemesis* pro *Nemesis* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 118).

Nota libertum praenomine a patroni diverso. Tit. n. 3684 memorantur Caius Laberius Felix pater et Caius Laberius Sabinianus filius (de nomine gentilicio Laberii fusius disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 52). Caius Pompullius Faustus quidam tit. n. 7746 laudatur. De nutricibus etiam vide K. R. BRADLEY, *Slavery and Abolition* 8, 1987, 56–57 et praesertim CRISTOFORI, *I. l.* 536–544 cum amplissima bibliographia.

Saec. II p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

## 3731 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; CERASANI, *Marruvium* 39 n. 83. 207 n. 83 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 76. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 466. 487; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 160; AUGENTI, *Lavoro schiavile* 70.

2 SERVS pro *servus* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128), 4 *Agatopus* pro *Agathopus* (cf. EAND. 147).

Tit. n. 3840 Antini reperto laudatur Baebia Mantia, vel Cattia, Marcella quaedam; etiam vide tit. huius Corporis vol. VI 32522 d II 12 urbaniciani a. 149–172 p. C. n. Publii Baebii Publii filii Sergia Maximi Marsis (cf. A. PAGNONI, *Epigraphica* 10, 1942, 27; FORNI, *Tribù* B77; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37).

Ex eo, quod litterae “pravae” fuisse videntur, non excludo, quominus saec. III p. C. n. esse possit. Res autem incerta manet.

## 3732 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; CERASANI, *Marruvium* 36 n. 61. 204 n. 61 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 77. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 457; AUGENTI, *Lavoro schiavile* 71.

1 LASCIVS pro *Lascivus* (quod cognomen, ex. gr., tit. Aveiatibus n. 7628. 7632 quoque memoratur).

De nomine Tironii vide supra ad tit. n. 3674 et 3675, ubi laudantur fundus Tironianus et familia Tironianensis.

Saec. II p. C. n. fuisse potest.

## 3733 Desideratur. Videtur fuisse ara corona cum seroto vittato praedita, in cuius latere dextro ROSSI inspexit anaglypho ad mundum muliebrem spectantia incisa (de quibus anaglyphis etiam cf. tit. Marruvinos n. 3680. 3720. 3725. 3824. 3826. 7697. 7716. 7723. 7728. 7738. 7756 et Supinates n. 3875. 7813; vide bibliographiam collectam supra ad tit. n. 3680).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 125; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 47 n. 58; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 18r cum im. del. (*Fu trovata in Civita presso la Chiesa di S. Sabina verso il 1780 nella Vigna di Forchino. È alta la pietra palmi due e 2/3 e larga uno, e 2/3. L'Iscriz(ion)e poi è alta due palmi meno un quarto, e larga un palmo, ed un oncia* [add.: *Esiste nel casino de Tomassetti nel tenimento di Pescina nel locale denominato Case le Corna*]); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; CERASANI, *Marruvium* 35 n. 54 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 78. – Cf. L. COLANTONI, *NS* 1893, 385; CERASANI, *Annotazioni* 45; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 476; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234.

6 COI traditur, i. e. *coi(ugi)* pro *coniugi*; attamen non excludo, quominus *con(iugi)* fuerit.

Dominus liberti Pergami, nempe Publius Paquius Publii filius, fuisse videtur ordinis senatorii nec non oriundus ex municipio Histonio, quod illi Paquii ut inter OMNES constat colebant; praetermittendum quoque non est proaviam Publii Paquii Scaevae praetoris aerarii circ. a. 23 a. C. n. nec non proconsulis Cypri circ. a. 10 a. C. (L. PETERSEN, *PIR*<sup>2</sup> P 126) gentis Diru(i)tiae fuisse, quae gens ex Marruvio oriunda fuit (vide supra ad caput Histonienae); rem LETTA, *I. l.* 42. 115 et SEGENTI, *I. l.* fusius tractaverunt. De nomine gentilicio Paquii etiam vide infra ad tit. n. 7677.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

## 3734 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 79.

5 *meses* pro *menses* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 136).

Tit. n. 3856 Supini reperto laudantur Caii Marii Placidi pater et filius. De nomine Marii etiam vide F. MIELE, in *Italia ars* 553–557.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

3735 Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona et crepidine prominentibus praeditus undique perquam adesus nec non lichenibus pessumdatum 101 × 52 diam. Supra anaglyphum serpentis capite autem carentis flexu sinuoso exsculptum (etiam cf. tit. Marruvinos n. 3741. 3742. 3747. 3780. 7706. 7771; de anaglypho fusius disseruit I. VALDISERRI PAOLETTI *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193–216 cum alia bibliographia; etiam cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 11–12; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 54–55; A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 115–122; praesertim vide infra ad tit. Supinates); in medio scapo duae volutae fructibus floribus-

que praeditae inter capita vituli effectae. Litt. 6,5/6. Puncta triangularia. Exstat apud vicum *San Benedetto dei Marsi* in aedibus gentis olim *Sabatini* nunc *Camillo Cerasani*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015117–19).

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Arch. Stor. Prov. Nap.* 82, 1963, 351; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 144. 859; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 48 n. 77; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 393 n. 2; ROSSI, *ms.* f. 23v cum im. del. (*Trovata nell'anno 179[-] nella vigna che si piantò da Berardo Cambise vicino la ripa di Fucino*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 24–25 n. 18 cum im. phot. tab. VI fig. 18; VALDISERRI PAOLETTI, *l. l.* 196 n. 3 cum im. phot. tab. II fig. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 80. – Cf. PETREVIC, *Marruvium* 76; D'ARPIZIO, *ms.* 10.1; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103; CERASANI, *Marruvium* 150 cum im. phot. tab. VI fig. 18 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 475; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236.

De nomine gentilicio Ninnii, praeter tit. n. 3858 (etiam vide infra ad tit. n. 7699. 7792) cf. tit. huius Corporis vol. VI 32638 a, 28, ubi memoratur miles praetorianus a. 174 p. C. n. conscriptus Q. Ninnius Q. f. Vel(ina) Severus Marr(uvio); etiam cf. SEGENTI, *Epigraphica* 58, 1996, 150 (ubi autem n. 3755 script.). Praetermittendi quoque non sunt illi Titus Ninnius Titi filius Sergia Fronto pater et Titus Ninnius Titi filius Sergia Fronto filius Marsi appellati laudati in tit. Ephesino quodam reperto, quem publici iuris fecit H. ENGELMANN, *ZPE* 126, 1999, 168 (*AE* 1999, 1575; etiam vide O. SALOMIES, in *Acta Barcelona* II 1273).

Forma monumenti litterarumque ad saec. I medium p. C. n. adducit vel paulo postea.

## 3736 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 149. 865; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 82; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 394 n. 8; ROSSI, *ms.* f. 24v cum im. del. (*Trovata nello stesso locale* [vide infra ad tit. n. 3780]); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 205 n. 81. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453; G. GROSSI, in *Marsica* I 715; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 70.

Sextus Octavius alter fortasse redit tit. n. 7701; de hoc nomine gentilicio fusius in tit. Marruvinis memorato vide LETTA, *l. l.* 65–68 et passim; etiam cf. SEGENTI, *l. l.* 453–454 et DEMOUGIN, *Prosopographie* 382.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

## 3737 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetiverunt PETREVIC, *Marruvium* 83; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 82. – Cf. L. COLANTONI, *NS* 1893, 385; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453; HORSTER, *Bauinschriften* 218.

1 *Caelerinae* pro *Celerinae* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 118). – 2 *f(eminae) s(anctissimae)* iam MOMMSEN fortasse recte (etiam cf. p. 796). – 3 *A(urelius)* solvit MOMMSEN (etiam vide infra ad tit. n. 3756); in signaculo aeneo Supini reperto n. 7857 laudatur M. Aurelius Philletianus quidam. – 3–4 AD[- -]TIE traditur; *ad[fini] | pie* pro *pie* proposuit MOMMSEN nescio an recte.

De nomine gentilicio Octavii vide supra ad tit., qui praecedat.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3738 Stela ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis composita in angulo superiore sinistro fracta, in fronte levigata, in fascia inferiore scalpro dentato dolata, a tergo scabra 100 × 49,8 × 15,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 67 × 33,7. Litt. exiles et impares 5–3,5. Puncta triangularia. Immissa a. 1936 dono domini *Orazio Cambise* in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015120–21).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 152; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 85; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 25r cum im. del. (*Scavata vicino al lago di Fucino nel locale detto S. Cipriano nell'anno 1816*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGENTI, in *Fucino* III 382); L. ORLANDI, *I Marsi* 297 n. 65; PETREVIC, *Marruvium* 83; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 25–27 n. 20 cum im. phot. tab. VII fig. 20; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 35 n. 33; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 83; CATALI, *Museo Lapidario* 69 n. 57 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 25 n. 7 cum im. phot. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 151 cum im. phot. tab. VII fig. 20 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 465. 470; G. GROSSI, in *Marsica* I 712; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103. 104; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 490. 492.



4–5 SANTIS|SIME, 9 AVIEDIVS ROSSI. – 10 EVPIVS ORLANDI. – 2 *Ostiliae* pro *Hostiliae* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 145; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183), 4 *coiugi* pro *coniugi*, 4–5 *sanctissime pientissime* pro *sanctissimae pientissimae* (cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 116), 7 *anis* pro *annis* (cf. EAND. 139), 8 *posuuit* pro *posuit* (vocales geminatae “uu” redeunt ex. gr. in regione Marsa ipsa, scil. supra tit. aetatis imperatoriae n. 7649

(Aielli) et n. 3868 (Supinum); etiam cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 129; M. G. GRANINO CECERE, in *Musei Capitolini* 36).

Praetermittendum non est Narbonae Lucium Aufidium Luci libertum Marsum quendam memorari, scil. tit. huius Corporis vol. XII 4648.

Litterae ad saec. II p. C. n. adducunt vel paulo post, cui tempore locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

3739 Epistylum ex lapide calcario in fronte levigatum 105 × 173 × ? . Litt. profunde incisae 6,7–4,5. Punctum triangulare in littera O vocabuli *Dentió* v. 1 fortasse incisum. Etiam hodie exstat eodem loco, quo MOMMSEN recognovit, nempe *Pescina* muro cuidam exteriori cavaedii aedium domini olim *Anselmo* nunc *Pietro Lorenzo D'Amore* sitarum iuxta viam *Tranquilli* sub n. 148, quae aedes olim fuerunt gentis *Tomassetti-Tabassi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur, ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. Incertum utrum epistylum lapidis calcarii alterum ibidem servatum anaglyphis armorum et militarium insignium perite sculptorum ornatum (im. phot. *D. A. I. Rom* n. 83.1083–1084) ad idem monumentum sepulcrale pertineat necne (cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 239; POLITO, *Fulgentibus armis* 166. 186). – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015122–23. 16106–07).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 154. 517. 533. 850; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 87; EUND., *Codici epigrafici* 28. 145. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 382; ROSSI, *ms.* f. 25v cum im. del. (*Pescina*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4299; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 130 n. 90 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 90; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 84. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 170 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 90 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 465. 475; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 76–77 cum im. phot. fig. 22; G. GROSSI, in *Marsica* I 643. 647 cum im. phot. p. 655; R. ANTONINI, *Quad. Coldragonesi* 2, 2011, 15; EAND., *Considerazioni* 2013, 10.

3 omisit ROSSI.

De praenomine Paccii vide SALOMIES, *Vornamen* 83–84 cum amplissimo commentario titulis collectis (tit. noster memoratur ad p. 84); E. DUPRAZ, in *Prénoms* 30; SALOMIES, *ibid.* 111–132. De nomine gentilicio Paccii fusius disseruerunt LETTA, *l. l.* 224 et SEGNI, *l. l.* 475–476; etiam G. CAMODECA, in *Valle di Comino* VIII 49–50 et ANTONINI, *Quad. Coldragonesi*, *l. l.* 15–17 cum alia bibliographia. Publium Paccium quendam et Publium Paccium Romanum tit. Marruvinis n. 3689. 3729. 3740. 7742 reperies.

Ex litterarum forma aetatis Augusteae saltem esse videtur, cui tempore locutio *ex testamento factum est arbitrato* (de qua vide O. SALOMIES, *Arctos* 48, 2014, 345–346. Etiam vide supra ad tit. n. 3694) sane congruit.

3740 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 153; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 86; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 25v cum im. del. (*Trovato vicino al lago di Fucino nel locale d(ett)o San Cipriano nell'anno 1816*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGNI, in *Fucino* III 382); WALTZING, *Corporations* III 408 n. 1562; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347–348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 85. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 475; S.

ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 26 (= EUND., *Viabilità* 114); G. GROSSI, in *Marsica* I 715.


2 P omisit ROSSI.

Publius Paccius Romanus ipse tit. n. 3729 et in fistula infra n. 7742 quoque memoratur (de nomine vide supra ad tit. n. 3739).

Ex locutione *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

3741 (cf. *EE* VIII p. 44) = *ILS* 8412. Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona et crepidine prominentibus praeditus passim adesus 105,5 × 43 diam. Supra anaglyphum serpentis capite autem carentis flexu sinuoso exsculptum (vide supra ad tit. n. 3735); in medio scapo duae volutae fructibus floribusque praeditae inter caput vituli et bucranium cum taeniis effectae. Litt. ad actuarias transgredientes 4,9/4,5 (v. 1 coronae). 3,4 (v. 2 fasciae inter coronam et mediam aream sculptae). 3,4 (v. 3 scapi). Puncta triangularia. Immissa anno 1888/89 (iussu domini ERCOLE CANALE PAROLA) dono domini *Sisto Ippoliti* (errore *Gregorio Tarquini* legitur apud L. ORLANDI, *l. infra l.*) in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit (adde im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2795; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24). Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015124–28) et ectypa (inv. n. EC0009743–44).

Exemplum repetiverunt COLANTONI, *Storia dei Marsi* 190; CHOLODNIAK, *Carmina sepulcralia*<sup>2</sup> 804a; L. COLANTONI, *RASLA* 25, 1910, 431 n. 2\*; F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 78; L. ORLANDI, *I Marsi* 294 n. 59; PETREVICIC, *Marruvium* 74; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 81–83 n. 54 cum im. phot. tab. XX fig. 54; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 197 n. 7 cum im. phot. tab. II fig. 5; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 40 n. 41; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 86; CATALI, *Museo Lapidario* 74 n. 62 cum im. phot.; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 171 n. 7 cum im. phot. ad p. 167; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 17–18 n. 19\*; C. LETTA, in *Aia dei musei* 30 n. 16 cum im. phot. – Cf. EUND., *I Marsi e il Fucino* 103. 113; CERASANI, *Marruvium* 161 cum im. phot. tab. XX fig. 54 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 231; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo I 49; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 492.





1 *Pacidalus* haud recte COLANTONI, DE VISSCHER. – 3 *patronis* vidi in lapide.

Incertum utrum patroni Quintus et Caius Pacidai iidem ac fratres Pacidai/Pacidei memorati in *Bell. Afr.* 13.1.78 sint necne (de re universa praeter LETTA, *Epigrafia*, l. l. 83, vide AUGIER, l. l.). Nomen gentilicium Pacidai fusius tractaverunt LETTA et PACIFICO, l. l. (etiam cf. SUOLAHTI, *Junior Officers* 268. 286. 378 et SOLIN, *Iscrizioni antiche* 109, EUND., *Samnium* 80, 2007, 57). CHOLODNIAK, l. l. locutionem *patronis placuit* pro initio hexametri habuit, scilicet immerito; saepius in tit. invenies iuncturam *patrono (suo) placuit* (cf. tit. urbanos huius Corporis vol. VI 7981. 37454. 37806. A. W. VAN BUREN, *AJPh* 48, 1927, 25 n. 12; etiam tit. huius Corporis vol. XI 947 a–b); etiam cf. iuncturam *placuit parentibus* tit. urbani NS 1916, 102 n. 68 (praetermittenda quoque non est locutio *conservis fuit karus* tit. huius Corporis vol. VI 23817 = ILS 8413).

Ex monumenti litterarumque forma alteri parti saec. I p. C. n. tribuerim.

3742 Desideratur. Fuisse videtur cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus; supra anaglyphum serpentis flexu sinuoso exsculptum (vide supra ad tit. n. 3735); in medio scapo corona.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 197–198 n. 7bis; CERASANI, *Marruvium* 40 n. 84. 207 n. 84 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 206 n. 87. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103. 113; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo 149.

1 [P]acidei pro [P]acidai; de nomine gentilicio Pacidai vide ad tit., qui praecedit.

Ex monumenti forma non est cur excludam, quominus alterius partis saec. I p. C. n. esse possit.

3743 Stela ex lapide Tiburtino in fronte levigata a tergo scalpro dentato dolata, supra fascia praedita, in qua corona vittata cum acroteriis ab utroque latere positus effingitur, 145 × 63 × 10. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 39 × 29. Litt. impares cornibus praeditae 4,8–3,5. Puncta in formam circulorum haud semper insculpta. Usque ad a. 1987 servabatur Romae in Museo Capitolino parieti affixa ambulacri, q. d. *Galleria Lapidaria* XX. 1 (inv. n. NCE 301 olim CE 5364; cf. S. PANCIERA, in *Musei Capitolini* 11); nunc exstat inter reposita eiusdem Musei, ubi a. 2011 contuli (cf. ectypum inv. n. 2927). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015129).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 158; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 91; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 26v cum im. del. (*Trovata vicino il Lago di Fucino nel locale detto S. Cipriano nell'anno 1816*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGENTI, in *Fucino* III 382); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 88. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102 (scr. 3753 pro 3743); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455. 460; BRANCATO, *Repertorium* II 97; G. GROSSI, in *Marsica* I 715; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 349 cum im. phot. fig. 9.

6 FRATER ROSSI, attamen ERATER apud BRUNN et MOMMSEN, i. e. pro *f'rater* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 105).

Q. Petiedius Sophro quidam in tit., qui sequitur, laudatur (etiam vide tit. n. 3657); nomen gentilicium Aemilii hic solum in tota regione Marsa occurrit.



Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. vel paulo postea tribuerim, cui temporis litterarum forma sane congruit.

3744 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 89. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 148; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455. 482; BRANCATO, *Repertorium* II 96.

7 cognomen gen. fem. *Opis* si recte traditum aliunde ignotum.

De nomine Petiedii vide supra ad tit., qui praecedit. Turpilios alios in regione Marsa non invenies (de nomine fusius disseruit SEGENTI, l. l. 482).

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

3745 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; CERASANI, *Marruvium* 37 n. 67. 204–205 n. 67 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 90. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456.


3 *Philargurus* pro *Philargyrus*, 4 *Philarguris* pro *Philargyris*, 6 *faciund(um)* pro *faciend(um)*.

Quintos Petruculaeos alios invenies tit. sequentibus n. 3746–3747.

Quominus saec. I medii p. C. n. esse possit, non excludo.

3746 Cippus ex lapide calcario in usum posteriorem ad labrum adhibitus a sinistra resectus, in fronte scalpro dentato dolatus, a tergo scaber (110) × (48) × 52. In fronte exstat recessus rotundus, ubi canalis ad aquam adducendam aptus infigebatur. Litt. 5–3,5 (v. 4 postea est adiectus). Puncta triangularia. Sub titulo dextrarum manuum iunctio illa est exsculpta (quo de anaglypho vide L. REEKMANS, *Bull. Ist. Belge Rome* 31, 1958, 23–95; BRILLIANT, *Gesture and Rank* passim; SINN, *Marmorurnen* 27. 63–66; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; etiam cf. M. CAPPELLETTI, in *Saepinum* 198). Servatur in vico *San Benedetto dei Marsi* pone aedes gentis *Cappoli* iuxta viam *Capo Croce* sitis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015130).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 32–33 n. 25 cum im. phot. tab. XI fig. 25; CERASANI, *Marruvium* 37 n. 66. 153 cum im. phot. tab. XI fig. 25 (a LETTA). 204 n. 66 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 91. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 21; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 141; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34 cum im. phot. tab. VIII fig. 4 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130).



*Q*(uintus) *P*etruculeus | *O*ptatus | *H*erme *l*(iberto) *p*(osuit) | et *P*robo *l*(iberto) vidi in lapide. – 1 *P*etruculeus pro *P*etruculaeus (de quo nomine vide tit. n. 3745. 3747).

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim.

3747 Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus supra calce oblitus undique perquam adesus duabus fascis ornatus et infra magna ex parte in terram demissus (59) × 32 diam. Supra periit anaglyphum serpentis flexu sinuoso exsculptum (vide supra ad tit. n. 3735). Infra titulum est aedicula, in qua effingitur imago mulieris valde autem pessumdata; a sinistra incisum est speculum scil. Italice *a teca aperta* (cf. VALDISERRI PAOLETTI *l. infra l. et tit. Amiterninum* n. 8421). Litt. 4,5–4. Puncta distingui nequeunt. Exstat apud vicum *San Benedetto dei Marsi* in aedibus gentis olim *Sabatini* nunc *Camillo Cerasani*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015131).

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Arch. Stor. Prov. Nap.* 82, 1963, 351; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 160. 860; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 93; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms. p.* 393 n. 3; ROSSI, *ms. f.* 27r cum im. del. (*San Benedetto nel locale suddetto* [cf. supra ad tit. n. 3670]); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 23 n. 16 cum im. phot. tab. VI fig. 16; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 195 n. 1 cum im. phot. tab. I fig. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 92. – Cf. PETREVIC, *Marruvium* 76; CERASANI, *Marruvium* 150 cum im. phot. tab. VI fig. 16 (a LETTA); S. DIEBNER, in *Römische Gräberstraßen* 236; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456.

1 PETRVNVLAEAE Q ROSSI. – *P*etruculaeae *Q*(uintae) *l*(ibertae) | *A*rbusculae ossa sita vidi in lapide.


Quintos *P*etruculaeos alios invenies tit. praecedentibus n. 3745–3746.



Ex forma monumenti et litterarum saec. I p. C. n. in esse videtur.

3748 Tabella defixionis plumbea (de tabellis defixionis vide K. BRODERSEN – A. KROPP (Ed.), *Neue Funde und neue Deutungen zum antiken Schadenzauber*, Frankfurt am Main 2004) marginibus mutilata 6,7 × 10,6 × 0,2. Litt. ad actuarias transgredientes indicatae magna ex parte hastis rectis angulatisque 0,8–0,7 circ. (litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore incepta est; litt. S tribus hastis rectis exarata; litt. IVS vocabuli *Paquedi* minoris mensurae inter v. 2 et 3 insculptae). Puncta nulla. Servatur Berolini inter reposita musei rei publici, scil. *Staatliche Museen zu Berlin Preußischer Kulturbesitz, Antikensammlung* (inv. Misc. n. 7235), ubi a. 2011 contulit NORBERT FRANK una cum MANFRED G. SCHMIDT et ROBERTA MARCHIONNI, quibus maximas gratias ago. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015132. 16108–10) et ectypa (inv. n. EC0008236. 10541).

Exemplum repetiverunt HÜBNER, *Exempla* 314. 326 n. 946 cum im. del. v. 1–4; A.-[M.-H.] AUDOLLENT, *Defixionum tabellae quotquot innotuerunt tam in graecis orientis quam in totius occidentis partibus praeter atticas in Corpore Inscriptionum Atticarum editas*, Lutetiae Parisiorum 1904 [= Frankfurt und Main 1967], 188 n. 132; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 114–115 n. 76 cum im. phot. tab. XXV fig. 76; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 207 n. 93; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 349–352 cum im. phot. fig. 10a–10b (AE 2012, 425). – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 166 cum im. phot. tab. XXV fig. 76 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452. 455. 469. 474. 477. 480; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 143 (scr. 3478); GROSSI, *Marsica* 92; STEK, *Cult places* 156; G. ALVINO – B. COLASANTI – L. PORZI – A. ROTELLINI, in *Lazio & Sabina* X 31; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 217.



Lege: *S*extus *P*ompeius | *L*eonida, *L*(ucius) *P*aqved[us] | *P*hilo, *S*eptimius | *F*elix, *M*arcus *C*ela[du]s, *H*erenius *L*abi[canus], *M*arinus, *C*(aius) | *G*avius *S*ecun[du]s. – 1 *P*ompeius pro *P*ompeius (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 130; etiam vide H. SOLIN – P. TUOMISTO, in *Valle di Comino* XII 171–172), inde colligi potest

nomen gentilicium vocalibus geminatis more Osco exaratum esse (etiam cf. tit. n. 3718). – 5 *Herennius* pro *Herennius* (cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 139).

Nominantur liberti sex, scil. Sextus Pompeius Leonida, Lucius Paquedius Philo, Septimius Felix, Marcius Celadus, Herennius Labicanus, Caius Gavius Secundus, et servus unus, scil. Marinus. Non excludo, quin lamina affixa erat donario cuidam deo vel deae dicato. De nominibus gentilicis fusius disseruerunt LETTA et SEGENNI, *l. l.*, inde idem iterare nolo (onyx quaedam signata Marci Marcii est reperta Supini: vide LETTA, *l. l.* 237 n. 144bis; etiam cf. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.*, *l. l.* 474). De nomine Herennii etiam vide F. MIELE, in *Italica ars* 557–561. De ratione nominis et de origine tabellae fusius disserui in *Epigraphica*, *l. l.*

Quamvis ex forma scripturae et re grammatica lamina aetati rei publicae exeunti tribui possit, non est cur excludam, quin litterae ad exemplum inscriptionis antiquioris exaratae sint, inde de saec. I p. C. n. cogitari potest.

## 3749 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 94. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456; G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

Quinti Pomponaei tit. n. 3710. 3750 (etiam cf. tit. infra n. 7770); tit. Supini reperto scil. n. 7830 laudatur [P]omponaeus Quinti filius Gibba quidam.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

## 3750 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 95. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456; BRANCATO, *Repertorium* II 92.

2–3 *Pomponaeo* pro *Pomponaeo*, 6 *karis(simae)* pro *caris(simae)*, 8 *Ca[r]jis* si recte MOMMSEN supplevit pro *Chal[r]jis*.

De nomine gentilicio vide supra ad tit. praecedentem.

Ex locutione *D(is) M(anibus)* compendiis scripta non est cur excludam, quominus saec. II p. C. n. esse possit.

## 3751 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 528; EUND., *Codici epigrafici* 145. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 96. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 479.

Caius Pontius Priscus quidam in signaculo n. 6083, 118 extra vicum *Trasacco* rep. a. 1758 in vinea prope ecclesiam S. Mariae *del Soccorso* nuncupatam quoque laudatur; etiam vide supra ad tit. n. 3691.

Ex eo, quod ratio nominis utriusque Pontii casu nominativo est exarata, saec. I medio p. C. n. tribuerim.

## 3752 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 97. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 100. 107. 112; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456. 479.

Nomina gentilicia Poppidii et Staedii non redeunt in tit. regionis Marsae (de nomine Staedii vide LETTA, *l. l.* 223–224; etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 98. 130). Nota in v. 5 vocabulum *pedes* est subauditum.

Non sine dubiis saec. I medio p. C. n. tribuerim.

## 3753 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 98. – Cf. D'AMATO, *Prosciugamento* 176.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3754 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 514. 520. 848; EUND., *Codici epigrafici* 145. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 382; C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 208 n. 99; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451.

Divios alios fusius reperies in tit. Marruvinis, scil. n. 3717. 3718. 3719. 6347 (vide LETTA, *l. l.* 151–152).

Non est infitiandum saec. I medii p. C. n. titulum esse.

## 3755 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; CERASANI, *Marruvium* 36–37 n. 62. 204 n. 62 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 100. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455.

1–2 *q[ui] vixit* | *[a]nmos* suppleverim; LETTA, *l. l.* 68 non excludit *[R]ufino c[oss.]*, cogitans in parte superiore tituli nomina consulum Sergii Octavii Laenatis Pontiani et Marci Antonii Rufini esse exarata (de quibus consulibus ordinariis a. 131 p. C. n. vide K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 46; E. GROAG, *ibid.* A 868). – 8 *Orfin[- -]* LETTA.

Quamquam in tit. Octavii nonnulli laudantur (de nomine gentilicio Octavii fusius in titulis regionis Marsae memorati vide ex. gr. SEGENNI, *l. l.* 454–455), alia supplementa incerta manent.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3756 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 558; EUND., *Codici epigrafici* 202. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 101. – Cf. ANTOLINI, *Iscrizioni* 105; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 70.

3 *Elvia* traditur pro *Helvia* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 145). – 5 litt. P o A rationem nominis domini cuiusdam indicant, i. e. *P(ubli) A(- -)* (etiam vide supra ad tit. n. 3737). – 6 litteras P o S *p(o)s(uerunt)* solverim.

Ex locutione *D(is) M(anibus)* compendiis scripta non est cur excludam, quominus saec. II p. C. n. esse possit.

## 3757 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 179. 864; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 113; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 394 n. 7; ROSSI, *ms.* f. 33v cum im. del. (*S. Benedetto. Al Casino di Cambise alle corna. Consultato addi 22 Marzo 1810*); C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 102. – Cf. ANTOLINI, *Iscrizioni* 105; G. GROSSI, in *Marsica* I 715; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102.

6 EVCHRESTVS ROSSI, *Eucrestus* (BRUNN et MOMMSEN supra in exemplo) pro *Euchrestus*. – 8–9 IN|FELICISSIM ROSSI, *[in]infelicissim(i)* in lapide BRUNN et MOMMSEN supra in exemplo. – 10 FILIO ROSSI.

Locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et punctum in fine v. 4 ad formam hederiae redactum ad saec. II p. C. n. adducunt.

## 3758 Desideratur. Videtur fuisse stela quaedam ex lapide calcario ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta, i. e. monumentum illud porta Ditis nuncupatum quod in regione Marsa fusius occurrit (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3324).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 181; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 115; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 34r cum im. del. (*Rinvenuta in*

Vico oggi esistente nel cortile dell'Episcopio. 5 Ag(osto) 1815); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 103. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 128 n. 16; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 41.

Statedia mulieris liberta Selenium quaedam tit. Luci reperto n. 7870 quoque laudatur (etiam cf. L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 219). *Sepulta est verbum* (i. e. *hic sepulta*); de re universa vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170–171 titulis aliis collectis (cf. *AE* 1999, 566).

Ex eo, quod femina cognomine caret primae aetatis imperatoriae vel potius saec. I a. C. n. labentis esse videtur. 3759 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 104.

1 *Stati(us)* solverim; de nominativo singulari breviato *-i(us)* vide J. KAIMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42, quae ratio scribendi in tit. imperatoriae aetati tribuendis saepius quoque occurrit. Sextus Stadius Successus et Statia Menias tit. n. 7757 laudantur (etiam vide infra ad tit. n. 3848). De nomine gentilicio Statii etiam vide F. COARELLI, in *Epigrafia* 2006, 84; EUND., in *Falacrine* 21–22.

Primae aetatis imperatoriae.

3760 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 652; EUND., *Codici epigrafici* 203. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 209 n. 105. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 450; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 143; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 24.

1 Tattios alios in titulis regionis Marsae non reperies. – 2 *Avilled[ius]* iam proposuit MOMMSEN in indice nominum virorum et mulierum p. 706; cf. infra tit. n. 7760, ubi memoratur Avilledia Bassa quaedam. – 3 quid cognominis subsit in illo *Gilasco*, mihi non liquet. – 4–6 supplementa non temptavi (attamen non excludo, quominus illud *conseq[ue] - -]* v. 5 ad vocabulum *conservae* pertinere possit).

Aetatis imperatoriae incertae.

3761 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 529. 531; EUND., *Codici epigrafici* 145. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 348; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 210 n. 106. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 481; G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

De nomine gentilicio Tettii (etiam vide infra ad tit. n. 7695) fusius disseruit SEGNI, *l. l.*

Saec. I p. C. n. fuisse potest.

3762 Stela supra rotundata ex lapide calcario in fronte perquam adesa infra latior 85,5 × 48 × ?. Litt. affabre insculptae 7–6,5. Puncta nulla. Servatur muro cuidam exteriori affixa ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit; m. Apr. a. 2016 ibidem titulum CESARE CASTELLANI recognovit et im. phot. quoque sumpsit (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5837). – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015133–34).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 185; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 119; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 34v* cum im. del. (*S. Benedetto. Sotto al Molino di Civita scavata dal Fucino nell'inverno dell'1809 colonna sepolcrale nel Territorio del q(uonda)m Cesidio Simboli*); L. COLANTONI, *RASLA* 25, 1910, 432 n. 19; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 48–50 n. 38 cum im. phot. tab. XIV fig. 38; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche*

II 210 n. 107. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 156 cum im. phot. tab. XIV fig. 38 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 481; G. GROSSI, in *Marsica* I im. phot. p. 654.



1 TETTIDIORM ROSSI; LETTA inspexit litteram N conexam cum littera T initiali vocabuli *Tettidiorum*, inde solvit *N(umeriorum)*, quam coniecturam A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 368 reiecit; mihi quoque parum certum videtur.

De nomine gentilicio Tettidii vide infra ad tit. n. 3827.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3763 Tabula ex lapide calcario a dextra in usum posteriorem recte scissa in fronte levigata autem fissuris passim laesa 16,9 × (47,5) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta a dextra deperdita 13,5 × ?. Litt. exiles 4,2–3,9. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo MOMMSEN recognovit, nempe *Pescina* muro cuidam exteriori cavaedii aedium olim *Anselmo* nunc *Pietro Lorenzo D'Amore* sitarum iuxta viam *Tranquilli* sub n. 148, quae aedes olim fuerunt gentis *Tomassetti-Tabassi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015135. 15123. 16111).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 526. 851; EUND., *Codici epigrafici* 125. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms. p. 383*; DIEHL, *Vulgärlateinische Inschriften* 69 n. 780; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 117–118 n. 77 cum im. phot. tab. XXVI fig. 77; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 210 n. 108. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 166 cum im. phot. tab. XXVI fig. 77 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 482; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 354.



1 *Titii* pro *Titius* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 144), quamquam in dubio maneo, utrum de pronuntiationis vitio an de errore fabrilis agatur (etiam cf. MOMMSEN supra p. 803 sub indice “Grammatica quaedam”). – 2 *contibernali* pro *contubernali* (cf. TIBILETTI BRUNO, l. l. 127).

Memorantur Publius Titius Chius et contubernalis quaedam, cui cognomen S[- -]ja. De nomine gentilicio Titii vide infra ad tit., qui sequitur.

Ex litterarum forma et ex eo, quod ratio nominis liberti casu nominativo scriptus est saec. I in p. C. n. tribuerim (de forma monumenti etiam confer infra tit. n. 7695. 7712. 7724. 7746. 7751. 7760).

3764 (cf. p. 681) Stela ex lapide calcario a dextra gradu occulta supra et infra fracta (68) × (50) × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litterae 5–3. Exstat *Pescina* muro cuidam exteriori affixa graduum prope plateam *Orologio* appellatam, ubi m. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit; maximas ago gratias amico CESARE, qui me certiore fecit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016112).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* n. 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 210 n. 109. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 471. 481; BRANCATO, *Repertorium* II 98; E. MELCHOR GIL, *Riv. Stor. Antichità* 43, 2013, 134.



*D(is) M(anibus) s(acrum) | C(aio) Titio | Restituto | vix(it) an(nos) LXXXIII | m(enses) III d(ies) V | L(ucius) Iulius | Petronius | patri ho[no] | et sibi posterisq(ue) | suis fecit* nunc in lapide vidit CASTELLANI.

Caii Titii alii non laudantur in tit. Marruvii repertis, ubi autem Publios Titios fusius invenies, scil. n. 3763. 3765. 7751. Titia Philete quaedam tit. n. 3671 memoratur (de nomine vide SEGNI, l. l. 481–482). Lucii Iulii hic solum occurrunt (de nomine in regione Marsa laudato vide infra ad tit. n. 7680). Nescio cur cognomen Petronii in SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> non reperiam.

Ex forma litterarum et ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II labenti p. C. n. tribuerim.

3765 Stela ex lapide calcario fastigiata in fronte perquam adesa 75 × 36,5 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta lat. 28,5. Litt. affabre insculptae 4,5–4. Puncta in formam aculei sagittae redacta. Servatur prope vicum *San Benedetto dei Marsi* muro cuidam exteriori affixa stabuli olim gentis *Sabatini* nunc *Camillo Cerasani*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit; m. Apr. a. 2016 ibidem titulum CESARE CASTELLANI recognovit et im. phot. quoque sumpsit (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7261). – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015136–37).

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Arch. Stor. Prov. Nap.* 82, 1963, 352; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 863. Exemplum repetiverunt DI COSTANZO, *ms.* p. 393 n. 6; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 22 n. 15 cum im. phot. tab. V fig. 15; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 210 n. 110. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 149 cum im. phot. tab. V fig. 15 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 481.

3 *Succesa* pro *Succesa* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139. 147), 4 *Thyce* pro *Tyche* (cf. EAND. 147; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183).

De nomine gentilicio Titii in tit. Marruvii inventis memorato vide ad tit., qui praecedit.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. vel paulo postea tribuerim.

3766 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, in *Corsignani* 102. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 210 n. 111; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 458.

3 *Nymphodo* traditur (de cognomine Nymphodi vide SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 130). Non excludo, quominus *Nymphodo[to]* supplendum quoque sit. – 5 *Arrutusa* fortasse pro *Arethusa* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 133. 139. 140).

Nomen gentilicium Tocii hic solum in tota regione Marsa occurrit (etiam cf. tit. Pinnensem n. 7484).

Saec. I p. C. n. fuisse potest (etiam cf. punctum v. 2 in formam hederiae redactum).

3767 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 112. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 483.

2 *sibi et [suis]* supplere potuissem; res autem incerta manet.

De nomine Varii cf. tit. n. 3695. 3845. 7760.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3768 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; CERASANI, *Marruvium* 39 n. 68. 205 n. 68 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 113. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 33 (= EUND.,

Penne 39); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 480. 483.

Vetiedios alios in tit. regionis Marsae non reperies: cf. H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138 et E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 248 (attamen Lucium Vettedium Proculum quendam tit. n. 3853 quoque invenies); Sulpicia Primigenia quaedam tit. Marruvino n. 7724 memoratur.

Ex eo, quod ratio nominis casu nominativo est incisa, saec. I medio p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

3769 Desideratur. In lateribus sinistro e dextro efficta anaglypha ad mundum muliebrem pertinentia, scil. a sinistra calceus, cista, calceus, a dextra balsamarium, cista, pecten (vide bibliographiam collectam supra ad tit. n. 3680). Infra titulum MOMMSEN enotavit anaglyphum asciae.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 201. 530. 532; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 135; EUND., *Codici epigrafici* 29. 145. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 40v* cum im. del. (*In horto Thomasseti*); COLANTONI, *Storia dei Marsi* 108; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; CERASANI, *Marruvium* 26; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 114. – Cf. I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 205; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 484; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 53; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

3 Sigen(i) solve potius quam Sigeni legendum. – 5 CINIDIAE ROSSI; *Cinidiae* fortasse pro *Cnidiae*. Attamen H. SOLIN per litteras d. 22 m. Oct. a. 2011 non excludit, quin illud *Cinidia* nomen gentilicium pro cognomine sit adhibitum (etiam cf. tit. *ILAlg* II 9484, ubi laudatur Mutia Cini-dia quaedam). – 6 *Veturi(us)* solverim.

[–] Veturius Lucii filius Rufus quidam tit. Marruvino n. 7765 quoque memoratur (de nomine vide, quae scripsit SEGENNI, *l. l.*); Octavii fusius in titulis regionis Marsae laudantur.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3770 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 203; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 137; EUND., *Codici epigrafici* 29. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 41r* cum im. del. (*In S. Benedetto. Trovata vicino la ripa di Fucino nell'anno 1807*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 115. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463. 485; EUND., *Epigraphica* 51, 1989, 147; G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

Vibios et Annios crebre in tit. regionis Marsae invenies (cf. tit. a SEGENNI, *l. l.* collectos).

Ex eo, quod femina cognomine caret, non excludo, quominus prioris partis saec. I p. C. n. vel paulo antea esse possit.

3771/2 Rupes incisa supra ingressum cryptae cuiusdam titulo sepulcrali in fronte paululum levigato autem perquam adeso, cuius area titulo inscribendo destinata excavata 21,5 × 41. Litt. impares 4,2/2,9. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo BRUNN recognovit, proprie iuxta viam S.S. 83 inter vicus *Pescina* et *Venere* in regione, q. d. *Pisco Muratore*, ubi a. 1993 contuli. Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO et SIMONA ANTOLINI sumptae, quae in imagine delineanda quoque elaboravit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015138–39).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4308; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 131–132 n. 91 cum im. phot. tab. XXIX fig. 91; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 32; ID., in *Storia di Ortucchio* 115 adn. 56; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 310–313 cum im. del. fig. 10 et im. phot. fig. 11 (cf. *AE* 1992, 318);

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 116; ANTOLINI, *Iscrizioni* 79–89 n. MARS1 cum im. phot. tab. VII fig. 2–3 et im. del. fig. 4. – Cf. PETREVICIC, *Marruvium* 77–78; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 123. 145; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; EUND., in *Fucino cento anni* 122; CERASANI, *Marruvium* 170 cum im. phot. tab. XXIX fig. 91 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 459; C. LETTA, in *Fucino* I 504; G. MESSINEO – G. GROSSI, *ibid.* 369; L. GASPERINI, in *Saxa scripta* I 322 (= EUND., *Archeologia* 378); E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 84; G. MANNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573–575; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; G. GROSSI, in *Marsica* I 678. 679.



Fig. α




Fig. β

1 *Vibidaius* haud recte LETTA in utraque dissertatione. – 3 de praenomine *Olus* i. e. *Aulus* vide, praeter A. ZIMMERMANN, *Philologus* 63, 1904, 631, SALOMIES, *Vornamen* 24–25. – 4 *cons(ulibus)* MOMMSEN supra, inde DE RUGGIERO – VAGLIERI, LETTA, in *Epigrafia dei Marsi*, GROSSI et EGO, *co(n)s(ulibus)* LETTA, in *Rupes loquentes*, *cons(ulibus)* recte ANTOLINI. – 4 ex. *no(n)as*, 5 *Feb(ruarias)* vidi in lapide.

Forma nominis gentilicii *Vibidaii* hic solum occurrit (cf. etiam tit. n. 7724 ubi memoratur Lucius Vibidaeus Epebus quidam). Determinatio dierum annorumque minus saepe in tit. sepulcralibus aetatis liberae rei publicae laudatur (de re universa vide ANTOLINI, *l. l.* 83–84).

Tit. dedicatus d. 4 m. Febr. a. 43 a. C. n., cum memorati sunt consules eiusdem anni, scil. A. Hirtius A. f. (VON DER MÜHLL, *RE* VIII Hirtius 2) et C. Vibius C. f. Pansa Caetronianus (GUNDEL, *RE* VIII A, 2, Vibius 16), qui collegae, ut constat, in campo Martio sepulti sunt (vide F. COARELLI, in *Lexicon Topographicum* IV, Roma 1999, 290; A. MACCIOCCA, *ibid.* 302).

## 3773 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 117. – Cf. A. RUSSI, in *Usi e abusi* 56; C. LETTA, in *Epigrafia 2006* III 1140; EUND., in *Roman Imperial Cities* 352.

2 de cognominibus, quae terminantur in [- -]chus, vide ex. gr. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1535–1536. – 3–4 [ser(vus) ar]karius | [Marsor]um dubitanter LETTA fortasse autem recte (cf. EUND., in *Rupes loquentes* 310; ANTOLINI, *Iscrizioni* 100 adn. 235); arkarius pro arcarius; etiam vide MOMMSEN apud p. 782. Contra vide WEISS, *Sklave* 40 et M. SILVESTRINI, *MEFRA* 117, 2005, 543.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

## 3774 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 211 n. 118. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3775 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349 (etiam cf. p. 154); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 119. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 107. 112; EUND., in *Ricerche archeologiche* 15; G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

4 LETTA *l. l.* non excludit, quominus nomen Poppaedii exaratum sit, de quo nomine vide tit. n. 3826. 7748. Alia supplementa incerta manent.

Cuius aetatis sit, non definio.

## 3776 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 120. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

Mihi venit in mentem restitutio, scil. - - - - - | [v(otum) s(oluit)] l(ibens) m(erito) | [- -]les | - - - - - (de cognomine quod terminatur in [- -]les ex. gr. vide SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1522–1523). Tota res autem incertissima manet.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

## 3777 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 121. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

1 [- -] Vjetti[us] potius quam [- -] Tjetti[us] LETTA (cf. p. 371); etiam vide G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 125.

Cuius aetatis sit, nescio.

## 3778 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 122. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

1 [- -] Aemilian[us], 2 [Aem]ilianus iam MOMMSEN (vide ad p. 730).

Saec. II p. C. n. esse videtur.

## 3779 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 123. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

2 [- -] Eutichi, 3 Eut[h]ici traditur; si lapis a dextra fracta non erat, cognomen *Eutychnus* casu genetivo insculptum fuisse videtur.

Locutio *D(is) M(anibus)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

## 3780 Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus (68) × 35/36 diam. In area marginata exsculpta sub fascia quae titulum continet effinguntur anaglyphi, quae sequuntur, scil. a sinistra sportula, protome adulescentis, corona et catulus. Supra anaglyphum illud serpentis flexu sinuoso exsculptum (vide supra ad tit. n. 3735). Litt. in area marginata scalptae 5/4,5. Puncta triangularia. Usque ad a. 1971 servabatur calce oblitus et magna ex parte in terram demis-

sus apud vicum *San Benedetto dei Marsi* pro sedili adhibitus in aedibus gentis olim *Sabatini* nunc domini *Camillo Cerasani*, ubi nescio quando ALESSANDRO D'AMATO contulit et im. phot. sumpsit. M. Febr. a. 2016 titulum *CESARE CASTELLANI* recognovit *Aielli Stazione* in praedio appellato *Cipressa* in viridario heredum domini *Fernando Piccone* et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015140).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 148; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 48–49 n. 81; EUND., *Codici epigrafici* 28. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 24v* cum im. del. (*Trovata nella vigna che piantò Berardo Cambise vicino la ripa di Fucino*); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 24 n. 17 cum im. phot. tab. VI fig. 17; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 195 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 212 n. 124. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 150 cum im. phot. tab. VI fig. 17 (a LETTA).



[- -]NVS VIXI AN XIII ROSSI; [- -]us nunc in lapide vidit CASTELLANI; ANN MOMMSEN; *an(nos)* recte LETTA.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

## 3781 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 125.

1 quid subsit, mihi non liquet. – 2 mihi in mentem venit iunctura *sine aere alieno* tit. n. 4169 (qua de iunctura vide *TbLL* I 5, col. 1076–1077 et nunc M. S. BASSIGNANO, *Suppl. It.* 28, 2016, 370–372).

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3782/4 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349 (etiam cf. p. 35); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 126. – Cf. LETTA, *Abruzzo* 31, 2, 1993, 39; G. GROSSI, in *Marsica* I 643. 647. 677.

1–2 ratio nominis feminae supplenda. – 3 [ma]g(istra) *Vene[ris]* fortasse recte LETTA (etiam cf. infra tit. n. 7673). – 4 nomen gentilicium *Camurii* vel sim. fortasse supplementum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 265).

Non excludo, quominus saec. I p. C. n. esse possit.

3785 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349 (cf. p. 68); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 127; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 66 n. 51; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 357.

Supplementa incerta. – 3 de flamine quodam fortasse agitur potius quam de ratione nominis, ex eo, quod illud MVN[- -] v. 4 ad municipium pertinere videtur (etiam cf. PROSPERI VALENTI, *l. l.*). – 5 de nominibus gentiliciis, quae incipiunt in *Lae*[- -], vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 100. 484; *Lae[nas]* non excludit LETTA.

Cuius aetatis sit, non definio.

3786 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; CERASANI, *Marruvium* 38 n. 75. 206 n. 75 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 128.

[- -]camq(ue) [- -] | [- -] s(ua) p(ecunia) r(efecit) vel -efecerunt). Memorari videtur refectio operis cuiusdam, scil. ex. gr. basilica vel cloaca vel sim. Tota res autem incerta manet.

Aetatem non definio.

3787 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; CERASANI, *Marruvium* 38 n. 77. 206 n. 77 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 129. – Cf. EUND., *Epigraphica* 74, 2012, 352.

1 [- -]aphia LETTA, [- -] Olymphia suppleverim. CESARE LETTA per litteras (d. 11 m. Sept. a. 2012) non excludit, quominus [- -] Nympbia vel [- -] A]mphia[raus] vel etiam [- -] P]aphia pro Paphie restitui possit. – 2 [- -]a Sex(ti) [- -] fuisse videtur.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3788 Desideratur. Videtur fuisse stela quaedam ex lapide calcario ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta, i. e. monumentum illud porta Ditis nuncupatum, quod in regione Marsa fuscus occurrit (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3324).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 130. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 128 n. 17.

1 [- -]sucinā traditur, attamen quomodo nomen restituendum sit, nescio, ex eo, quod nulla nomina gentilicia, quae terminantur in [- -]sucinus, usque ad hoc tempus memorantur (cave hoc titulum non recenseri in SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup>). – 2 [Her]miona pro Hermione suppleverim (etiam cf. tit. n. 7708).

Forma monumenti ad priorem partem saec. I p. C. n. vel paulo antea adducit.

3789 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 213 n. 131. – Cf. FORNI, *Tribù* M5; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37.

1 [- -]a(nnis) -]X m(ensibus) [- -] vel similia suppleverim. – 2 [- -]er lapis; [S]er(gia scil. tribu) vel potius cognomen, quod terminatur in -er, restituerim. – 3 cognomen Heleni vel Helenae supplendum videtur.

Cuius aetatis sit, non definio.

3790 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349 (cf. p. 165); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 132; PROSPERI VALENTI, *Valetudo* 149 n. 3 (cf. *AE* 1998, 114); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 281 n. 208. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103. 112; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 27; EUND., in *Assisi e gli Umbri nell'antichità* 333; V. SALADINO, in *LIMC* VIII, 1, Zürich – München

1997, 172; G. PROSPERI VALENTI, in *Usus veneratioque fontium* 281; G. GROSSI, in *Marsica* I 643; TODISCO, *Vici* 195.

Supplementa incerta manent. – 4 [uale]tudinae MOMMSEN, qui autem in indice “Dii deaque et res sacra” (p. 772) s. v. *Valetudo* hunc titulum non memorat; contra vide LETTA et PROSPERI VALENTI, qui *Valetudinae* pro *Valetudini* titulum esse positum et in fine tituli locutionem *v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)* vel similia esse exaratam suspicantur. Rebus autem melius perpensis, non est cur excludam, quominus de titulo sepulcrali agatur, i. e. titulus matri et filiae positus, scil.: [- -]di matri [- -] | [- -]s filiae me[ae - -] | [- -]q]uae me inv[itu]m vel -isum - -] | [- -]v[ale]tudinae v[- -] | - - - - -.

Aetatis imperatoriae incertae.

3791 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 133.

Plura ne scribam ignorantia impediatur, eo magis, quod nescio quid dicam de spatio lacunae.

Aetatis incertae.

3792 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 134.

2 [- -] so]ror[i - -] vel [- -] so]ror [- -]; attamen de alii supplementis cogitare quoque potuissem.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3793 Pars ut videtur cippi ex lapide calcario supra rotundati (21,5) × (25,5) × (4,55). Litt. in corona vel in scapo exaratae esse videntur 10. Punctum triangulare. Servatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. M. Iun. a. 2017 CESARE CASTELLANI tit. ibidem denuo recognovit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015141).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 149 n. 100 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 100; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 202 n. 18; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 135. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 174 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 100 (a LETTA); C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

Supplementa incerta manent; mihi venit in mentem locutio [- -] vixit ann]os LV[- -].

Forma litterarum saec. II p. C. n. esse videtur.

3794 Pars ut videtur cippi ex lapide calcario supra rotundati (30,5) × (25,5) × (5). Litt. in corona vel in scapo exaratae esse videntur 5,8. Punctum triangulare. Servatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. M. Iun. a. 2017 CESARE CASTELLANI tit. ibidem denuo recognovit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0015142).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 148–149 n. 99 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 99; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 202 n. 17; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 136. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 174 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 99 (a LETTA); C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 22; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

[- -]patro]nus ur[bis - -] dubitanter LETTA, qui postea de ratione nominis quadam recte cogitat; quomodo autem supplenda sit, incertum est; de cognominibus, quae incipiunt in *Ur-*, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 416.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

3795 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 214 n. 137.

Supplementa non temptavi.

Cuius aetatis sit, non definio.



3796 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 349; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 138.

Subest fortasse aliqua nominis ratio.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3797 Desideratur. – Fortasse agitur de tabula ex lapide calcario quadam gypso oblita muro cuidam exteriori affixa aedium domini *Francesco Di Carlo* sitarum in vico *San Benedetto dei Marsi*.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 123 n. 83; CERASANI, *Marruvium* 38 n. 78. 206 n. 78 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 139. – Cf. CERASANI, *l. l.* 168.

Ex eo, quod litterae magnae fuisse videntur, titulus fortasse spectat ad imperatorem vel Caesarem quendam *Germanicum* vel *Germanici f.* appellatum; in v. 2 litterae antiquitas erasae videntur.

Si res ita est, priori parti saec. I vel potius II p. C. n. tribuerim.

3798 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350 (cf. p. 254 adn. 3); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 140; C. LETTA, in *Municipal Structures* 7. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451.

1 LETTA, *l. l.* non excludit, quominus in tit. nomen gentilicium Frensidii exaratum sit (de quo nomine in regione Marsa laudato vide infra ad tit. Supinates n. 3862. 7850) et restituit (in *Municipal structures*) quamquam dubitanter [- -] *Hadria N. Fren[si]di Myrtili (uxor) - -*.

Aetatis incertae.

3799 Tabula ut videtur undique fracta, in fronte scalpro dentato dolata (13 × 28 × ?; litt. 5/4,5 COLANTONI). Puncta triangularia. Servari videtur *L'Aquila* inter reposita musei nationalis antiquitatum, ubi autem a. 1993 una cum GABRIELE CIFANI non reperi. Descripsi ut potui a. 2010 ad im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5844 (etiam cf. supra tit. n. 3675). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013797. 16113).

Exemplum repetiverunt L. COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistula missa d. 28 m. Dec. a. 1891 cum ectypo chartaceo); ID., *NS* 1892, 33 cum im. del., qui titulum ineditum haud recte coniecit; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350 (cf. p. 62); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 141; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 352 cum im. phot. fig. 11 (AE 2012, 426).



[- -]ONTID[- -] | [- -]NDVS S[- -] COLANTONI; [- P]ontid[- -] | [- -]ndus s[il]l[- -] LETTA; ex im. phot. describo non sine dubiis, scil.: [- P]ontid[ius -] | [Secu]ndus s[il]l[i et] | [su]is f[ecit]; Sexti Pontidii tit. n. 7697 memorantur; cognomen Secundi in tit. Marruvinis fusius laudatur, scil. n. 3674. 3681. 3702. 3748. 3822 (?); de aliis cognominibus, quae terminantur in *-ndus*, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 447.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

3800 Desideratur.


Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350 (cf. p. 171); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 142.

1 in. [Ati]metus non excludit LETTA sub exemplo tit. n. 3816, ubi laudatur C. Modius Atimetus quidam, qui fuit sevir Augustalis; attamen supplere potuisses [Ad]metus et cet. (vide SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> ad p. 1555). – 1 ex. coi[- -] i. e. coi[unx] vel con[iunx] casu nominativo vel dativo positus/-a.

Cuius aetatis sit, non definio.

3801 Tabula ex marmore venis rubris helvisque perfusum in fronte levigata supra, a dextra et infra fracta (15,6 × (15,6) × ?. Litt. affabre insculptae 5,4 (litt. T supra versum egrediens 6,5). Punctum triangulare. Etiam hodie exstat eodem loco, quo MOMMSEN descripsit, nempe *Pescina* muro cuidam exteriori affixa cavaedii aedium domini olim *Anselmo* nunc *Pietro Lorenzo D'Amore* sitarum iuxta viam *Tranquilli* sub n. 148, quae aedes fuerunt olim gentis *Tomassetti-Tabassi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015143. 15123).

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 129–130 n. 89 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 89; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 143. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 169 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 89 (a LETTA); BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 352.



Ca[- -] MOMMSEN, Caş[- -] LETTA, Cam[- -] EGO; quomodo autem nomen gentilicium recte supplendum sit, incertum; praeterrittendum non est Marruvii laudari Titos Camerios quosdam (cf. tit. n. 7712. 7713).

Ex litterarum forma saec. I vel potius II p. C. n. tribuerim.

3802 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 215 n. 144.

Locutio *b(ene) m(erenti) p(osuit)* vel *p(osuerunt)* insculpta esse videtur.

Cuius aetatis sit, definire non possum.

3803 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 145.

Quid subsit, mihi non liquet.

Cuius aetatis sit, non definio.

## 3804 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; CERASANI, *Marruvium* 38 n. 79. 206 n. 79 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 146.

*Oriionis* fortasse pro *Orionis*; res autem incerta manet. Cuius aetatis sit, definire nequeo.

## 3805 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; CERASANI, *Marruvium* 39 n. 82. 207 n. 82 (a FERNIQUE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 147.

1 [P]artus vel [Qu]artus ex. gr. vel sim. – 2–4 supplementa incertissima manent.

Cuius aetatis sit, definire non possum.

## 3806 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 148.

1 [- - -] Sex(ti) fi[- - -] fuisse videtur. – 2–3 supplementa incertissima manent. – 4 [- - -] here[des - - -] dubitanter.

Cuius aetatis sit, definire nequeo.

## 3807 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 149.


Quid subsit, mihi non liquet.

Cuius aetatis sit, non definio.

3808 = I<sup>2</sup> 392 (cf. p. 882) = ILS 4023 = ILLRP 283. Desideratur. – Cf. im. phot. manuscripti in ACE sub n. (inv. n. PH0016115–16).

De traditione manuscriptorum vide ANONYMUM, in codice CAIETANI MARINI, ms. Vat. Lat. sign. 9106 f. 130v (*Questa lapide fu trovata nelle Montagne del Tenimento d'Aschi. Sopra la pietra nella quale era incisa, vi era una colonnetta, che teneva un'anello di ferro; e vi furono trovate alcune medaglie, ed il ferro d'una lancia* [MARINI add.: *mandatami da Avezzano nel 1778*]). Exemplum repetiverunt DE GUIDOBALDI, *Iscrizione arcaica* 16. 19; ZVETAIJEFF, *Inscriptiones Italiae Mediae* 34–35 n. 39 cum im. del. tab. VI fig. 4; ID., *Inscriptiones Italiae Inferioris* 16–17 n. 41; SCHNEIDER, *Dialecti* 8 n. 85; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3469; CONWAY, *Italic Dialects* 292 n. 264; PLANTA, *Grammatik* II 587 n. 308; E. LOMMATZSCH, I<sup>2</sup> 392; F. RIBEZZO, *RIGI* 14, 1930, 77 n. 3 et passim; WARMINGTON, *Remains* 23; VETTER, *Handbuch* 228b; BOTTIGLIONI, *Manuale* 337 n. 134; E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 133–136 n. 5; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 216; ERNOUT, *Recueil*<sup>4</sup> 85; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 407 § 189; C. LETTA, in *Assisi e gli Umbri nell'antichità* 326–332 n. 2 cum alia bibliographia et im. del. fig. 1 a LANZI sumpta (*AE* 1997, 465); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 150; L. LUSCHI, in *Fucino* III 338 cum im. del. a LANZI sumpta; EAD., in *Safinim* 125–130; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 282 n. 210. – Cf. L. COLANTONI, *RASLA* 25, 1910, 431; E. PERUZZI, *Maia* 13, 1961, 173. 175; G. B. PIGHI, in *Enciclopedia classica* sez. II, vol. 6. 1, Torino 1968, 18. 65–66; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102. 112. 116–117; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984, 308 adn. 141; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> p. 882 ad n. 392; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 120. 121; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 27; CERASANI, *Marruvium* 22; G. GROSSI, *Fucino* I 212 adn. 32; L. LUSCHI, *ibid.* 348; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 281–282. 289. 294. 295; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; J. LLOYD – N. CHRISTIE – G. LOCK, *PBSR* 52, 1997, 28; C. LETTA,

*Epigraphica* 61, 1999, 13; H. SOLIN, in *Atti Roma* I 383; C. LETTA, in *Fucino* III 216; EUND., in *Tesoro del lago* 145 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 32). 153; GROSSI, *Marsica* 93; EUND., in *Safinim* 114; C. LETTA, in *Valle di Comino* I 54 (= EUND., in *Italica ars* 366); H. SOLIN, *ibid.* 80; G. GROSSI, in *Popoli dell'Italia antica* 52; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 11; P. POCSETTI, in *Dediche sacre* 48; LACAM, *Variations rituelles* 283; G. GROSSI, in *Marsica* I 543 cum im. del. p. 545 a LANZI sumpta; DI FAZIO, *Feronia* 36; A. FAUSTOFERRI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 153; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 344; GROSSI, *Ricerca* 36; EHMIG, *Donum dedit* 112. 164; C. LETTA, in *Peoples* 514.



V(i)bius A[t]i(i)diu[s] | Ve[s]june | Eri(n)ie et | Eri(n)ie | Patre | dono(m) me[r]i(i)to | lib(s) traditur i. e. Vibius Atiedius (de hoc nomine gentilicio etiam vide SOLIN, *Arctos* 44, 2010, 261; EUND., in *Valle di Comino* VI 138) Vesunae Eriniae et Erin(eos) Patri donum merito libens (de dea Vesuna, praeter AUCTORES supra laudatos, vide L. LUSCHI, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 197–201; EAND., in *Fucino* I 348–352; EAND., in *Fucino* III 338–348; EAND., in *Samnitice loqui* I 269–272 cum im. del. fig. 6 a LANZI deprompta; EAND., in *Fucino* VI 351–364 cum alia bibliographia; etiam cf. tit. n. 7799 Antini repertum et J. L. GARCÍA RAMÓN, in *Forme e strutture* 583); praeterea vide RIBEZZO: *Vesono Erinio (Erini f.) et Erinio patri dono merito libens*. Vesuna Erinia ut Hercules Iovius est suspicatus DEGRASSI ad I<sup>2</sup> 392 p. 882 (attamen res incertissima manet; etiam vide C. LETTA, in *Peoples* 514). – 1 V(i)bius Acei(us) diva[i] non excludit LETTA, in *Assisi e gli Umbri nell'antichità*, I. I. 328–329 (etiam cf. P. POCSETTI, in *Forme e strutture* 583). Ut iam MOMMSEN exposuit, titulus Latinus potius quam Marsus vel Sabinus est credendus. LETTA, *I Marsi e il Fucino*, I. I. coniecit titulum esse repertum prope vicum *Opi*, ubi viri docti soliti sunt collocare Miloniam vel Milioniam (vide LUSCHI, I. I.).

Ex forma litterarum et grammatica (de littera M omissa in fine vocabuli *dono(m)*) cf. M. L. PORZIO GERNIA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8<sup>o</sup>, 17, 1974, 141. 143. 144. 145. 155) saec. III labentis a. C. n. vel potius II in. esse videtur. Etiam vide A. CALDERINI, in *Studi Luciano Agostiniani* 84.

3809 Desideratur. Videtur fuisse cippus ex lapide calcario pyramidis truncae instar capitulo et basi paululum in fronte prospicientibus praeditus.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 232; EUND., *Codici epigrafici* 80. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3500; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350 (etiam cf. p. 227); G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 18. 42; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 217 n. 151; ID., in *Dediche sacre* 281 n. 198. – Cf. C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 117; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 39; G. GROSSI, in *Marsica* I 451.

Lege: *H(erculi) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)* (cf. tit. Aminterninum eiusdem generis n. 8189). Titulos Herculi sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150).

Forma monumenti ad saec. I medium a. C. n. vel potius ad extremam liberae rei publicae aetatem adducit.

3810 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 217 n. 152; ID., in *Dediche sacre* 281 n. 199. – Cf. PERROTTA, *Vicus Anninus* 27; G. TARASCO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 86, 2013/14, 495.

----- | O[---] | Pompon[---] | Primigenius, | [- -?] + canus, Doc[---] (i. e. Docilis vel Doctus vel sim.) | *H(erculi) di(cavere)* (pro *dicaverunt*) non sine dubiis restituerim; attamen non excludo, quominus in v. 5 subsit locutio *H(erculi) Di(ovio)* sub exemplo tit. n. 3414 dicati Herulo Iovio.

Videntur memorari Pomponii vel Pomponaei nonnulli, qui titulum Herculi vel Herculi Diovio dicaverunt. Res tota autem incerta adhuc manet.

Primae aetatis imperatoriae vel paulo antea.

3811 = I<sup>2</sup> 393 (cf. p. 882). Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE GUIDOBALDI, *Iscrizione arcaica* 16; ZVETAIEFF, *Inscriptiones Italiae Inferioris* 40 cum im. phot. tab. VI fig. 5; ID., *Inscriptiones Italiae Mediae* 17 n. 42; CONWAY, *Italic Dialects* 295 adn. XXXI; PLANTA, *Grammatik* 312; E. LOMMATZSCH, I<sup>2</sup> 393; E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 129–132 n. 4; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 326 adn. 5. 350; POCETTI, *Nuovi documenti* 169–170 n. 224; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 217 n. 153; G. GROSSI, in *Popoli dell'Italia antica* 52; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 281 n. 200. – Cf. L. COLANTONI, *RASLA* 25, 1910, 431; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 112; M. DURANTE, in *PCIA* VI, Roma 1978, 810; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> p. 882 ad n. 393; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 280; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167. 169; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 117. 120; H. SOLIN, in *Acti Roma* I 383; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 12; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 188; G. GROSSI, in *Marsica* I 562. 563; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 262; A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 15; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 345.

1 *C(aius) Dimi(us)* fortasse legendum, quamvis nomen gentilicium Dimii aliunde sit ignotum; C. D. *Imi(us)* DURANTE. – 2 *Iove* pro *Iovi*. – 4 *co(n)s(en)tiij* PERUZZI i. e. casus genitivus cum illo *sacri* coniunctus; *Co(n)s(en)te(s)* LETTA, qui est suspicatus formam *Co(n)s(en)te(s)* habere dativum plural. pro *Consentibus*; utraque coniectura parum mihi persuasit. Etiam vide POCETTI, qui disserit de coniectura a DURANTE proposita, qui de vocabulo *caste* et de illo *sacri* ut *res sacra* contendit. Solutionem *Ostil(ius)* dubitanter contendunt SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 134; etiam cf. M. L. CALDELLI, in *Acta Barcelona* I 225.

Saec. II a. C. n. esse potest, attamen tota res incerta manet.

3812 = I<sup>2</sup> 390 (cf. p. 882) = ILS 3830 = ILLRP 266. Cippus ex lapide calcario pyramidis truncae instar, cuius pars inferior in terram est infossa, in marginibus imminuta in fronte scalpro dentato passim dolata 117 × 40 × 26. Litt. inter lineas ad delineandum ductas 5/4. Puncta fere triangularia. Litt. E indicata est hastis rectis inclinatis; litt. M cum hastis externis eodem fere gradu inclinatis ac internae; litt. S cum hastis angulatis. In summa parte est foramen 10 × 16, inde opinor thesaurum fuisse, de quo cf. F. CATALI – J. SCHEID, *Rev. Num.* s. 6<sup>o</sup>, 36, 1994, 60 n. 12 (de thesauris vide D. NONNIS, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 67, 1994/95 [1998], 153–165 et praesertim *Sanctuaires* passim). Usque ad a. 2015 fuit in usum sedilis ante domum *Luigi Carta* sitam extra vicum *Lecce nei Marsi* in praedio appellato *Castelluccio* prope turrim ecclesiae dirutae vocatae *S. Martino in Agne*. Inde ab a. 2016 servatur, iussu domini *Carta* ipsius, in cavaedio aedificii communalis vici *Lecce dei Marsi*, ubi m. Oct. anni eiusdem CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016117).

Exemplum repetiverunt SCHNEIDER, *Dialecti* 8 n. 86; CONWAY, *Italic Dialects* 262; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3593; PLANTA, *Grammatik* II 587 n. 311; E. LOMMATZSCH, I<sup>2</sup> 390; WARMINGTON, *Remains* 19; VETTER, *Handbuch* 228e; E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 136 n. 6; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 206; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 350 (etiam cf. p. 165); ID., in *Assisi e gli Umbri nell'antichità* 332–333; PERROTTA, *Vicus Anninus* 14; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 216 n. 154; PROSPERI VALENTI, *Valetudo* 147–148 n. 1 (cf. AE 1998, 114); M. CRAWFORD, in *Sanctuaires* 79; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 281 n. 206. – Cf. H. ROLLAND, *Rev. Arch.* 46, 1955, 28; S. WEINSTOCK, *RE* VIII, A1, 1955, col. 268; E. PERUZZI, *Maia* 13, 1961, 174. 177; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 100. 103. 112; D'AMATO, *Prosciugamento* 178; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> p. 882 ad n. 390; L. GASPERINI, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 139; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 288; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 121; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 27; V. SALADINO, in *LIMC* VIII, 1, Zürich – München 1997, 172; A. D'ALESSANDRO – P. RICITELLI, in *Tesoro del lago* 252; LETTA, *ibid.* 145 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 32). 151; EUND., in *Fucino* III 217; G. PROSPERI VALENTI, in *Usus veneratioque fontium* 281; M. BONAMENTE, in *Aulo Virgilio Marso* 21; G. GROSSI, *ibid.* 70. 74; PROSPERI VALENTI, *ibid.* 35–37; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 12; LACAM, *Variations rituelles* 271; STEK, *Cult places* 154. 183; G. GROSSI, in *Marsica* I 488. 489. 490; TODISCO, *Vici* 195; S. ROSELAAR, *MEFRA* 123, 2011 (2012), 537; E. DUPRAZ, in *Genres épi-*



graphiques 261; EHMIG, *Donum dedit* 112. 166; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 345.


Lege *V(ibius) Vetius Sa(lvi) f(ilius) | Valetudne | d(onum) d(edit) l(ibens) m(erito)*. – 1 *Vetius* pro *Vettius* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139), quod nomen gentilicium fusius in titulis regionis Marsae occurrit (etiam vide G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 125); *Sa(bini)* male PROSPERI VALENTI (de praenomine Salvii vide SALOMIES, *Vornamen* 88–90, EUND., in *Prénoms* 33–34). – 2 *Valetudne* pro *Valetudini* (de dea vide PROSPERI VALENTI, *l. l.* cum amplissima bibliographia).

Forma litterarum (“litteris vetustissimis” apud MOMMSEN) et monumenti ad saec. II a. C. n. saltem adducit.

3813 = I<sup>2</sup> 391 (cf. p. 882) = ILS 3829 = ILLRP 267 add. Cippus ex lapide calcario pyramidis truncae instar, cuius pars inferior in terram est infossa, undique levigatus a sinistra laesus (98) × (33)/23 × (33)/23. In facie sursum directa foramina duo plumbo repleta ad imaginem deae Valetudinis figendam adhibita adhuc servantur. Litt. profunde insculptae nunc colore nigro expletae 3,7. Punctum triangulare in fine v. 2. Exstat in aedibus domini *Loreto Angeloni* in vico *Lecce nei Marsi* iuxta viam *Corso Italia* sub n. 6 sitis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D’AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 27 m. Nov. a. 2016, qui titulum denuo contulit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015144–45. 16118).

In sermonem Latinum hoc modo KRUMMREY titulum vertit: “Petro Vibius Publilii filius Iovi (et) Iovis Pueris [donum dedit?]”; etiam cf. PISANI: “Pe. Vip. ... Iovi (et) Iovis filius”.

Circ. a. 250 a. C. n.

786\* C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 331 n. 191 (cf. p. 94) scil. *Collegas ieis locaverun*, ex eo, quod agitur de tit. n. 3387a ad Aufinum pertinente (vide supra). Etiam cf. KRUMMREY ad tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 3209a; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 105–106 (= EUND., *Abruzzo e Molise I* 257–258).

787\* C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 103–106 n. 65 cum im. phot. tab. XXII (AE 1975, 312), scil. [- -]Vert[te]tonmo [- -] (cf. PETREVCIC, *Marruvium* 65–69; G. GROSSI, in

*Casali d'Aschi* 17). Vide id quod iam contra scripsit M. P. BILLANOVICH, *Athenaeum* 56, 1978, 417–418; deinde G. G. PANI, *ICI III*, 38–39 n. 29 cum im. phot., qui non excludit, quoniam titulus saec. VI vel potius VII p. C. n. hoc modo sit restituendum, scil. [- -] fuerit d(o)n(u)m d[icatum] [- -]. Rebus melius perpensis LETTA ipse in G. LUONGO (Ed.), *La Terra dei Marsi: cristianesimo, cultura, istituzioni. Atti del Convegno di Avezzano, 24–26 settembre 1998*, Roma 2002, 19–24 cum im. phot., collato loco

ex litteris divinis petito Is. 55.6, proposuit [Q]u(a)erit(e) D(omi)n(u)m d(um) i[n]veniri potest] vel [Q]u(a)erit(e) D(omi)n(u)m De[um dum inveniri potest] (AE 2002, 396). Etiam cf. G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 324; C. LETTA, in *Necropoli di Fossa IV* 321; EUND., in *Ricerche archeologiche* 22; G. GROSSI, in *Marsica I* im. phot. p. 704.



788\* De tit. huius Corporis vol. XIII 10027, 281 = I<sup>2</sup> 2387 (cf. p. 737. 1147) vide G. COLONNA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 57, 1984/85, 88; RIX, *Sabellische Texte VM7; Imagines Italicae I* 332, Marsi (?) / MARSII (?) 1 cum im. phot.; BRIQUEL, *Catalogue* 307–310 n. 111 cum im. phot. et del. et alia bibliographia. Etiam cf. P. POCETTI, in *Campi aperti* 389.

789\* Litterae tabulae ex lapide calcario undique fractae in fronte levigatae rep. circ. a. 2005 effossionibus institutis a praefectura antiquitatum regionis Aprutii in demolienda casula quadam sita in regione inter septentrionem et occasum solis spectante amphitheatri Marruvini (de aedificio vide infra ad tit. n. 7686–7687), non antiquae esse videntur. – Cf. V. DI STEFANO, *NS* s. 9<sup>o</sup>, 19/20, 2008/09 (2010), 100 cum im. phot. fig. 66.

7667 tit. sacer

Plinthus ex lapide calcario undique levigata 52,5 × 59 × 29. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 31 × 38. Litt. 5,5/3. Rep. circ. a. 1990 prope vicum *Venere* haud longe a *Pescina*. Servatur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 41009), ubi a. 1990 descripsi attamen im. phot. autem sumere non potui. Denuo CESARE LETTA titulum recognovit d. 27 m. Iul. a. 1993 et me certiore fecit.



Ursia C(ai) f(ilia)  
Sabellina  
P(ubli) Scapulae (scil. uxor)  
Bonae Deae  
5 d(onum) d(edit).

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino XIII* 27–28 n. 16 cum im. phot. fig. 13 (AE 2017, 346). – Cf. EUND., in *Fucino III* 218 adn. 28; EUND., in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., *Collezione Torlonia* 35); EUND., in *Valle di Comino I* 61 (= EUND., in *Italica ars* 371); BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 528; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 280 n. 192; C. LETTA, in *Municipal Structures* 8.

Puncta triangularia.


Ut ex titulo sane elicitur, dubium non est, quin in regione sita prope vicum *Venere* praedia gens Ostoria Scapula possederit (etiam vide S. SEGNI, in *Epigrafia e territorio VII* 134). Publius Scapula ille, qui fuit maritus Ursiae Sabellinae cuiusdam, idem ac Publius Ostorius Scapula esse videtur, nempe pater Marci Ostorii Scapulae consulis suffecti a. 59 p. C. n. (de gente vide K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 41–46; A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 243–253; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 369 n. 381; S. DEMOUGIN in *Méthode et pratiques* 174–177; etiam vide infra ad tit. n. 7696 et 7741). Contra vide LETTA. De Bona Dea vide ad titulum sequentem. Cognomen Sabellinae aliunde

ignotum esse videtur (etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 49, 2015, 212).

Si recte sum interpretatus saec. I medio p. C. n. tribuerim, cui temporis litterarum forma congruit.

7668 = EE VIII p. 40 n. 159 tit. sacer

Vas marmoreum in formam conii secti efformatum corona et crepidine prominentibus praeditum undique levigatum interius concavum 40 × diam. 23,6 (supra) – 22 (infra). Litt. cornibus praeditae 4,5–3,1. Rep. saec. XIX ex. in vico *San Benedetto dei Marsi* apud aedes domini *Salvatore Tarquini*. Immissa a. 1889 dono eiusdem domini in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI tit. m. Oct. a. 2014 contulit et im. phot. quoque sumpsit.



Bonae  
Diae  
Aponia  
Clara.

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 79. 2807 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 15).

G. FIORELLI, *NS* 1887, 42 ex ectypo chartaceo misso ab E. CANALE PAROLA (cf. E. CANALE PAROLA, *ms.* IV, i. e. epistula missa d. 12 m. Ian. a. 1887), inde ex lapide M. IHM, *EE* VIII p. 40 n. 159; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3458; DIEHL, *Vulgärlateinische Inschriften* 10 n. 68; PISANI, *Testi latini arcaici*<sup>2</sup> 126 n. B52 (scr. VIII 160); L. ORLANDI, *I Marsi* 296 n. 63; PETREVICIC, *Marruvium* 63–64; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 92–93 n. 56 cum im. phot. tab. XX fig. 56; DI STEFANO MANZELLA, *Mestiere di epigrafista* 107 adn. 213 cum im. phot. fig. 147; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 67 n. 97; BROUWER, *Bona Dea* 93 n. 87; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 221 n. 178; CATALLI, *Museo Lapidario* 67 n. 55 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 280 n. 193; C. LETTA, in *Aia dei musei* 38 n. 3 cum im. phot. – Cf. EUND., *Abruzzo* 31.2, 1993, 40; CERASANI, *Marruvium* 162 cum im. phot. tab. XX fig. 56 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 464; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 528; G. GROSSI, in *Marsica* I 690; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 492.

Puncta triangularia in fine v. 1–3 signata.

2 *Diae pro Deae* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 126).

Titulos Bonam Deam memorantes collegi in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 218 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 144–145); de dea, praeter BROUWER, *l. l.* vide RADKE, *Die Götter Altitaliens*<sup>2</sup> 73–74; M. CÉBEILLAC, *MEFRA* 85, 1973, 517–553; M. GASPERINI, *Picus* 9, 1989, 224–229 cum alia bibliographia et BÖLS-JANSSEN, *La vie religieuse* 429–468, M. G. GRANINO CECERE, in *Lazio & Sabina* VI 85–86, F. MARCATTILI, *Arch. Class.* 61, 2010, 7–40, S. EVANGELISTI, in *Colons et colonies* 323–327 et F. MARCATTILI, in *Forme e strutture* 469–489. De nomine gentilicio Aponii vide SEGENNI, *l. l.* 463–464 (etiam infra ad tit. n. 7724).

Forma litterarum saec. I ex. p. C. n. vel paulo postea esse videtur.

7669 tit. sacer

Parva basis, in cuius facie sursum directa signum dei vel deae cuiusdam fictum erat. Rep. videtur a. 1884 inter vicus *Pescina* et *San Benedetto dei Marsi*. Periit. Descripsi quatenus potui m. Sept. a. 2016 ex scheda LETTA.

3<sup>a</sup> *L. unius pedistallo, in cuius dorso statua infixa una statua:*  
VIBIA·GAVIA·C·F·BD·CIO

Vibia Gavia C(ai) f(ilia) boC'I'o.

Im. del. e COLANTONI repetita.

COLANTONI, *ms.* II (a quo pendet C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 50–52 n. 32 cum im. del. a COLANTONI deprompta fig. 30 [AE 2017, 357]).

BO CIO traditur.

De praenomine Vibiae praeter KAJAVA, *Praenomina* 84–85 vide P. POCSETTI, *Epigraphica* 75, 2013, 68–73. Fusius in titulis regionis Marsae nomen Gavii invenies.

Quomodo illud boC'I'o recte sit explanandum, incertum manet. – Cf. supra tit. Marruvii repertum n. 3654, scil. *Titidia Tit(uli) f(ilia) | BO ° CLO | D(eae) D(iae) d(omum) d(edit) l(ibens) | m(erito)*. Potius quam cognomen *Boclo* aliunde ignotum, LETTA cum amplissimo commentario non excludit quamquam dubitanter, quin illud BO sit solvendum *Bo(nae deae)* et illud CLO pertineat ad nomen agentis nempe sacerdotem. Tota res incerta manet, attamen, quamquam me non pudet nescire fateri quod nesciam, mihi videtur haec coniectura a veritate non abhorrere.

Videtur fuisse saec. I medii a. C. n. vel paulo antea (vide supra ad tit. n. 3654).

7670 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario, quae fronti basis affixa fuit, a dextra et infra fracta in fronte levigata, a tergo paululum rudis (62) × (43,5) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta cuius partes supra et a sinistra servantur. Litt. 3,8–2,8. Rep. a. 1983 in effossionibus a praefectura antiquitatum regionis Aprutinae institutis prope amphitheatrum Marravinum, ubi nunc est vicus *San Benedetto dei Marsi*, muro cuidam saec. III medii p. C. n. denuo affixa. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 30855), ubi a. 1983 contuli.



Dis Deabusque  
secundu[m]  
interpr[eta]-  
tio[nem]

5 q[raclui]  
[Clarii]  
[Apollinis].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 36049.

P. SOMMELLA, in *Arqueología* 382; M. G. GRANINO CECERE, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 283–284 n. 7; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 39, 1989, 265–280 (AE 1991, 564); BUONOCORE, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 211–212 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 136); ID., in *Fonti latine e greche* II 222 n. 186; G. PACI, *Miscellanea Lidio Gasperini* 663–664 n. 2; A. BUSINE, *Paroles d'Apollon. Pratiques et traditions oraculaires dans l'Antiquité tardive (II<sup>e</sup>-VI<sup>e</sup> siècles)* (Religions in the Graeco-Roman World 156), Leiden – Boston 2002, 185; C. P. JONES, *JRA* 18, 2005, 293; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 280 n. 195. – Cf. P. SOMMELLA – M. TASCIO, in *Fucino* I 463; C. LETTA, in *Fucino* III 220; A. BANCALARI MOLINA, *Orbe Romano e imperio global: la romanizacion desde Augusto a Caracalla*, Santiago de Chile 2007, 122; M. L. CALDELLI, *MEFRA* 122, 2010, 189; V. DI STEFANO – G. LEONI, *NS* s. 9<sup>o</sup>, 19/20, 2008/09 (2010), 63 cum im. phot. fig. 18.

1 punctum in formam virgulae insculptum.

Restituit LETTA, cum quo consentiunt PACI, JONES et EGO edd. post. – *Dis deabusqu[e] | secund[um] | interpr[eta]tio[nem]* | - - - - - SOMMELLA; *Dis deabusqu[e] | secund[um] | interpr[eta]tio[nem] Clari* | [Apollinis] GRANINO CECERE; *Dis deabusque | secund[um] | interpr[eta]tio[nem] Clari* | [Apollinis] EGO ed. pr.; *Dis deabusqu[e] | secund[um] | interpr[eta]tio[nem]* | o[raculi] | [Clarii] | [Apollinis] BUSINE.

Pro certo habeo virum doctum JONES, *l. l.* 293–301 a veritate non abhorre, qui coniciat titulos illos Diis Deabusque secundum interpretationem oraculi Clarii Apollinis (Graece ἀπό ἐξηγήσεως χρησμοῦ Ἀπόλλωνος Κλαρίου) publicae calamitatis nempe pestiferae contagionis cuiusdam avertendae causa esse positos; calamitas eadem esse potest, ut verbis viri doctissimi LUIGI MORETTI utar (cf. *IGUR I* p. 79), ac pestis illa scelestissima a. 165 p. C. n. vel paulo postea a militibus Romanis e bello Parthico reducibus Romam advecta, quae ex Asia usque ad Galliam imperium Romanum est populata; cuius oraculi Apollinis Clarii beneficia viri docti passim tractaverunt. De re universa etiam vide S. PEREO – S. MONTERO, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 727–735; M. DEWAILLY, *MEFRA* 113, 2001 365–385 et praesertim M. KAJAVA, in A. LEONE – D. PALOMBI – S. WALKER (Ed.), *Res bene gestae. Ricerche di storia urbana su Roma antica in onore di Eva Margareta Steinby*, Roma 2007, 127–132; EUND., in *Dediche sacre* 209–225, ubi alia bibliographia inveniri potest, etiam cf. IASIELLO, *Sammium* 218–219; E. LO CASCIO (Ed.), *L'impatto della "peste antonina"* (*Pragmateiai* 22), Bari 2012; L. ZERBINI, in *Studia Géza Alföldy* 383–389; N. ŞAHİN, in *Fondation* 83–97; VAN DER PLOEG, *Asclepius* 189 et passim [praetermittenda quoque non est amplissima dissertatio J.-L. FERRARY, *Les Mémoires de délégations du sanctuaire oraculaire de Claros, d'après la documentation conservée dans le Fonds et Louis Robert* (*Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*) (*Mémoires de l'Académie* 49), I–II, Paris 2014/15; etiam vide R. DUNCAN-JONES, *Arctos* 52, 2018 (2019), 41–72]. Contra vide AUCTORES supra laudatos, qui hos titulos cum supplicatione ad Constitutionem Antoninianam pertinente coniungunt.

Si res ita se habet, tit. a. 165 p. C. n. vel paulo postea esse videtur.

## 7671 tit. sacer

Tabula ex marmore undique fracta (40) × (60) × 35. Litt. ad actuaras transgredientes. Rep. circ. a. 1893 apud ecclesiam S. Sabinae in vico *San Benedetto dei Marsi*. Periissem videtur. Descripsi ut potui a. 2010 ex scheda COLANTONI.

DIS · PENATIBVS  
SVAE · LA  
RIVS · LONGINVS

Dis Penatib[us] - - -  
[- - -] suae LA[- - -]  
[- - -]erius Longin[us] [- - -]  
-----

Im. del. e COLANTONI sumpta.

COLANTONI, *ms.* III, i. e. epistulae missae d. 6 et 14 m. Sept. a. 1893; ID., *NS* 1893, 385 n. 2 cum. im. del.; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3562; PETREVIC, *Marruvium* 91; D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 4; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 355 n. 6; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223 n. 188; ID., in *Dediche sacre* 281 n. 204. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 39 adn. 73.

*Dis Penatib[us] familiae* | *suae La[ribusque]* dubitanter LETTA, *Abruzzo*. – 2 [domus] suae [F]a[miliaribus] restituere potuissem; *Deis Penátibus Familiáribus* tit. Foronovano n.

4776 = *ILS* 3596 saec. I ex. p. C. n. – 3 [- - - Val]erius iam restituit LETTA, *l. l.* p. 370 (cf. tit. n. 3891, ubi laudatur L. Valerius Verecundus quidam); attamen in tit. regionis Marsae nomina Camerii, Celerii, Laberii quoque invenies; de nominibus gentilicis, quae terminantur in *-erius*, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 262–263. 495.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

## 7672 tit. sacer

Basis potius quam cippus ex lapide calcario pyramidis instar undique levigata in fronte autem perquam pessumdata, in facie sursum directa sex recessis ad signum figendum adhibitis praedita, 52 × 37/31 × 20/16. Litt. 2,2/1,8. Rep. a. 1982 in praedio, q. d. *le Coste*, haud longe ab *Ortucchio* sito iuxta viam, qua itur ad vicum *San Benedetto dei Marsi*. Servari videtur *Ortucchio* in cella vinaria domini *Virgilio Albanese* iuxta viam *Venezia* sita. Contuli a. 2010 ut potui ex scheda et ad im. phot. CESARE LETTA, qui titulum descripsit.



Pon[as];  
T(ito) Salvio magistro;  
T(itos) Octavio(s),  
Tit(ulos) Salvio(s),  
5 V(ibios) Pomponio(s).

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Actes du Colloque Degrassi* 390–392 n. 125 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 3 (*AE* 1991, 561); ID., in *Tesoro del lago* 151–152 n. 5 (scr. 6) (cf. p. 145) (= ID., in *Collezione Torlonia* 32); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223 n. 190; ID., in *Dediche sacre* 282 n. 211; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 676–677. – Cf. G. GROSSI, in *Fucino* I 214 adn. 37; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 121. 123; EUND., *Abruzzo* 31, 1993, 28; EUND., in *Epigrafia del villaggio* 39. 42; EUND., in *Fucino* III 216–217; EUND., in *Ricerche archeologiche* 12; EUND., in *Fucino* V 259; G. GROSSI, in *Marsica* I 603–604 cum im. phot. p. 602; S. ORLANDI, in *Colons et colonies* 414; P. AMANN, in *Kulte* –

Riten 381; GROSSI, *Ricerca* 128; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 261.

Puncta in formam circulorum haud semper insculpta. – Litt. A cum hasta ad perpendicularum directa loco transversae; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. M cum hastis externis eodem fere gradu inclinatis ac interna; litt. N v. 1 dextrorsum inclinata; litt. P aperta; litt. S cum hastis angulatis.

Sequor LETTA, quamvis quomodo v. 1 recte sit interpretandus incertus adhuc maneat; LETTA non excludit (vide praesertim in *Tesoro del lago, l. l.*), quominus illud *Ponas* casu genetivo exaratum sit vel etiam *Pona s(acrum)* et ad deam *Pone* i. e. *Phone* pertinere videatur; dea indigena *Phone* memorari quoque videtur in cippo ex lapide trachitico montium Euganeorum ILLRP 1279, quae forsitan, ut DEGRASSI ipse coniecit, aliquid commune habuerit cum *Fonibus Augustis* illis tit. huius Corporis vol. V 8250 = *Inscr. Aquil.* 203 (de titulo etiam vide G. SUSINI, *Gerion* 3, 1985, 17). Vir doctus GIOVANNI COLONNA apud LETTA, in *Actes, l. l.* 391 interpretatur *Pona* pro *Bona* scil. dea, quae autem coniectura parum probabilis esse videtur. Excludit deam *Pomona* LETTA (etiam vide GROSSI, *l. l.*). Ad extremum, illud *ponas* LETTA solvere conatus est *pon(do) a(uri) s(emis)*. Mihi videtur *ponas* dat. pl. i. e. *Ponibus* pro *Phonibus* potius quam gen. sing. esse, ut ex. gr. *Anabastes* tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 969 (cf. p. 964), vel potius *Devas Corniscas* tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 975 (cf. p. 728. 964; de loco vel potius lucu Corniscarum divarum trans Tiberim sito vide J. ARONEN, in *Lexicon Topographicum* V, Roma 1999, 240–241); de exitu dativi plur. in *-as* vide V. PISANI, *Paideia* 15, 1960, 242–243 (contra vide I. KAJANTO, *Arctos* 5, 1967, 67–72).

Agitur de dedicatione *Phonibus* fortasse in fano quodam oblata a tribus viris, scil. Titus Octavius, Titulus Salvius (de quo raro praenomine cf. SALOMIES, *Vornamen* 93–94; EUND., in *Prénoms* 35–36, ubi autem non excluditur, quin *Tit(- -)* forma compendiata praenomine Titi fuerit) et Vibius Pomponius (quae nomina fusius in tota regione Marsa occurrunt: vide C. LETTA, in *Actes, l. l.* 392 ad notam 511; de nomine Pomponii etiam cf. EUND., in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 20). Magistrum Titum Salvium in v. 2 laudatum (Titos Salvios tractavit U. SOLDVIERI, in *Valle di Comino* XV 176–177) fortasse fani potius quam collegii vel pagi vel vici eponymum intellegas (etiam cf. ex. gr. tit. Supini rep. n. 3849 nec non tit. Superaequanum n. 7391). De nominativo nominis gentilicii in *-io(s)* cadente cf. G. ALFÖLDY, *ZPE* 43, 1983, 5 et 9–11 (= EUND., *Estudios* 151. 155–157), ubi index exemplorum invenitur; praeterea vide LEUMANN, *Laut- und Formenlehre*<sup>2</sup> 227–228 et WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 201–202.

Forma litterarum ad temporis spatium inter saec. III ex. et II in. a. C. n. comprehensum adducit; etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 348 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 348).

7673 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo scabra (31) × (36) × 15,2. Litt. cornibus praeditae 4,8–4. Rep. a. 1951 prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.

-----


[O]çt[iv]

Laenatis Pon[tiani (scil. serva)],

mag(istra),

Veneri d(onum) [d(at) d(edicat)]

5 l(ibens) [m(erito)].



Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 83.1037.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 34–35 n. 29 cum im. phot. tab. VIII fig. 29 (*AE* 1975, 300); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223 n. 189; W. ECK, *ZPE* 127, 1999, 195–196 n. 2 cum im. del. (*AE* 1999, 567); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 281 n. 209; C. LETTA, *NS* s. 9<sup>o</sup>, 19/20, 2008/09 (2010), 122. – Cf. D'AMATO, *Prosciugamento* 179; CERASANI, *Marruvium* 154 cum im. phot. tab. VIII fig. 30 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453; C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 39; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 364–365 ad n. 371; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 530; F. MAINARDIS, *ibid.* 346; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 16; G. GROSSI, in *Marsica* I 677. 690.

Puncta triangularia.

Supplevit LETTA ed. alt.; versus concinne ordinati esse videntur.

[O]çt[iv] | Laenatis Pon[tiani l(iberta)] | mag(istra) | Veneri d(onum) [d(at) d(edicat)] | l(ibens) [m(erito)] LETTA inde EGO (*Fonti*); [O]çt[iv] | Laenatis Pon[tiani co(n)s(ularis)? l(ibertus/a)], | mag(ister) [vici vel pagi - -] vel mag(istra) [- -] | Veneri V[ictrici?] | l(ibens) [m(erito)] ECK inde EGO (*Dediche*).

Dominus magistrae Veneris idem ac Sergius Octavius Laenas Pontianus consul a. 131 p. C. n. esse videtur (etiam cf. F. MAINARDIS, *l. l.* 346). De consule vide K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 46; ANDERMAHR, *l. l.*; SEGENNI, in *Epigrafia e territorio* VII 133–134 (etiam vide tit. Lucensem n. 7864). Magistra Veneris altera tit. Marruvino n. 3782/4 memorata esse quoque videtur. Etiam cf. tit. Corfinii repertum n. 7236 Veneri fortasse Victrici dicatum (de Venere Victrici cf. M. SPEIDEL, in *ANRW* II 17, 4, 1984, 2225–2238 et G. TARASCO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 86, 2013/14, 496–497). Titulos Veneri saepius una cum Cerere sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252 et in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189.

Ex litterarum forma saec. II medio p. C. n. tribuerim.

7674 tit. sacer

Parva basis in formam ellipticam redacta 18 × 8, alt. 8,5. In facie sursum directa servatur recessus, in quo signum dei vel deae cuiusdam fictum erat. Litt. impares. Rep. a. 1884 *Carrito* haud longe ab *Ortona dei Marsi*. Perit. Descripsi quatenus potui m. Sept. a. 2016 ex scheda LETTA.






Fig. α



Fig. β

## ANIL

Fig. α: Im. del. e COLANTONI repetita.

Fig. β: Im. a LETTA del.

COLANTONI, *ms.* II (a quo pendet C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 47–49 n. 30 cum im. del. a COLANTONI deprompta fig. 27, im. del. tituli a LETTA ipso redacta fig. 28); ID., *Storia dei Marsi* 251–252 cum im. phot. tab. IX.

Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. I cum hasta ad sinistram gradiente; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. N dextrorsum paululum inclinata.

[ - - ] *An(n)i L(uci scil. servus)*, quod nomen fusius in regione Marsa laudatur, vel etiam *an(norum)* vel *an(nis)* (*undequinquaginta*) vel *an(no)* (*undequinquagesimo*) dubitanter LETTA, qui excludit *a(uri scil. pondo) n(umero)* (*undequinquaginta*). Attamen tota res incertissima manet, eo magis quod lectio, quam COLANTONI praebet, sub iudice relinquitur.

Forma litterarum ad temporis spatium inter saec. III ex. a. C. n. et saec. II in. comprehensum adducit.

## 7675 (= 3664) exemplum epistulae imperatoriae de inquisitione

Tabula rep. Marruvii (FERNIQUE) nescio autem quando. Litt. affabre insculptae 1,6 (FERNIQUE). Olim servata *San Benedetto dei Marsi* in aedibus gentis *Croce di Genova*, ubi descripserunt VON BRUNN et FERNIQUE. Periisse videtur. Descripti a. 2014 ex scheda CESARE LETTA.

-----?

*Divos Augustus) e[*x*] commentario quem fecerat]*

*Ti(berius) Caesar de inquisitio[*ne*] novorum militum, Marsorum]*

*ordini scripsit* *≡*signum virgae*≡*. *Cuius (scil. Augusti) [praeceptum? secuti etiam]*

*principes in quos imperi[um] populi Romani postea]*

5 *per successiones tra[n]slatum est; -10?-]*

*praefecto sagittariorum qui militaverunt sub]*

*Germanico Caesare in [ - - praefecto cohortis]*

*Ascalonitanae* *≡*signum virgae*≡*, *IIIvir[o] quinquennali? Marsis]*

*[curam - - - detulerunt].*

W. HENZEN, *Bull. Inst.* 1855, xxvi; FERNIQUE, *Inscriptions inédites* 17–18 n. 53; MOMMSEN, supra n. 3664, ex quo pendet AUCTORES, qui sequuntur, scil.: DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3614, C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 344, CERASANI, *Marruvium* 201–202 n. 53 (a FERNIQUE), BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 193 n. 11 et TRAVERSO, *Esercito* 109 n. 26; C. LETTA, in *Epigrafia* 2006 III 1134–1148 (AE 2008, 454). – Cf. EUND., *I Marsi e il Fucino* 94; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193; GROSSI, *Marsica* 83; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 51; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 356.

Signum virgae inter capita quoque exaratum (v. 3 et 8). – 1 *Divos* pro *Divus* (etiam cf. supra ad tit. Corfiniensem n. 3150). – 7 [*Germania* vel *Syria*, *praefecto cohortis*], 9 [*curam inquisitionis* sive *dilectus detulerunt*] restituit LETTA, quem sequor. – DIVOS ◦ AVG ◦ E[ - - ] | TI ◦ CAESAR ◦ DE ◦ INQUISITIO[NE - - - ] | ORDINI ◦ SCRIPSIT *≡*virgula*≡* CVIVS [ - - - ] | PRINCIPES ◦ IN QVÓS ◦ IMPERI[VM - - - ] | PER ◦ SVCCESIÓNÉS ◦ TRA[DVNT - - - ] | PRAEFECTO ◦ SAGITTAR[ - - - ] | GERMANICO CAESARE II [L. SEIO TVBERONE COS] | ASCALONITANAE *≡*virgula*≡* IIIIVIR[ - - - ] MOMMSEN, qui ex eo, quod in v. 7 memorari videntur consules Germanicus Caesar bis et Lucius Seius Tuberus titulum a. 18 p. C. n. tribuit (de consulibus vide L. PETERSEN, *PIR*<sup>2</sup> I 221 et M. HEIL, *ibid.* S 324).

Restituit LETTA in *Epigrafia* 2006, l. l., quem sum secutus. – Agitur de elogio, quod praescriptum est in latere vel in

postico basis, in cuius fronte recensiti honores, quos vir Marruvinus quidam est adeptus, videntur (cf. tit. huius Corporis vol. X 5829 = ILS 2726 = C. LETTA, in *Valle di Comino* III 43–58). Qui vir Marruvinus (cuius ratio nominis in lacuna v. 5 insculpta videtur), quattuorvir quinquennalis municipii, fuit olim praefectus sagittariorum (de quo officio vide *PME* Inc. inter n. 164 et 165 ad p. 960; add. p. 1812–1813. 2311; V, p. 46) et praefectus cohortis Ascalonitanae (vide SADDINGTON, *Development* 60 cum adn. 32), cui negotium permissum est, ut haberet non ante a. 20 p. C. n. dilectum militum Marsorum ad seditionem quam Tacfarinas ille in Africa inter a. 17 et 24 p. C. n. moverat sedandam [cf. titulum illum AE 1973, 501 = 1975, 806 = 1978, 790 = RICL, *Inscriptions* 66–67 n. 34 cum alia bibliographia, scil.: C. Fabricio C. f. | *Ani(ensi) Tusco Hvir(o), augur(i), | praef(ecto) cohort(is) Apulae et | operum quae in colonia iussu | Augusti facta sunt, trib(uno) mil(itum) leg(ionis) III | Cyr(enaicae), VIII trib(uno) dilectus ingenuorum | quem Romae habuit Augustus et | Ti(berius) Caesar, praef(ecto) fabr(um) IIII praef(ecto) equit(um) | alae praet(oriae) IIII, hasta pura et corona | aurea donatus est a Germanico | Caesare Imp(eratore) bello Germanico, | d(ecurionum) d(ecreto)*]. De re universa cum amplissimo commentario vide LETTA, l. l.

LETTA, ex eo, quod suspicatur sub verbo *principes* imperatorem Caligulam quoque subaudiendum, titulum aetati Claudii tribuit.

## 7676 tit. honorarius viri ordinis senatorii

Tabula lapidis calcarii ex quattuor partibus inter se coniunctis fere composita infra fracta, in fronte levigata autem

passim deturpata, a tergo scabra (38) × (75) × 9. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Litt. 7–6.

Rep. a. 1884 in vico *San Benedetto dei Marsi* ante ecclesiam S. Sabinae (*lapide onoraria rinvenuta nell'area di Marruvio avanti S. Sabina in una sontuosissima fonte, di cui non rimangono che grosse lastre di pietra, e pezzi di colonne semplici e scannellate, nella cui base doveano esservi pezzi laterizii appositamente plasmati, che stavano alla base delle colonne. Però la fonte è stata devastata antecedenemente, perché la lapide stava capovolta COLANTONI*); in lucem denuo rediit a. 1938 in effossionibus ad domum aedificandam domini *Cesidio Andreotti* institutis iuxta viam *Sacerdoti* sub n. 14 sitam in eodem vico haud longe a theatro aetatis Romanae. Servabatur in museo municipali *San Benedetto dei Marsi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope "domum Romanam" iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



C(aio) Rubellio L(uci) f(ilio)  
Cam(ilia) Blando;  
d(ecurionum) d(ecreto).

Im. phot. a D'AMATO sumpta (adde neg. D. A. I. Rom n. 83.1038, pars sinistra).

COLANTONI, *ms.* I cum im. del.; ID., *ms.* II f. 34v n. 7 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 84–92 n. 55 cum im. phot. tab. XIX fig. 55 (AE 1975, 305); S. SEGNNI, *Epigraphica* 58, 1996, 151, 152 n. 3 cum im. del. e COLANTONI repetita (AE 1996, 512); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 231 n. 240. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 2; A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 369; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 101; CERASANI, *Marruvium* 162 cum im. phot. tab. XIX fig. 53 (a LETTA); S. SEGNNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987, 491; FORNI, *Tribù R90*; I. COGITORE, in *Élites municipales* 255; GROSSI, *Marsica* 91; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 16; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37; G. GROSSI, in *Marsica* I 699; EUND., *Ricerca* 35; B. DÍAZ ARIÑO, *Historia* 68, 2019, 229.

Puncta triangularia sursum directa.

2 CAMELANDO | D D COLANTONI.

Titulus honorarius Caio Rubellio Blando decurionum decreto in foro Marruvii positus fronti basis statuam honorati sustentis affixus erat. Caius Rubellius Blandus fuit praetor et proconsul Cretae et Cyrenarum (K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> R 109; pratermittendus quoque non est L. GASPERINI, *Quaderni di archeologia della Libya* 6, 1971, 8); vix est idem ac triumphator monetalis ille sub Augusto, qui consul suffectus fuisse quoque videtur; cf. K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> R 110. Fuit filius Lucii Rubellii Blandi equitis Romani apud SEN. *contr.* 2 praef. 5 et TAC. *ann.* 6,27,1 nominati (ID., *ibid.* R 108), nec non pater Caii Rubellii Blandi consulis suffecti a. 18 p. C. n. (ID., *ibid.* R 111), in cuius domum a. 33 Iulia Drusi filia, quondam Neronis Iulii Caesaris uxor, denupsit (L. PETERSEN, *ibid.* I 636). De Rubelliis Blandis ex Tibure oriundis eorumque parentelis cum Octaviis Laenatis et domu imperatoria fusius disseruerunt LETTA, *l. l.* 84–92; A. LICORDARI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 44–45; M. TORELLI, *ibid.*, 192; C. LETTA, *ibid.* 198; etiam cf. stemma a WACHTEL, *l. l.* propositum inter p. 82–83, O. SALOMIES, in H. SOLIN (Ed.), *Studi storico-epigrafici sul Lazio antico* (Acta

*Inst. Rom. Finl.* 15), Roma 1996, 95 cum alia bibliographia, C. BRUUN, *Arctos* 37, 2003, 43–44 et DÍAZ ARIÑO, *l. l.* 228–232. De Caio Rubellio Blando, praeter AUCTORES supra memoratos, etiam vide U. WEIDEMANN, *L'Ant. Class.* 7, 1964, 64–69; R. SYME, *AJPh* 103, 1982, 84; EUND., *Athenaeum*, 61, 1983, 13–14; DEMOUGIN, *Prosopographie* 130–131 n. 131; L. GASPERINI, in L. BACCHIELLI – M. BONANNO ARAVANTINOS (Ed.), *Scritti di antichità in memoria di Sandro Stucchi* I. *La Cirenaica, la Grecia e l'Oriente mediterraneo* (= *Studi Miscelanei* 29, 1991/92), Roma 1996, 154–156.

Ex litterarum forma prioris partis saec. I p. C. n. esse videtur; excludendum autem non est, ut LETTA, *l. l.* est suspicatus, quin basis cum statua a. 50 est posita, eo tempore quo Octavius Laenas (K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 41) Rubelliam Bassam Blandi filiam uxorem duxit (ID., *ibid.* R 116). Etiam vide supra ad tit. n. 3660–3663.

7677 tit. sepulcralis viri ordinis senatorii

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra fracta, in fronte levigata (25,3) × (37,5) × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a dextra tantum servantur. Litt. affabre insculptae 7–5,7. Rep. nescio quando fortasse prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servatur muro cuidam posteriori affixa aedium dominae *Dorotea Cimini Trinchini* sitarum iuxta viam *Capo Croce*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



[ - - ]uius P(ubli) f(ilius)  
[ - - ]tribunus m]il(itum), q(uaestor), pr(aetor),  
[ - - ]++[ - - ]  
-----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 41–42 n. 34 cum im. phot. tab. XII fig. 34 (AE 1975, 303); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 224 n. 196. – Cf. F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 47, 1976, 728; S. DEMOUGIN, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 97; PME Inc. 165bis; S. SEGNNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987, 476. 490; S. CERASANI, *Marruvium* 155 cum im. phot. tab. XII fig. 34 (a LETTA); ANDERMAHR, *Totus in praediis* 373; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17.

Puncta triangularia.

3 + vestigia litt. incertarum.

Supplevit LETTA, quem magna ex parte sequor. – 1 [P(ublius) Paq]uius dubitanter LETTA, ex eo, quod proavia Dirutia nominata consulis P. Paquii Scaevae illius (L. PETERSEN, *PIR*<sup>2</sup> P 126; cf. supra tit. Histoniensem n. 2845–2846) ex Marruvio oriunda est nec non Marruvii laudatur Pergamus quidam, scil. tit. n. 3733, qui fuit libertus Publilii Paquii cuiusdam; nomen gentilicium [Octa]vius vel aliter suppleri quoque potest; [Acca]uius dubitanter PME. – Res tota incerta manet (etiam cf. ANDERMAHR, *l. l.*). An tribunus angusticlavius sit, incertum quoque est.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuenda esse videtur vel etiam aetati Augusti.

7678 tit. honorarius viri ordinis equestris

Cippus ex lapide calcario fractus undique levigatus attamen passim dolatus in angulo superiore sinistro corona et crepidine undique prominentibus praeditus 108 × 69/55 × 43. Litt. affabre insculptae 4/2,2. Rep. a. 1976 a domino *Eugenio Zarini* prope vicum *Lecce nei Marsi* in alveo torrentis *Tavana* appellati in regione q. d. *S. Lucia* siti. Servatur in cavaedio castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 41010), ubi a. 1990 contuli. Ibidem *CESARE CASTELLANI* m. Nov. a. 2014 titulum denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



A(ulo) Virgio L(uci) f(ilio) Marso,  
 prim(o) pil(o) leg(ionis) III Gallicae  
 iterum, praef(ecto) castr(or)um Aegy(pti),  
 praef(ecto) fabr(um), tribuno mil(itum) in praet(orio)  
 5 divi Aug(usti) et Ti(beri) Caesae(s)ris Aug(usti)  
 cohort(ium) XI et III praetoriae,  
 IIIvir(o) quinq(uennali) delato hon-  
 ore ab dec(urionibus) et popul(o) in col(onia) Troad(ensium)  
 Aug(usta) et Marruio, testamento  
 10 dedit vicalibus Anninis imagi(es)  
 Caesarum argentias quinque  
 et sestertia X milia.  
 Vicales Anninis honor(is)  
 causa.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *Athenaeum* 56, 1978, 3–19 cum im. phot. (AE 1978, 286); ID., in *Fucino cento anni* 135–138 cum im. phot. fig. 13 ad p. 123 (etiam cf. p. 130); B. DOBSON, *Chronique d'Égypte* 57, 1982, 322–328; C. LETTA, *Egitto e Vicino Oriente* 9, 1986, 1–5 cum alia bibliographia; PERROTTA, *Vicus Anninus* 17–19 adn. 55–59; RICL, *Inscriptions* 227 n. T 120; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223–224 n. 192; TARPIN, *Vici et pagi* 336 n. IV.22.2; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 84; M. FORA, in *Terni – Interamna Nabars* 138–139 cum im. phot. e LETTA repetita (etiam cf. p. 135); TRAVERSO, *Esercito* 108 n. 24; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 120 n. 20; M. MALAVOLTA, in *Aulo Virgilio Marso* 49–62; ENGFER, *Private Munifizenz* 147–148 n. 221 (etiam cf. p. 156–157). – Cf. D'AMATO, *Prosciugamento* 178; J. M. SANTERO, *Athenaeum* 61, 1983, 115; C. LETTA, *ibid.* 65, 1987, 272; M. A. CAMPANELLI, in *Fucino* I 325; E. GIZZI – M. SPANU – C. TORRI – M. VALENTI, *ibid.* 331; DEMOUGIN, *Prosopographie* 268–272 n. 318 (etiam cf. p. 114); C. LETTA, in *Antinum* 104; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 123; EUND., in *Epigrafia del villaggio* 39. 40; EUND., in *Assisi e gli Umbri nell'antichità* 333; L. KEPPIE, *Athenaeum* 84, 1996, 108–111 (AE 1996, 513); C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., *Collezione Torlonia* 35); GROSSI, *Marsica* 23; U. LAFFI, in P. G. MICHELOTTO (Ed.), *λόγος ἀντίρ. Studi di antichità in memoria di Mario Attilio Levi (Quaderni di Acme 55)*, Milano 2002, 256–257 [= EUND., *Colonie* 144–145]; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 55. 56; ANTOLINI, *Iscrizioni* 88 adn. 196; C. LETTA, *RCCM* 47, 2005, 90; M. BONAMENTE, in *Aulo Virgilio Marso* 17 et passim; PROSPERI VALENTI, *ibid.* 47–48; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 84; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14; STEK, *Cult places* 154; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 79; TODISCO, *Vici* 182. 233; C. LETTA, in *Fucino* V 261; A. RUSSI, in *Lago Fucino* 81; G. GROSSI, in *Marsica* I 490 cum im. phot. p. 492; U. LAFFI, in *Colons et colonies* 130; T. ERCOLE, in *Fucino* VI 225 et passim; C. LETTA, in *Peoples* 514; C. RICCI, *Security* 77 n. 9; GROSSI, *Ricerca* 126–127 cum im. phot.; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 355. 356.

Litt. T passim supra versum egrediens. – 3 *Aegy(pti)* vel etiam *Aegy(pto)*. – 5 *Caesaris* OMNES. – 6 PRAETORIAI[- -] CRAWFORD apud KEPPIE (cf. p. 108 adn. 66), i. e. post PRAETORIA hasta recta tantum inspicitur; *praetoria(um)* LETTA, ex quo OMNES, *praetoriae* iam recte DEMOUGIN. – 9 *Marruio* pro *Marruvio*, 11 *argentias* pro *argenteas*, 13 *Anninis* pro *Annini* i. e. nominativus pluralis in *-is*; *Annini[s]* OMNES; *Anninis* typhotetae errore LETTA in *Fucino cento anni* laudato.

Puncta triangularia haud semper signata.

Cippus exstructus est honoris causa a vicilibus nempe vicanis Anninis (de quibus etiam vide C. LETTA, *RCCM*, *l. l.* 90 adn. 2; EUND., in *Samnitice loqui* II 306; G. GROSSI, in *Aulo Virgilio Marso* 63–80; etiam vide supra ad tit. n. 3813) Aulo Virgilio Lucii filio Marso, ex eo, quod ipse testatus est se donaturum vicilibus (i. e. vicanis; cf. tit. huius Corporis n. III 10984 = *ILS* 5417a, ubi laudatur templum vicale quoddam), in quorum vico in territorio

Marruvii Marsorum sito natus erat, quinque imagines argenteas Caesarum quorundam (vide infra) et sestertium decem milia (de munificentia a vicanis tributa etiam cf. E. TODISCO, *ZPE* 134, 2001, 241). Aulus Virgilius Marsus fuit primus pilus legionis tertiae Gallicae in Syria tendentis (cf. E. RITTERLING, *RE* XII 2, 1924/25, col. 1519), praefectus castrorum Aegypti i. e. in Aegypto (cf. PFLAUM, *Procurateurs* 145 et praesertim M. P. SPEIDEL, *Chronique d'Égypte* 57, 1982, 120–122 [= EUND., *Roman Army Studies* I, Amsterdam 1984, 317–321; notandum praefecturam castrorum Aegypti hic primum laudatam esse), praefectus fabrum (cf. B. DOBSON, in *Britain and Rome* 71–72), tribunus militum cohortis undecimae urbanae sub Augusto vel si tardius a. 14 p. C. n., primus pilus iterum legionis tertiae Gallicae iam memoratae, tribunus militum cohortis quartae praetoriae paulo post a. 23 p. C. n. sub Tiberio Caesare Augusto (cf. cursum Lucii Ovinii Rufi tit. huius Corporis vol. X 4872 = *ILS* 2021 = CAPINI, *Venafrum* 60–62 n. 35, qui fuit aetate Tiberii tribunus militum cohortis undecimae urbanae et tribunus militum cohortis tertiae praetoriae; de re universa vide DEMOUGIN, *l. l.* 226–227 n. 265). Deinde a decurionibus et populo urbis Alexandriae Troadensis Augustae obtinuit honorem quattuorviratus quinquennalis in colonia ipsa; cum domum reversus est, honorem quattuorviratus quinquennalis Marruvini ipsi tribuerunt. Notandum in colonia Alexandria Augusta nominari Caium Marcium Marsum quendam, scil. tit. huius Corporis vol. III 393 = RICL, *l. l.* 130 n. 120 (tit. Marruvino n. 3748 Marcium Celadum invenies; in onyche Supini reperta traditur ratio nominis Marci Marcii cuiusdam: vide C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 237 n. 144bis). De colonia Alexandria Augusta et de re publica praeter RICL, *l. l.* 11–13. 20–21, etiam vide U. LAFFI in G. SALMERI – A. RAGGI – A. BARONI (Ed.), *Colonie romane nel mondo greco (Minima epigraphica et papyrologica. Separata 3)*, Roma 2004, 151–164 (= EUND., *Colonie* 175–186) cum alia bibliographia; etiam T. SPAGNUOLO VIGORITA, *Athenaeum* 96, 2008, 739–740. De locutione *ordo et populus* cf. ex. gr. JACQUES, *Privilège* 407–425; etiam U. LAFFI, in *Statuti municipali* 122 (= EUND., *Colonie* 66). De cursu Virgii Marsi in hoc titulo in ordine ascendenti commemorato (etiam cf. supra cursum Lucii Octavii Balbi tit. n. 3669), praeter LETTA, *l. l.*, fusius quoque disseruit DEMOUGIN, *l. l.* (adde EUND., *L'ordre équestre* 124. 372. 831 n. 318; C. CASTILLO, in Y. LE BOHEC (Ed.), *La hiérarchie (Rangordnung) de l'armée sur le Haut-Empire. Actes du Congrès international de Lyon, 15–18 Septembre 1994*, Paris 1995, 219 n. 42), cum qua EGO consentio. De re universa etiam vide D. B. SADDINGTON, *Historia* 45, 1996, 244–252; L. KEPPIE, *Athenaeum* 84, 1996, 101–124 (praesertim vide p. 208 cum adn. 66 [AE 1996, 513]). Quorum Caesarum imagines (de imaginibus nunc vide A. DE PURY-GYSEL, *JRA* 32, 2019, 313–328) quinque fuerint, incertum est: fortasse Augusti, Lucii et Caii Iuliorum Caesarum Augusti filiorum, Tiberii, Germanici vel etiam Tiberii, Germanici, Drusi Tiberii filii, Neronis et Drusi Iuliorum Caesarum Germanici filiorum.

Temporis spatio post a. 30 p. C. n. tribuendus esse videtur.

#### 7679 tit. sepulchralis veterani

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata, a tergo scabra (31) × (39) × 16 circ. Litt. ad actuaras transgredientes 3,6–3. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Rep. nescio quando extra vicum *Pescina* in effossionibus ad domum reficiendam institutis sitam in praedio, cui nomen *La Casella*. Servatur muro cuidam interiori affixa hortuli domini *Carmine Botticchio* siti iuxta viam *Trento* sub n. 1 in eodem praedio, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit.

Ἰῦλιο Γαϊῶν[ο] [vet(erano)]

Augg. nn. (i. e. Augustorum nostrorum duorum) qui vix(it) [an]-  
n(is) LVI mil(itavit) ann(is) X[- -],

Ἰῦλιος Γαῖος fi[lius]

5 et Ἰῦλια Γαῖαν[a - -]

-----



Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 146–147 n. 97bis cum im. phot. tab. XXXII fig. 97bis (AE 1975, 325); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 224 n. 193; TODISCO, *Veterani* 68–69 n. 42; REDAELLI, *Veterani* 68. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 173 cum im. phot. tab. XXXII fig. 97bis (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 470–471; ANTOLINI, *Iscrizioni* 87 [adn. 191]. 93 adn. 209; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 18. 20; BRANCATO, *Repertorium* II 95; G. GROSSI, in *Marsica* I 667.

Puncta in formam virgulae acclivis insculpta.

1 supplevit LETTA. – 2–3 [an(nis) vel a(nnis)] | n(umero) quoque supplere potuissem (attamen vide illud *ann(is)* sequens). – 4 *Iulius* haud recte LETTA (etiam cf. ad p. 364).

Incertum est, qui fuerint Augusti nostri duo (de re universa sempre vide M. P. SPEIDEL, *ZPE* 22, 1976, 231–232); etiam cf. Iulium Eutycum illum laudatum in tit. Teani Sidicini reperto (scil. AE 1979, 159), qui veteranus Augustorum nostrorum duorum quoque fuit. Iulius Gaianus militavit in cohorte quadam praetoria vel urbana. Etiam cf. Caium [- -]lium Gaianum, qui fuit praefectus alae in Pannonia Superiore aetate imperatoris Septimii Severi (vide *PME* G 28; add. p. 1580, ubi edita est epistula a LETTA missa d. 18 m. Sept. a. 1986; add. V p. 10). Alii Iulii tit. Marsis n. 3652. 3764. 3866. 3891 memorantur.

Ex eo, quod homines praenomine carent, tit. temporis spatio inter saec. II ex. p. C. n. et III in. comprehenso tribuerim, cui temporis litterarum forma et locutio Augustorum nostrorum duorum compendiis scripta congruunt.

7680 tit. fortasse sepulcralis viri ordinis equestris

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo paululum scabra (31) × (30/20) × 17. Litt. affabre insculptae 4. Rep. a. 1951 prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.

-----?  
[- -? Aug(usti) l(iberto) Ris[- -]  
[proc(uratori)] Augu(sti?, praef(ecto))  
[coh(ortis) . ci]vium R[omanorum?]  
[- - - pro]cur(atori) [- -]  
-----

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83. 1046.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 35–36 n. 30 cum im. phot. tab. VIII fig. 30; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 224 n. 194. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 5 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 154 cum im. phot. tab. VIII fig. 29 (a LETTA).



Puncta triangularia.

Supplementa magna ex parte recepi ex LETTA. – 2 *Augu[sti]* LETTA, 4 *[Ma]ur[etania]* dubitanter ID. (post litteram R vestigium puncti quoque servatur).

Litterae ad saec. II p. C. n. adducunt.

7681 tit. honorarius tribuni militum

Tabula ex marmore ab utroque latere et infra fracta in fronte levigata (33) × (65) × 9. Litt. optime insculptae 12. Rep. circ. a. 1893 ante ecclesiam S. Sabinae in vico *San Benedetto dei Marsi*. Servatur muro cuidam exteriori immissa ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem m. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI titulum denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



[ - Vettius T(it)i] f(ilius) T(it)i n(epos) Scat[*o*]  
[tr(ibunus)] mil(itum)

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

COLANTONI, *ms.* III (epistula missa d. 6 m. Sept. a. 1893); ID., NS 1893, 384 n. 1 cum im. del. sine autem supplementis; PETREVICI, *Marruvium* 90; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 77–81 n. 52 cum im. phot. tab. XIX fig. 52; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 224 n. 195. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 161 cum im. phot. tab. XIX fig. 52 (a LETTA); ANDERMAHR, *Totus in praediis* 477 adn. 12; M. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 112; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 71; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 67; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 18; G. GROSSI, in *Marsica I* im. phot. p. 654.

Puncta triangularia.

1 supplevit LETTA, quem sequor, qui autem v. 2 [ - - tr(ibunus)] mil(itum) restituit, [ - - trib(unus)] dubitanter ANDERMAHR.

Vettii Scatonos, qui Romae hortos quoque possidere (cf. L. CHIOFFI, in *Lexicon Topographicum* III, Roma 1996, 83), e ragione Marsa ut constat sunt oriundi (vide LETTA, *l. l.*, 78–81 et supra ad tit. n. 3649; etiam M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 190). De nomine gentilicio etiam cf. G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 125.

Litterae ad saec. I medium p. C. n. saltem adducunt.

7682 tit. sepulcralis viri ordinis equestris

Tabula ex marmore venis rubris perfuso supra, a dextra et infra fracta undique levigata (17) × (23,5) × 3,5. Litt. affabre insculptae 3,9. Rep. a. 1960 *San Benedetto dei Marsi* in effossionibus ad aedificandum ludum pueritiae Italice *Scuola materna* institutis. Servabatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum, ubi a. 1983 contuli. Nunc exstat *San Benedetto dei Marsi* in aedificio intus prope ludum litterarium iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13, ubi

CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



[ - - praef(ect-)]  
orae m[aritimae], - - ]  
tr(ibun-) mil(itum) le[g(ionis)] - - ]

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 98–99 n. 58 cum im. phot. tab. XX fig. 58 (AE 1975, 307); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 224 n. 197; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 120 n. 23. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 9 et 4.2; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 94 adn. 29; A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 369; CERASANI, *Marruvium* 162 cum im. phot. tab. XX fig. 58 (a LETTA); E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 51; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 35); EUND., in *Ricerche archeologiche* 18.

Puncta in formam aculei sagittae incisa.

Supplevit LETTA.

Incertum utrum titulus casu nominativo, ut cogitat LETTA, an dativo exaratus sit. De praefecto orae maritimae, quae in Hispania Citeriore, Baetica, Mauretania et Ponto saltem munere fungebatur, vide G. BARBIERI, *Riv. Filol.* 69, 1941, 268–280; EUND., *ibid.* 74, 1946, 166–171 (= EUND., *Scritti minori* 241–260). De cursu in ordine ascendenti vel descendenti memorato etiam vide *PME Inc.* 172; DEMOUGIN, *Prosopographie* 651 n. 770; EAND., *L'ordre équestre* 847 n. 770. Ex eo, quod tit. *Marruvino* n. 7766 nominatur Caius Accaeus Borystenes quidam, LETTA non excludit, quominus praefectura in Moesia, i. e. Ponto, anonymus noster functus sit; res autem tota sub iudice relinquatur.

Ex litterarum forma prioris partis saec. I p. C. n. esse videtur.

7683 tit. incerti generis viri ordinis equestris

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo scabra (29) × (13,5) × 23. Litt. 6,5. Rep. *Venere* m. Ian. a. 2016 ab *Orazio Cambise* in casula sua rustica. Ibidem servari videtur. M. Mai. a. 2016 descripsi quatenus potui ex im. phot. et ex scheda CESARE LETTA, qui pendet ex im. del. et im. phot. a causidico UMBERTO IRTI sumptis.



-----  
 [- -] praef(ect-) +[- -]  
 -----

Im. phot. ab IRTI sumpta.  
 C. LETTA, in *Fucino* VI 283–285 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 2017, 360).

Punctum triangulare sursum directum.  
 + vestigium litt. vel C vel O; inde LETTA non excludit, quin de praefecto cohortis vel de praefecto castrorum vel de praefecto classis vel etiam de praefecto orae maritimae agatur. Quomodo autem recte sit supplendum, incertum manet.  
 Ex litterarum punctique forma aetati Augusti tribuerim.

7684 = I<sup>2</sup> 3209a tit. operis publici a quattuorviris dedicati

Epistylum ex lapide calcario ab utroque latere et infra fractum, in fronte levigatum, a tergo scabrum (41) × (259) × 56. Litt. optime insculptae 6,5–5,5. In facie sursum directa vestigia duorum uncorum ad figendum adhuc servantur. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta ? × 234. Duo versus insculpti in fasciis duabus (prior 9,3 altera 9) sub cymatio collocatis, quae in scalae formam sunt redactae. Litt. accuratissime insculptae v. 1 maiores quam v. 2, scil. 6,5–5,5. Rep. d. 10 m. Ian. a. 1974 *San Benedetto dei Marsi* in effossionibus quibusdam institutis pone deversorium hospitale, cui nomen *Ragno*, haud longe ab ecclesia S. Sabinae. Servabatur in eodem vico supra muro quodam, qui saepit monumentum ad interfectos in proelio dicatum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* humi iacentem prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* et im. phot. quoque sumpsit.



*Q(uitus) Fadius T(iti) f(ilius), Q(uitus) Munatius N(umeri) f(ilius) Marssus IIIIVir(i) iur(e) d(icundo) horologium de sua pecunia fac(iundum) coer(averunt).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta (adde neg. D. A. I. Rom 948 VW 84).  
 C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 93–98 n. 57 cum im. phot. tab. XXII fig. 57 (*AE* 1975, 306); H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3209a; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 199; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 223 cum im. phot.; BISHAM, *Municipalization* 491 n. Q56; ENGFER, *Private Munifizenz* 163 n. 244. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; D. D[ELLA] V[ALLE], in ephemeride *Il Tempo* d. 15 m. Ian. 1974; S. D'AMATO, *ibid.* d. 29 m. Ian. 1974; EUND., *ibid.* d. 30 m. Ian. a. 1974; C. LETTA, *Athenaeum* 56, 1978, 13; D'AMATO, *Prosciugamento* 273; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8<sup>o</sup>, 35, 1980, 193; [S.N.A.], in *Marruvium* 63–64; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 99–100; CERASANI, *Marruvium* 162 cum im. phot. tab. XXII fig. 57 (a LETTA); JOUFFROY, *La construction publique* 351; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 39; EUND., in *Antinum* 104; I. DI STEFANO MANZELLA, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 15, 1995, 51 n. 8; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., *Collezione Torlonia* 35 cum im. phot. fig. 28); GROSSI, *Marsica* 83; J. D'ENCARNAÇÃO, in *Misurare il tempo* 87; A. MASTINO – V. PORCHEDDU, *ibid.* 158; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 223; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 15. 16; G. GROSSI, in *Marsica* I 690 cum im. phot. p. 704; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 215–216; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 355; C. BLASETTI FANTAUZZI, *Ann. Ist. It. Stud. Stor.* n. s. 26, 2019 (2020), 254. 267.

Puncta triangularia sursum directa.

1 *Marssus* pro *Marsus* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 134), – 2 *fac(iundum) coer(averunt)* pro *fac(iendum) cur(averunt)* (cf. EAND., *l. l.*).

Fadios et Munatios alios in tit. Marruvinis non invenies (de quibus disseruit C. LETTA, *Epigrafia dei Marsi*, *l. l.* 95–97 cum amplissimo commentario et PACIFICO, *l. l.*). I. DI STEFANO MANZELLA, *l. l.* 49, qui Quintos Munatios fusius pertractavit (cf. p. 51–54), non excludit, quominus Quintus Munatius Marsus affinitate sit coniunctus cum Quinto Munatio fortasse equite Romano, qui saec. I a. C. n. fuit dominus officinae laterum cuiusdam (etiam cf. tit. Saepini repertum n. 6082, 54). De cognomine Marsi vide C. LETTA, *Epigrafia dei Marsi*, *l. l.* 112 adn. 3; EUND., *Athenaeum* 56, 1976, 4 adn. 4 (adde quae scripsi in *Epigraphica* 44, 1982, 177–178; etiam cf. tit. *AE* 2001, 297; 2007, 632 = 2012, 587). Ex eo, quod tit. saec. I medii a. C. n. esse videtur (vide infra), agitur de antiquissimo testimonio municipalis condicionis Marruvio datae, eo magis quod, ut inter OMNES constat, quattuorviri non sunt noti ex municipiis certe post a. 49 a. C. n. institutis. Horologia fusius tractaverunt exemplis collectis PACIFICO *l. l.*, D'ENCARNAÇÃO, *l. l.* 79–88 et MASTINO – PORCHEDDU, *l. l.* 123–162, ubi alia bibliographia inveniri potest.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim; etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 344 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 344).

7685 = I<sup>2</sup> 3209 tit. operis publici

Epistylum lapidis calcarii ex duabus partibus (*a-b*) coniunctum ab utroque latere et infra fractum, in fronte levigatum (57) × (160) × ? (*a*), (51) × (88) × ? (*b*). Cum litterae ex parte marginibus sinistro et dextro persectae sint, pars epistylii magni ex pluribus tabulis inter se coniunctis compositi fuisse videtur, quamquam margines tabula in usum posteriorem decussa scabri fieri potuerunt. Litt. exiles 13–12. Utraque pars rep. in sepulcro aetatis recentioris adhibita ante secundum inter omnes gentes bellum a domino *Francesco Morelli* haud longe a vicis *Venere* et *Pescina* in regione, qua vergit ad occidentem inter praedia *Casino Cerbiotto* et *La Restina* vel *Molini* appellata. Servatur *San Benedetto dei Marsi* muro cuidam immisum olim aedium heredum eiusdem domini *Francesco Morelli* hodie dominae *Vincenzina D'Amore* sitarum iuxta viam *Fucino* sub n. 58 (olim n. 28), ubi a. 1987 contuli una cum *ALESSANDRO D'AMATO*, qui im. phot. sumpsit. Ibidem *CESARE CASTELLANI* denuo recognovit m. Apr. a. 2016 et im. phot. quoque sumpsit.




Fig. α

Fig. β

[ - - ]tum et gradus d(e) v(ici) s(ententia) f(aciunda) c(ur(averunt)) eidemq(ue) prō[b(averunt)].

Fig. α–β: Im. phot. a D'AMATO sumptae (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7258–7259).

A. LA REGINA, in *Atti città etrusca* 206 adn. 29; P. SABBATINI TUMOLESI LONGO, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 29, 1974, 290 n. 5 (*AE* 1974, 301); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 136–139 n. 91ter cum im. phot. tab. XXX fig. 91ter (etiam cf. p. 94–95. 413); A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3209 cum im. phot. tab. 75 fig. 2–3; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 124 n. 87 cum im. phot. tab. XXXIV fig. 4–5; DAY, *Architectural Terminology* 105 n. 117 (etiam cf. p. 42. 62); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 226 n. 204; TARPIN, *Vici et pagi* 336 n. IV.21.1; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 51 adn. 86; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 661–662 (etiam cf. p. 665); CIABARRA, *Anfiteatri* 172–173 n. 8.3.2 cum im. phot. fig. 141–142 (e BUONOCORE). – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; J.-M. FLAMBARD, in *Les «bourgeoisies» municipales* 79; CERASANI, *Marruvium* 171 cum im. phot. tab. XXX fig. 91ter pars dextra tantum (a LETTA); JOUFFROY, *La construction publique* 42; GROSSI, *Marsica* 82; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 55; C. LETTA, *RCCM* 47, 2005, 90; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 221. 223; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14. 20; EUND., *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 79; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 280 adn. 240; G. GROSSI, in *Marsica* I 677. 678. 689; TODISCO, *Vici* 100; C. LETTA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 65; S. ROSELAAR, *MEFRA* 123, 2011 (2012), 536; LAIRD, *Civic Monuments* 304 n. 77; T. ERCOLE, in *Fucino* VI 225 et passim; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 355.

Puncta triangularia sursum directa.

Incertum quomodo vocabulum finiens in *-tum* recte sit restituendum; [*pulpi*]tum proposuerunt LA REGINA et dubitanter SABBATINI TUMOLESI LONGO et DAY, vel etiam [*pavimentum*] (etiam cf. JOUFFROY, *l. l.* 42), si referres titulum ad amphitheatrum Marruvinum, quod aetatis Augusteae esse videtur (de quo vide P. SOMMELLA, in *Arqueología* 377–382), vel etiam [*terra exaggeratum*] sub exemplo titulorum Capuae repertorum, scil. I<sup>2</sup> 2944–2945, si referres titulum ad theatrum Marruvinum; [*murum oppidi totum*] sub exemplo tit. Curubi reperti, scil. VIII 977 = 12451 = I<sup>2</sup> 788 (cf. p. 951) vel etiam [*aggestum*], si titulus pertineret ad moenia, quamvis tales gradus non apte convenirent ad moenia Marruvina et ad locum, ubi titulus ipse in lucem est detectus; [*porum*] fortasse recte LETTA, ex eo, quod titulus prope lacum Fucinum repertus est, eo loco hodie *Restina* appellato unde prodierunt aedificiorum antiquorum vestigia satis ampla, et ad portum ipsum referendus. – *s(citu)* pro *s(ententia)* quoque solvere potuissem. – *c(ura-verunt)* LETTA; *cur(averunt)* SABBATINI TUMOLESI LONGO. – *eidemq(ue)* pro *idemq(ue)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 120). – *pr(oberunt)* LA REGINA et SABBATINI TUMOLESI LONGO.


Si supplementum [*porum*] a veritate non abhorret, haud longe a Marruvio ad meridiem versus temporis spatio inter saec. I medium a. C. n. et aetatem Augusti in. comprehenso vicum quendam, cui magistratus proprii praeesent, exstitisse colligi potest (cf. supra ad tit. n. 7684; P. SOMMELLA – M. TASCIO, in *Fucino* I 458; etiam C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 50, 2004 (2008), 240); etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 365 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 365).

7686 tit. operis publici

Effossionibus inter a. 2001 et 2004 a praefectura antiquitatum regionis Aprutii in area amphitheatri aetatis Romanae Marruvii (*San Benedetto dei Marsi*) institutis (vide praesertim V. DI STEFANO – G. LEONI – D. VILLA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2012 (2012), 131–140; V. DI STEFANO – G. LEONI – D. VILLA – C. LETTA – A. PINTUCCI, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 49–141), sunt repertae undecim tabulae ex lapide calcario (*a-m*) inter saec. I–II p. C. n. tribuendae [ante medium saec. I: (*l*); inter a. 30 et 100: (*e*); saec. I: (*a*). (*b*). (*g*). (*i*); ante medium saec. II: (*m*); inter a. 50 et 150: (*f*). (*h*); saec. II: (*c*). (*d*)] ad proprietatem locorum in amphitheatro pertinentes (de re universa vide G. PACI, in *Epigrafia dei porti* 275–288 et S. BRAITO, in *Iscrizione esposta* 153–183. De iure sedendi in theatro vide A. CASSARINO, *Stud. Doc. Hist. Iuris* 83, 2017, 577–589), quarum magna pars a pluteo summae aut mediae caveae prope aditum occidentalem esse prolapsa videtur. Ex eo, quod titulos inspicere non potui inter reposita praefecturae antiquitatum Marruvii, descripsi quatenus potui a. 2016 ex editione publici iuris facta a CESARE LETTA et ad im. phot., quas comiter mihi misit praefectura antiquitatum.



7686 a A pluteo summae aut mediae caveae prope aditum occidentalem esse prolapsum videtur. (58) × (109) × 17. Litt. 6,5/5 (col. I) – 5,9 (col. II).



I:	II:
[O]ctaviae [Ve]neriae, [-] Octavi Celadi	P(ubli) Titi +[.] + Thalli

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 121–122 n. 1 cum im. phot. fig. 91; CIABARRA, *Anfiteatri* 174 n. 8.3.3.1 cum im. phot. fig. 142 (e LETTA).

Versus primus duorum titulorum diversa manu incisus esse videtur.

Octavia Veneria et Octavius Celadus liberti gentis Octavio- rum Laenatum sine dubio fuerunt. De nominibus Octavii et Titii passim in tit. Marruvinis memoratis vide LETTA, *l. l.* 122. Cognomen Veneriae fusius pertractavit A. DEGRASSI, *Latomus* 22, 1963, 436–439 (= EUND., *Scritti vari* III 261–263); etiam vide A. SARTORI, *Riv. Arch. Como* 166, 1984, 132–133.

7686 b Fortasse in pluteo summae aut mediae caveae fuit; postea insertus muro ad septentrionem versus aditus occi- dentalis, ubi a. 2001 repertus. Servatur inter reposita amphitheatri. (44) × (17) × 13. Litt. 6.

P(ubli) Tit[- -]  
For[- -].

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 122–123 n. 2 cum im. phot. fig. 91; CIABARRA, *Anfiteatri* 175 n. 8.3.3.2.

I incertum quomodo recte restituendum sit nomen gentili- cium, quod incipit *Tit[- -]*; Publius Titius redit in tit. qui praecedit. In tit. eiusdem generis infra n. 7686 g habes nomen Titucii; in regione Marsa nomina Titecii, Titii, Titedii, Titidii invenies. LETTA, quamquam dubitanter, mavult supplere *Tit[i]* sub exemplo tit. praecedentis. – 2 *For[tis]* vel *For[tunati]* LETTA. Etiam cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 334. 499.

7686 c Rep. a. 2001 in limine ad occasum solis vergente hare- nae amphitheatri. Servatur inter reposita amphitheatri. (80) × (105) × (33). Litt. 6.



[- -]natib(us) T(iti) Aqu[- -]I[- -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 124–125 n. 4 cum im. phot. fig. 93a; CIABARRA, *Anfiteatri* 175–176 n. 8.3.3.4 cum im. phot. fig. 144 (e LETTA).

Puncta triangularia deorsum directa.

[*Supi*]natib(us) vel [*Anti*]natib(us) LETTA, qui sub exemplo tit. *loca* | *Augustal*ium *m(unicipi) A(eli) K(arnunti)* et *loca* | *pagi* | *Aeleni* (vide F. HILD, *Supplementum epigraphicum zu CIL III. Das pannonische Niederösterreich, Burgenland und Wien* 1902–1968, Wien 1968, n. 12–13; E. VORBECK, *Zivil- inschriften aus Carnuntum*, Wien 1980, n. 354–355) non excludit, quominus *loca* optima primi moeniani propria incolis proximi vici fuerint. Supplementum [*cog*]natibus LETTA respuit. Titus Aquius, quod nomen redit tit. Marruvino n. 7752, videtur fuisse patronus. De aliis supplementis vide LETTA *l. l.*, scil. [- -]natibus T(ito) Aqu[io - -] vel in fine [*hospiti*- tib(us)].

7686 d Rep. a. 2001 in limine occidentali harenae; pluteus ad euripum pertinet. Servatur inter reposita amphitheatri. (34) × (82,5) × ?. Litt. 6.



[*Scr(ibus)*] *qu(aestoriis) III decur(iarum)*.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 123–124 n. 3 cum im. phot. fig. 92; CIABARRA, *Anfiteatri* 175 n. 8.3.3.3 cum im. phot. fig. 143 (e LETTA).

Scribis quaestoriis trium decuriarum minorum, nempe apparitoribus urbanis, locum in amphitheatro Marruvino datum videtur (cf. *TAC. ann.* 16.12). De re universa vide LETTA, *l. l.* cum bibliographia.

7686 e Rep. a. 2001 in limine ad occasum solis vergente hare- nae amphitheatri. Servatur inter reposita amphitheatri. A sinistra tabula altera coniuncta esse videtur. (86) × (80) × 29. Litt. 6.



[*l(oca) - -]b(us); l(oca) II Picentinis*.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 125–126 n. 5 cum im. phot. fig. 93b; CIABARRA, *Anfiteatri* 176 n. 8.3.3.5 cum im. phot. fig. 145 (e LETTA).

Puncta triangularia.

[*hospiti*]b(us) vel [*negotiatori*]b(us) LETTA excludit.

Picentines, i.e. Picentes devicti, fuisse videntur illi, qui inter a. 268 et 232 a. C. n. in agrum Salernitanum sunt relegati. Attamen qua necessitate Picentines cum Marruvinis sint coniuncti, incertum manet. De re universa fusius LETTA disceptavit cum bibliographia.

7686 *f* Rep. a. 2001 in regione occidentali harenae inter aditum solis occasum spectans et meridionalem fortasse ad balteum pertinens. Servatur inter reposita amphitheatri. (13) × (45) × 14. Litt. circ. 9–5.

[ - - ] CXXXIX  
[ - - ] Paquedi[di - - ]

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 126 n. 6 cum im. phot. fig. 93b; CIABARRA, *Anfiteatri* 177 n. 8.3.3.6.

1 [C]CXXXIX esse quoque potest.

Tit. Marruvino n. 3748 laudatur L. Paquedi Philo quidam saec. I p. C. n.

7686 *g* In fronte scalpro dentato dolatus. Rep. a. 2001 in regione occidentali harenae inter aditum solis occasum spectans et meridionalem ad balteum pertinens. Servatur inter reposita amphitheatri. (58) × (105) × 11; litt. 8 (v. 1) – 13 (v. 2).



CXXXIX (vac.) CXL (vac.) CXL[II]  
[ - - ]ae Euposiûm; T(iti) Tituci [[Opt[ - - ; - - ]]]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 126. 128 n. 7 cum im. phot. fig. 93c; CIABARRA, *Anfiteatri* 177 n. 8.3.3.7 cum im. phot. fig. 146 (e LETTA).

Puncta triangularia (v. 1) et in formam rosae aculei (v. 2) insculpta. – 2 prima litt. T supra versum egrediens. Opt[ati] dubitanter supplevit LETTA.

Fortasse illud Euposium est cognomen Graecum deminutivum, quod in -ion vel -ium terminatur; quomodo autem hoc verbum nominativo casu cum reliquis conectatur non liquet; cf. cognomen Euposiae in tit. urbanis memoratur (vide SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 404; etiam cf. ex. gr. tit. n. 5230 et X 2820a). Tit. Marruvino n. 7724 Titucia Grata quaedam et tit. Lucensi n. 3902 Titus Titucius = mulieris = libertus Sota laudantur (uterque titulus ad saec. I medium p. C. n. tribuendus).

7686 *b* Rep. a. 2001 in regione occidentali harenae inter aditum solis occasum spectans et meridionalem fortasse ad balteum pertinens. Servatur inter reposita amphitheatri.

[ - - ]CXXX[XII]  
[ - - ]n; L(ucius) Diviu[s]  
Hel[ - - ]

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 128 n. 8; CIABARRA, *Anfiteatri* 178 n. 8.3.3.8.

2 illud [ - - ]n ad partem finalem cognominis cuiusdam casu nominativo perscripti vel etiam contracti pertinet; litt. L supra versum eminens. – 3 Hel[enus] dubitanter LETTA. – 2–3 L(uci) D(ivi) V(ibii) [f(ili)] | Hel[eni?] LETTA quoque non excludit, attamen in tit. Marruvinis Divii cum praenominibus Lucii, Titi et Quinti nominati tantum sunt (vide fontes a LETTA collectos).

7686 *i* Rep. a. 2001 in tres partes fractus in regione occidentali harenae inter aditum solis occasum spectans et meridiona-

lem fortasse ad balteum pertinens. Servatur inter reposita amphitheatri.

[ - - ] CX[XXXIII?]  
[ - - ]unon[ - - ]

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 128 n. 9; CIABARRA, *Anfiteatri* 178 n. 8.3.3.9.

2 de cognomine Iunoniae vel Iunonii cogitat quamquam dubitanter LETTA.

7686 *l* Rep. a. 2004 prope aditum orientalem fortasse ad balteum pertinens (56) × (102) × 12. Litt. 8–6. Servatur inter reposita amphitheatri.



[CCXXXIII] CCXXXIV

In fronte:

[ - - ]alli, Q(uinti) Vignediei,  
[[ - - ]ileti T(iti) Gavi,  
Appuleiae]]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 129–130 n. 10 cum im. phot. fig. 94a; CIABARRA, *Anfiteatri* 178–179 n. 8.3.3.10 cum im. phot. fig. 147 (e LETTA).

Puncta triangularia sursum directa.

2 Vignediei pro Vignedii (etiam cf. ex. gr. *auxiliariei* tit. n. 4503 et *filiei* tit. n. 2569). De nomine adhuc ignoto Vignedius, potius quam Vignedieus ut opinatur LETTA, agitur; cf. tit. huius Corporis vol. V 6615 = AE 1999, 757, ubi laudatur nomen Vignidius. – 3 [ - - ]Galli vel [ - - ]Thalli, 4 [Ph]ileti vel [Euph]ileti ex. gr. LETTA, qui etiam [ - ]Alli | [Ph]ileti non excludit.

7686 *m* Rep. a. 2004 loco autem incerto ad euripum pertinens. Servatur inter reposita amphitheatri (76) × (130) × 30. Litt. 6.



gradibus prim[i]s III exç[[usis?]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 130–131 n. 11 cum im. phot. fig. 94b; CIABARRA, *Anfiteatri* 179 n. 8.3.3.11 cum im. phot. fig. 148 (e LETTA). – Cf. V. DI STEFANO, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 103 cum im. phot. fig. 73a.

Puncta triangularia.

exç[[usis] vel exç[[usi] dubitanter LETTA supplevit.

7686 n Vanno poi ricordati 61 frammenti epigrafici minori, di cui resta incerta l'attribuzione, ciascuno dei quali conserva lembi di una o al massimo due lettere per lo più non riconoscibili. In qualche caso si tratta di lettere di grandi

dimensioni che farebbero pensare a iscrizioni dedicatorie o celebrative, piuttosto che a iscrizioni relative a posti riservati, come quelle descritte sopra C. LETTA, NS s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 131.

## 7687 tit. operis publici

Effossionibus a. 2004 institutis a praefectura antiquitatum regionis Aprutii ad detegendum aditum in semptemtrionem versus positum amphitheatri [vide supra ad tit. n. 7686 (a–n)], sunt reperta tria fragmenta crass. circ. 4 (a–c) ex lapide calcario albo colore illita cum litt. miniatis. Frg. a: (28,5) × (82); frg. b: (35) × (29); frg. c (ex tribus partibus compositum): (43) × (42). Litt. affabre insculptae circ. 38. Descripsi quatenus potui m. Apr. a. 2016 ex im. phot. a GEORGIA LEONI publici iuris factis. Fragmenta CAESARE CASTELLANI denuo contulit im. phot. quoque sumens *San Benedetto dei Marsi* m. Apr. a. 2016 inter reposita ludi litterarii siti iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13.



Fig. α

Frg. a:

-----  
[- - -]S C[- - -]  
-----



Fig. β

Frg. b:

-----  
[- - -]EX[- - -]  
-----



Fig. γ

Frg. c:

-----  
[- - -]+R[- - -]  
-----

Fig. α–γ: Im. phot. frg. a–c ex LEONI repetitae.

Cf. G. LEONI, NS s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 69 cum im. phot. fig. 26–28.


Frg. c: + litt. incerta.

Ut iam recte LEONI est suspicata fragmenta ad epistylum grande introitus semptemtrionalis amphitheatri Marruvini pertinent. Si recte frg. a et b inter se conexa esse videntur, excludendum non est, quin colligi possit locutionem *ex s(enatus) c(onsulto)* subesse inde titulum ad refectionem amphitheatri spectare.

Forma litterarum ad saec. I labens p. C. n. adducit.

## 7688 tit. operis publici

*Pescina Rossi* (vide infra).



Fuisse videtur:

*Ti(berius) Cl(audius) Anicetus Aug(- - -) [- - - ?]*  
*coloniarum [- - - ?]*  
*templum [- - -] restituit.*

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 5v n. 11 cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 105 n. 289; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 38–40 n. 11; S. SEGENNI, in *Epigrafia e territorio* VII, 141–142; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 282 n. 212. – Cf. C. LETTA, in *Fucino* III 218; EUND., in *Ricerche archeologiche* 19.

1 *Aug(ustalis) EGO; Aug(usti) [lib(ertus)] dubitanter SEGENNI.*

Quid subsit, mihi adhuc non liquet. Tiberius Claudius Anicetus fuisse videtur vel Augustalis (cf. tit. n. 3678) vel etiam libertus Augusti nempe Claudii vel eius progeniei, qui templum quoddam fortasse sua pecunia vel potius ut opinor coloniarum quarundam restituit. Excludendum quoque non est, quominus illae coloniae laudatae pertineant ad praedia colono cuidam commissa, i. e. agitur de conductione (cf. *ThLL* III 8, col. 1704; etiam vide G. PETRACCO SICARDI, in *Studi in onore di Arnaldo Biscardi*, Milano 1981, 299–302). Coloni in tit. Marruvinis n. 3674. 3675 laudantur.

Saec. I medii p. C. n. vel paulo postea esse videtur. Res autem tota incerta manet.

## 7689 tit. operis publici

Epistylum lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis ab utroque latere fractum undique levigatum 10 × (58,5) × 8. Litt. affabre insculptae 3,8. Rep. saec. XX in., dum effoditur vinetum domini *Antonio Barile* rerum antiquitatum cultoris situm in suburbano vici *Lecce nei Marsi* prope torrentem *Tavana*. Usque ad a. circ. 1990 servabatur in collectaneis sodalicii rerum antiquarum Italicae *Archeoclub* nuncupati in eodem vico sitis. Deinde translata

est *Chieti* in reposita musei nationalis antiquitatum, ut me-  
certiorem fecit per litteras d. 26 m. Nov. a. 2016 CESARE  
CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α




Fig. β

[ - ]urpledus V(ibi) f(ilius), P(ublius) Annedius [ - - ].

Fig. α: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Fig. β: Im. a GROSSI del.

PERROTTA, *Vicus Anninus* 20, 21 adn. 64–67; G. GROSSI, in  
*Fucino* I 204. 233 cum im. del. tab. XIII; ID., in *Aulo Virgilio*  
*Marso* 72–73 cum im. del. fig. 15; ID., in *Marsica* I 488 cum  
im. phot. 491, im. del. p. 493.

Puncta in formam circulorum redacta.

[Q(uitus)? T]urpledus V(ibi) f(ilius), P(ublius) Annedius  
[P(ubli) f(ilius) ? - - ] GROSSI.


Incertum, de quo opere agatur; nescio qua causa de horo-  
logio quodam GROSSI quamquam dubitanter cogitaverit.

Viri, qui opus quoddam fecerunt, magistratus fortasse  
quattuorviri Marruvii potius quam vici cuiusdam fuisse viden-  
tur. Nomen Turpledii hic primum occurrit. In tit. saec. III in.  
a. C. n. Supini reperto, scil. n. 3849, memoratur quaestor Pac-  
cius Annaedius [scil. Anaedio(s)] Statii filius; etiam vide infra  
ad tit. n. 7705.

Forma litterarum ad saec. I ex. a. C. n. adducit.

7690 tit. operis publici cuiusdam

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, supra a dextra et  
infra paululum scissa undique levigata (28,5) ×  
(58) × 30,5. Litt. affabre insculptae 6,3/6,1. Rep. a. 1990  
*San Benedetto dei Marsi* in effossionibus ad telephoniorum  
inter se communicationes conficiendas institutis prope  
ecclesiam S. Sabinae. Servatur *Celano* inter reposita castelli  
olim gentis *Piccolomini*, ubi a. 1992 descripsi; denuo d. 24  
m. Apr. a. 1993 CESARE LETTA titulum ibidem recognovit  
et im. phot. sumpsit, quam comiter mihi suppeditavit. Ibi-  
dem CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 tit. denuo con-  
tulit et im. phot. quoque sumpsit.



[ - - ]apideam et  
[ - - ]refi]ciundumq(ue)  
[ - - ]rest]ituta sunt.

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 41–43 n. 25 cum im. phot.  
fig. 21 (AE 2017, 353).

Puncta triangularia.

2 [fa]ciundum vel [refi]ciundum, 3 [const]ituta sunt vel  
[inst]ituta sunt LETTA quoque coniecit.

Incertum est, de quo opere agatur. Viam, vel etiam aedem  
vel porticum vel basilicam vel cisternam fuisse est interpretatus  
LETTA, qui immo v. 2 ex. gr. supplevit [renovandum refi]ciun-  
dumq(ue) vel [reparandum refi]ciundumq(ue). Aliter LETTA  
ipse titulum restituere est conatus ex. gr., scil. [cisternam ]api-  
deam et | [specus? purgandum refi]ciundumq(ue) | [curaverunt]  
... (cf. tit. huius Corporis vol. XIV 2121 = ILS 5683) vel [ - - -  
cisternam ]apideam et | [specus omnes purgandum refi]ciun-  
dumq(ue) | [curaverunt]. Balnea autem rest]ituta sunt vel etiam  
[ - - aedem ]apideam et | [aram de lapide quadrato renovan-  
dum refi]ciundumq(ue) | [curaverunt, ubi deorum signa aenea  
const]ituta sunt (cf. tit. supra n. 6242 = ILS 5403).

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit.

7691 = I<sup>2</sup> 3209b tit. operis publici

Fragmentum labri rotundi ex marmore albo undique levi-  
gatum autem perquam adsum corona praeditum nec non  
ornatum intrinsecus foliis magnis prominentibus extrinse-  
cus anaglyphis quibusdam (24) × (18–14) × (9). Litt. 2,8.  
Rep. m. Aug. a. 1969 in vico *San Benedetto dei Marsi* in  
operibus ad aquarum deductionem faciendam iuxta viam  
*Vittorio Veneto* institutis haud longe a platea ecclesiae  
paroecialis. In museo municipali *San Benedetto dei Marsi*  
a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im.  
phot. sumpsit. Attamen m. Apr. a. 2016 CESARE CASTEL-  
LANI titulum frustra quaesivit.



[ - - ] s( - - ) f( - - ) c( - - ) p( - - )  
[ - - ] Q  
- - - - - ?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 101 n. 61 cum im. phot. tab.  
XXI fig. 61; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3209b; BUONOCORE, in *Fonti*  
*latine e greche* II 226 n. 205. – Cf. D'ARPIZIO, ms. 10.1 n. 15;

CERASANI, *Marruvium* 163 cum im. phot. tab. XXI fig. 61 (a LETTA); JOUFFROY, *La construction publique* 351.

Litt. P apertissima. – Puncta triangularia.

1 [- - d(e) d(ecurionum)] s(ententia) f(aciundum) c(uraverunt) p(roba-verunt) LETTA; attamen de quo opere publico agatur, incertum est (LETTA de fonte quodam suspicatur, cum qua coniectura JOUFFROY, *l. l.* quoque consentit); praeterea quot magistratus opus curaverunt et probaverunt? Nam excludendum non est, quin unus idemque magistratus opus perfecit. Ante litt. S LETTA vix dispicit vestigium litt. incertae, quod EGO non vidi; KRUMMREY non excludit, quin linea quaedam ante S si supersit ad litt. S alteram pertineat, inde pro d(ecurionum) potius restituendum s(enatus) opinatur, addens: “cum autem linea spatio minore distet a S quam litterae inter se, lineam fortuito factam esse putes”.

Ex forma litterarum prioris partis saec. I a. C. n. esse potest vel paulo postea; etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 345 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 345).

7692 = I<sup>2</sup> 3208a tit. ad servitutum praedii rustici pertinens

Tabula ex lapide calcario marginibus fracta in fronte levigata valde autem pessumdata (24) × (32,5) × ?. Litt. 4,5/5. Rep. nescio quando loco incerto in regione extra vicum *Ortucchio*. Servatur muro cuidam exteriori affixa villulae rusticae gentis *Grassi* sitae in eodem vico iuxta viam inter coemeteria antiquum et recens positae, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D’AMATO, qui im. phot. sumpsit.



*Precario  
paries est  
ductus.*

Im. phot. a D’AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 174–175 n. 118 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 118 (AE 1975, 327); H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3208a; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 226 n. 208; KRUSCHWITZ, *Römische Inschriften* 48–49. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 124–125; G. GROSSI, in *Marsica* I 596.

2 punctum in formam circuli insculptum.

In initio LETTA supplevit locutionem [*Locus | privatus*], quem ratio nominis casu genetivo exarata eius, qui locum possedit, fortasse sequebatur; attamen tabula supra integra esse videtur; etiam cf. cippus huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 1606 (cf. p. 1010), scil. *Privatum. Precario adeitur*, I<sup>2</sup> 2214 (cf. p. 1095), scil. *Vieam precaream*, iam a KRUMMREY collectos. KRUSCHWITZ, *l. l.* non excludit, quominus sit legendum *paries ductus est precario*. De iuribus praediorum vide CAPOGROSSI COLOGNESI, *Struttura* passim. De vocabulo *precario* vide *ThLL* X 2, col. 1144–1148. Titulum in sermonem Italicum vertendum opinor hoc modo, scil. *Il muro è stato costruito momentaneamente*.

Ex litterarum forma saec. I medii a. C. n. vel paulo postea fuisse videtur.

7693 tit. fortasse sepulcralis auguris cuiusdam

Fuisse videtur tabula ex lapide calcario undique fracta, attamen excludendum est, quominus lapis monumenti magni ex pluribus partibus inter se coniunctis compositi pars fuerit (60) × (90) × 30. Litt. affabre insculptae. Rep. circ. saec. XX medio extra vicum *Ortucchio* in regione *La Bergamina* appellata. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 1990 ex scheda PAGANI et LETTA, qui pendent ex VINCENZO D’ARPIZIO.

*P(ublius) Vettius [- - -]  
[- - -] augur [- - -].*

PAGANI, *Avezzano* 21 e schedis VINCENZO D’ARPIZIO (inde C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 172–173 n. 117); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 200; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 64 n. 53; E. DUPRAZ, *MEFRA* 126, 2014, 460–461. – Cf. D’ARPIZIO, *ms.* 4.2; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 99 adn. 53. 107 adn. 10. 146; D’AMATO, *Prosciugamento* 23; PERROTTA, *Vicus Anninus* 16–17; G. GROSSI, in *Marsica* I 573; M. S. BASSIGNANO, *Epigraphica* 79, 2017, 155–156 n. 87.

De auguribus municipalibus inter al. vide LAFFI, *Colonia* 71–72 et praesertim BASSIGNANO, *l. l.* 127–181. Attamen, ut iam C. LETTA, in *Epigrafia l. l.* recte est suspicatus, excludendum non est, quin Publius Vettius populi Romani sacerdotio auguris sit functus. Publius Vettius non solum ad gentem Vettiorum Scatonum Marruvinorum verum etiam ad illam Publitorum Vettiorum Albensium pertinere quoque videtur (cf. tit. n. 4039. 4040. 7915); de re universa vide B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 [1969], 139, C. LETTA, in *Epigrafia, l. l.* 173 et G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 125.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

7694 tit. sepulcralis praeconis

Sarcophagus lapidis calcarii cum operculo ex duabus partibus fere composito undique scaber 86 × 190 × 62 (sin.) – 68 (dex.). Tit. in latere sinistro incisus, litt. 5,5/4. Rep. a. 1936 apud *San Benedetto dei Marsi* in regione, q. d. *Corbella*, in praedio domini *Sabatino Battistella*, ut elicitur ex epistulis A. Freda et Loreto Orlandi servatis in archivio *Soprintendenza Archeologia dell’Abruzzo* (sign. n. AQ 89 A) et ex manu scripto VINCENZO D’ARPIZIO adservato sine autem n. inv. in bibliotheca comunali vici *San Benedetto dei Marsi*. CESARE LETTA d. 21 m. Aug. 1984 et d. 20 m. Iul. a. 1985 tit. descripsit in museo municipali oppidi *Avezzano*. CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2016 sarcophagum in viridario eiusdem musei quatenus potuit denuo contulit, ex eo, quod per intemperiam superficies desiluit tota, ut iam vix agnoscat.



*[-11-12?-]b[.]in[.]  
praeconis.*

Im. phot. a LETTA sumpta.

N. CIACIO, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 5, 1995, 213. 221, quae autem sarcophagum aetati medii aevi sine idonea causa tribuit; C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 33–34 n. 21 cum im. phot. fig. 17 (*AE* 2017, 350); C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 333–334.

Litt. C extensa; litt. E indicata est tribus hastis libratis eiusdem longitudinis; litt. P aperta; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae acclivis.

1 *vv* CIACIO; quin ratio nominis quaedam subsit, LETTA recte non excludit; attamen quomodo sit restituenda, incertum; *[Um]b[r]in[us]* vel *[So]b[r]in[us]* vel *[Ti]b(e)r[us]* ex. gr. LETTA.

De praeconibus municipalibus vide inter al. N. PURCELL, *PBSR* 51, 1983, 147–148; N. K. RAUCH, *Historia* 38, 1989, 451–471; M. CHRISTOL, *Epigraphica* 77, 2015, 165. 168–170; aliam bibliographiam reperies apud LETTA *l. l.* 34–35.

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. saltem adducit.

#### 7695 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Epistylum lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis compositum, in fronte levigatum et passim scalpro dentato dolatum, a tergo paululum scabrum  $22 \times 71 \times 12,5$ . Area titulo inscribendo destinata fascia continua cincta  $52 \times 17,8$ . Litt 5,4–4,1 (litt. NI vocabuli *Callinoeni* v. 3 extra aream marginatam exaratae). Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7712. 7724. 7746. 7751. 7760; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



*L(ucius) Annidius Hyginos sevir Aug(ustalis) sibi et Teti(- -) Callinoeni.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 28 n. 4 (cf. *AE* 1961, 111); inde PETREVIC, *Marruvium* 87–88; C. LETTA, in *Epigraphia dei Marsi* 53–54 n. 41 cum im. phot. tab. XVI fig. 41; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 201. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 158 cum im. phot. tab. XVI fig. 41 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 462–463. 481; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151.

Puncta in formam rosae aculei in initio v. 1 nec non in fine v. 2 quoque insculpta.

1–2 *Hyginos* pro *Hyginus*. – 3 TETI ALLINO B M ANNIBALDI; *Teti(ae)* dubitanter LETTA, qui *Teti(diae)* quoque non excludit; quomodo autem nomen gentilicium recte solvendum sit, incertum est (cf. tit. n. 3761, ubi laudatur Caius Tettius Plebeius quidam; de nomine Tettii etiam cf. C. LETTA, in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 6); de rarissimo cognomen *Callimoe* cf. tit. Ostiensem huius Corporis vol. XIV n. 1265.

Annidia Prima quaedam tit. n. 3708 quoque laudatur (de nomine vide H. SOLIN, *Oebalus* 5, 2010, 271). Seviros Augustales in titulis Marruvinis memoratos recensit EGO in *ZPE* 108, 1995, 133–134 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 90–91); etiam

cf. S. SEGENNI, *Epigraphica* 58, 1996, 150 et supra ad tit. n. 3674.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7696 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Stela ex lapide calcario supra fracta corona rotundata praedita acroteriiis floralibus et sermo ornata, in fronte levigata infra latior  $(102) \times 49/46 \times ?$ . Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta  $67 \times 37$ . Litt. 4,5–4 (litt. P v. 12 maioris mensurae 7,2). Rep. *Pescina* d. 12 m. Dec. a. 1912 in agro domini *Anselmo D'Amore* sito in praedio vocato *Pignanaci* haud longe a regione *Cannito*. Servatur *Pescina* muro cuidam interiori cavaedii aedium domini *Giuseppe Alberto D'Amore*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit, et m. Nov. a. 2010 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Mai. a. 2016 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*P(ublio) Ostor-*

*o Vitali-*

*oni sevir(o)*

5 *Aug(ustali) qui*

*vicxit*

*ann(is) XXIII,*

*Ostoria*

*Vitalis*

10 *filio dul-*

*cissimo*

*p(osuit).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 118 n. 78 cum im. phot. tab. XXVI fig. 78 (AE 1975, 317); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 202. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 167 cum im. phot. tab. XXVI fig. 78 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 159–160; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 369 adn. 4; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 35); EUND., in *Ricerche archeologiche* 17; EUND., in *Municipal Structures* 8.

Puncta triangularia.

6 vicxit pro vixit.

Ostoria Vitalis eadem redit tit. n. 7741, cui titulum maritus et filius posuerunt. Sevir Augustalis Vitalio libertus Publii Ostorii cuiusdam fuisse videtur; incertum autem est, utrum patronus fuerit P. Ostorius Scapula praefectus Aegypti a. 10 p. C. n. (K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 165) an P. Ostorius Scapula consul suffectus ante a. 47, qui fasces gessisse potest inter a. 39 et 46, et legatus Britanniae inter a. 47 et 52 (K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 164); de re universa vide C. LETTA, in *Epigrafia*, l. l. 119–120; A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 243–253; ANDERMAHR, l. l. cum alia bliographia. De seviris Augustalibus Marruvinis vide ad tit. n. 3674.

Ex litterarum forma saec. I ex. p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7697 = *EE* VIII p. 41 n. 162 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Cippus (vel potius ara) lapidis calcarii ex duabus partibus inter se fere coniunctis compositus supra fractus crepidine prominente praeditus undique scalpro dentato dolatus (47) × 44 × 27. Area titulo inscribendo destinata excavata infra cymatio inverso utrimque fascibus cincta ? × 34 (de quibus anaglyphis imprimis vide SCHÄFER, *Imperii insignia* passim; EUND., *RM* 97, 1990, 307–346). In lateribus anaglyphis tria ad mundum muliebrem pertinentia sculpta, scil. in sinistro cista, in dextro speculum et pecten (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effectis vide supra ad tit. n. 3733). Litt. impares 2,5/2,3. Rep. a. 1884 ante ecclesiam S. Sabinae in vico *San Benedetto dei Marsi*. Servatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. Ibidem a. 2016 recognovi una cum CESARE CASTELLANI.



Ponti[*diae* Sex(ti) fil(iae)]

Severae; [infirm]a

nata est, san[*a* fuit]

die null[*o*, tulit]

5 a(nmos) V m(enses) VIII d(ies) XX;

Octaviae Priscae

rariissimi exem-

pli feminae,

Sex(tus) Pontidius Hel(viae)

10 l(ibertus) Fortunatus

sev(ir) Aug(ustalis) f(iliae), c(oniugi) et s(ibi) p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. D. A. I. Rom n. 79.2798–2800).

COLANTONI, *ms.* I cum im. del.; ID., *ms.* II f. 34 n. 4 cum im. del.; CANALE PAROLA, *ms.* IV (i. e. epistula missa d. 30 m. Iul. a. 1888); F. BARNABEI, *NS* 1888, 532 ex ectypo chartaceo misso ab E. CANALE PAROLA, inde ex lapide et ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 41 n. 162; L. ORLANDI, *I Marsi* 287 n. 53; PETREVICIC, *Marruvium* 76; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 60–63 n. 48 cum im. phot. tab. XVIII fig. 48; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 734 adn. 56 n. 3 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 698–699 adn. 56 n. 3); SCHÄFER, *Imperii insignia* 397–398 n. C 50 cum im. phot. tab. 102 fig. 1; S. SEGENTI, *Epigraphica* 58, 1996, 152 cum im. del. a COLANTONI sumpta; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 22–23 n. 10; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 222 n. 181; CATALI, *Museo Lapidario* 68 n. 56 cum im. phot. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102. 131; CERASANI, *Marruvium* 160 cum im. phot. tab. XVII fig. 48 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453. 478; SALOMIES, *Vornamen* 72; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 31 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 126); EUND., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; BRANCATO, *Repertorium* II 93; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 104. 106; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 492.

Puncta triangularia.

Errores ORLANDI et ORLANDI – VERI sprevi. – 1 supplevit BARNABEI, 2–3 supplevit MOMMSEN apud *EE*. – 2 [cum] COLANTONI, [quae ex quo] MOMMSEN, [q(uae) ex quo] non excludit LETTA. – 9 *Hel(vi)* LETTA de praenomine Helvii cogitans (cum quo consentiunt SEGENTI et SCHÄFER), *Hel(viae)* i. e. nomen gentilicium fortasse recte SALOMIES sub exemplis tit. urbani, scil. T(itius) Mari(us) Carvil(iae) libertus [I<sup>2</sup> 977; cf. p. 964], et Venusini, scil. C(aius) Salvius Occiae l(ibertus) Zosimus [AE 1981, 257 = 1995, 344; cf. M. CHELOTTI, *Suppl. It.* 20, 2003, 150–151 n. 38]. – 11 *f(iliae) c(arissimae)* BARNABEI, *f(iliae), c(oniugi) et s(ibi) p(osuit)* iam MOMMSEN apud *EE*, *f(ieri) c(uravit) et s(uis) p(osteris)* COLANTONI, *f(aciundum) c(uravit) et s(ibi) p(osuit)* LETTA, *f(aciundum) c(uravit) et s(ua) p(ecunia)* SCHÄFER.

Nomen gentilium Pontidii tit. n. 3799 memorari quoque videtur. De nomine Octavii fusius in titulis regionis Marsae laudato vide ex. gr. SEGENTI, l. l. 454. De seviris Augustalibus Marruvinis vide supra ad tit. n. 3674. Locutio *rariissimae exempli feminae* tit. Sulmonensi n. 7160 quoque adhibetur.

Ex litterarum monumentique forma priori parti saec. II p. C. n. tribuerim.

7698 = 358\*, 3 = VI 29727 = *ILS* 6533 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Ara ex marmore corona cum volutis et acroteriis floralibus et crepidine undique prominentibus praedita in fronte levigata 94 × 60/50 × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 45 × 32,5. Litt. affabre insculptae 3,5/5. Rep. nescio quando loco incerto. Museum Vaticanum d. 3 m. Apr. a. 1781 aram emit una cum aliis antiquitatum vestigiis a domino Antonio Gastaldi (cf. C. PIETRANGELI, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 13, 1993, 65);

ibidem servatur in ambulacro Iuliano, scil. *Galleria Lapidaria* (inv. n. 1088), ubi a. 1998 contuli.



*D(is) M(anibus).*  
*T(itus) Stlanius Primus*  
*sevir Aug(ustalis) Marsis*  
*sibi et*  
5 *Iulio Proculo*  
*filio.*

Im. phot. ex neg. *Mus. Vat.* GL n. 3773.

MARINI, *ms. Vat. lat.* 9124 f. 8r (*R(omae) in Mus(eo) Vat(icano) in cippo cum pat(era) et simp(ulo) opt(imis) l(itte)ris*); E. Q. VISCONTI, *cod. Par. Lat.* 9697 f. 53r. 118r; MOMMSEN, IX 358\*, 3 qui titulum selegit ex titulis male locatis (*Locus non indicatur, sed legitur medius inter urbanos videturque et ipse urbanus esse*); HENZEN, VI 29727, qui pendet e MARINI (haud recte f. 6); DESSAU, *ILS* 6533; W. AMELUNG, *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums*, Berlin 1908, 295 n. 102p cum im. phot. tab. 27; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 109–100 cum im. phot. fig. 19 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 262–264 cum im. phot. fig. 12). – Cf. I. DI STEFANO MANZELLA, *Ambulacrum Iulianum* 239 cum im. phot. fig. 45a; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 56; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 352.

Puncta triangularia.

1 omisit, 2 STATINIVS (f. 53) vel STIANVS (f. 118) VISCONTI, qui v. 7–8, scil. IN ◦ FRON ◦ P ◦ IIII | IN ◦ AGRO ◦ P ◦ VI quoque addidit. – 2 STLANIVS iam recte MARINI supra n. 358\*, 3.

Nomen gentilicium Stlanii rarissimum est (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 177); Veronae laudantur Lucii Stlanii (huius Corporis vol. V 3429–3430). Titus Stlanius Primus fuit sevir Augustalis Marsis, i. e. in municipio Marruvio Marsorum, ut Lucius Mindius Primitivus, qui fuit decurio Marsis vel Marsorum tit. n. 3687; etiam cf., ex. gr., titulos Antinates infra citatos, ubi laudantur Sex. Petronaeus Sex. fil. Valerianus IIIIvir iure dicundo Sergia Antino (n. 3842), [-] Pomponius N. f.

Gratinus IIIIvir Antino (n. 3844), P. Spedius P. f. Sergia [- -] IIIIvir iure dicundo Marsorum Antinatium (n. 7800). Qua de re, quamquam unde prodierit ignoramus, non excludo, quominus titulus ad Marruvium sit referendus; quamvis ara in officina urbana strui potuisset. De seviris Augustalibus Marruvinis vide supra ad tit. n. 3674 (etiam cf. R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 158).

Forma litterarum ad saec. II medium p. C. n. adducit, cui temporari forma monumenti et locutio *D(is) M(anibus)* compendiis scripta sane congruunt.

7699 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Tabula ut videtur ex lapide calcario rep. a. 1884 haud longe a vico *San Benedetto dei Marsi* in alveo fluminis *Fara* appellati. Periisse videtur. Descripsi a. 2010 ut potui ex scheda COLANTONI.

Traditur:

NVBIVS. BASSVS  
SEVIR. AVG. SIBI. ET  
NINNIAE. PRIMIGNIAE  
VXORI. ET. SVIS

Fuit fortasse:

*N(umerius) V(i)bius Bassus*  
*sevir Aug(ustalis) sibi et*  
*Ninniae Primig(e)niae*  
*uxori et suis.*

Im. a COLANTONI *ms.* I del.

COLANTONI, *ms.* I cum im. del.; *id.*, *ms.* II f. 34v n. 5 cum im. del.; S. SEGENNI, *Epigraphica* 58, 1996, 150 cum im. del. e COLANTONI, *ms.* I repetita (*AE* 1996, 511).

Restituit SEGENNI, quam sequor.

1 in. NVBIVS traditur; nomen gentilicium Nubii ignotum est; illud *Ubia* tit. Corfiniensi n. 7281 memoratum ad praenomen Vibiae mea sententia reducendum.

Vibios alios in tit. Marruvinis fusius invenies (vide LETTA, *Epigrafia* 114; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 27, 1987, 485). De seviris Augustalibus Marruvinis vide supra ad tit. n. 3674. Nomen gentilicium Ninnii tit. n. 3735. 3858 quoque laudatur (etiam cf. SEGENNI, *l. l.* 475).

Ex eo, quod ratio nominis sevir Augustalis casu nominativo est posita, tit. saec. I ex. p. C. n. esse quoque potest.

7700 tit. sepulcralis sevir Augustalis

Cippus potius quam ara ex lapide calcario a sinistra in usum posteriorem recte scissa corona crepidineque cum volutis undique prominentibus praeditus 85/49,5 × (19,5) × 45,5. Litt. 6–3,2 (v. 6). Rep. abhinc annos nonnullos prope *San Benedetto dei Marsi* ubi CESARE LETTA d. 5 m. Sept. a. 2014 descripsit in viridario aedium domini *Luciano Di Paolo* sitarum iuxta viam *Strada Provinciale Marruviana* appellatam et me officiose certiore fecit.

*[Sex(to) - -]sidio*

*[- filio) - -]to sev(iro)*

*[Au]g(ustali)*

*[- - - sid]ia Sex(ti)*

5 *[l(iberta) Fel]icula*

*[patro]no b(ene) m(erenti)*

*[po]sui[t].*





Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Fucino* VI 282–283 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (*AE* 2017, 359).

Puncta triangularia.

1 incertum quomodo recte sit restituendum nomen gentilicium quod terminatur in *-sidius*, in tit. regionis Marsae laudantur ex. gr. nomina Fre(n)sidii vel Caesidii; excludenda quoque non sunt nomina Mussidii vel Nasidii et cet. – 2 ex. gr. [Faus]to vel sim.

De seviris Augustalibus Marruvinis vide ad tit. n. 3674.

Ex forma monumenti et litterarum saec. II p. C. n. tribuo.

7701 tit. sepulcralis sutoris

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona et crepidine prominentibus praeditus passim adesus supra floris cuiusdam octo foliis ornatus 67 × 44,5 diam. In medio scapo duae volutae fructibus floribusque praeditae inter capita tria vituli cum taeniis efficta. Litt. 6 (v. 1 coronae). 5–/4,5 (v. 2–3 scapi); v. 3 postea additus ab altera manu. Rep. *San Benedetto dei Marsi* m. Dec. in. a. 1973 in effossionibus una cum tit. n. 7745 ad domum aedificandam domini *Romeo De Vincentiis* institutis iuxta viam *Decorati* sitam. Servatur in eodem vico in aedibus gentis *Tarquini* sitis iuxta viam *Valeriam*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. A. 2002 titulum ANTONIO SARTORI inspexit Mediolani apud antiquarium quendam. Attamen ubi hodie exstet, nescio.

*P(ublius) Octavius Primus sutor*  
sibi et Agileni;  
*Diphilus (!) Sex(ti) vilico.*

Fig. α–β: Im. phot. a D'AMATO sumptae (adde neg. *D. A. I. Rom* 950.VW.84; 952.VW.84).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 106–107 n. 66 cum im. phot. tab. XXIII fig. 66 (*AE* 1975, 313); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 198 n. 9 cum im. phot. tab. II fig. 6; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 203; A. SARTORI, in *Misurare il tempo* 23–24 cum im. phot. fig. 8; BUONOCORE, in *Antiquitas* 43 n. 17. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 164 cum im. phot. tab. XXIII fig. 66 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 440. 453. 490;

S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21.



Fig. α



Fig. β

Puncta triangularia.


*Diphilus* pro *Diphilo*, scil. nominativus pro dativo quamquam interpretationis ancipitis.

Publius Octavius Tertius quidam tit. n. 3820 laudatur. Dominus vilici esse videtur Sextus Octavius (cf. tit. n. 3736 ubi memoratur Sextus Octavius Sexti libertus Abascantus). De Publii Sextisque Octavii Balbis Marruvini vide LETTA, *l. l. Marruvii nominatur sutor alter*, scil. Lucius Vibius Secundus (cf. tit. n. 3702); de officio sutoris inter al. vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; E. M. ŠTAERMAN, *Dial. Hist. Anc.* 2, 1976, 12; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 63); H. VON PETRIKOVITS, in *Handwerk* 88. 100. 115–116; EUND., *ZPE* 43, 1981, 298. 304. 305. 306; AUBERT, *Business Managers* 30. 444. 469; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 41. 44; CHIOFFI, *Caro* 134. De officio vilici cf. GASPERINI, *l. l.*; AUBERT, *Business Managers*, *l. l.* passim; de re universa cf. CARLSEN, *Vilici* passim; etiam U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124. Vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.*, *l. l.* 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Antiquitas*, *l. l.* 42–43. Vilicus alter redit tit. Marruvino n. 3701 Paternus cognominatus.

Forma litterarum monumentique ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7702 tit. honorarius viri cuiusdam

Cippus ex lapide calcario supra et a sinistra fractus in fronte perquam adesus crepidine ab utroque latere prominente praeditus (82) × (35) × circ. 33. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes a dextra infra et a sinistra servantur ? × 38. Litt. impares et cornibus praeditae 3. Rep. circ. a. 1892 apud ecclesiam S. Sabinae in vico *San Benedetto dei Marsi*. Servatur muro cuidam exteriori immissus ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem m. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
[ce]lebrat(ionis)  
[h]onoris stu-  
dii meritique  
causa.

5 L(ocus) d(atu)s d(ecurionum) d(ecreto).

Im. phot. a D'AMATO sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5842).

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistula missa d. 18 m. Iul. a. 1892); ID., *NS* 1892, 276 n. 2 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 81 n. 53 cum im. phot. tab. XXI fig. 53; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 234 n. 258. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 161 cum im. phot. tab. XXI fig. 53 (a LETTA); G. GROSSI, in *Marsica* I im. phot. p. 654.

Puncta triangularia.

1 supplevi; LEBRAT COLANTONI.

Ex litterarum forma et locutionibus adhibitis (celebratio i. e. fere honos ut apud *ThLL* III 3, col. 740 lin. 65–71) saec. II ex. p. C. n. vel paulo postea saltem esse videtur.

#### 7703 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario 39 × 38 × 30. Rep. circ. a. 1893 ante ecclesiam S. Sabinae in vico *San Benedetto dei Marsi*. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 ex scheda COLANTONI.

*Ammia* <mulieris> l(iberta)

*Chione*

*sibi et*

*Petruciae C(ai) l(ibertae)*

5 *Fructo[sae et]*

*Fresidiæ Phillidi.*

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistulae missae d. 6 et 14 m. Sept. a. 1893); ID., *NS* 1893, 385 n. 3; PETREVICIC, *Marruvium* 91; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 355 n. 7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 226 n. 209. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451–452. 462; C. LETTA, *Epigraphica* 61, 1999, 19; EUND., in *Municipal Structures* 7.

4–5 restitui non sine dubiis; *Fructosae* pro *Fructuosae*. – 6 *Fresidiæ* COLANTONI ed. a. 1893; *Fresidiæ* ID. recte in Breviario, de quo vide SEGENNI, *l. l.* 452. C. LETTA, in *Epigrafia*, *l. l.* 254 iam coniecit illud *Presidia* ad nomen gentilicium *Fresidii* pertinere, quod nomen tit. n. 3682 quoque laudatur (scil. Q. *Fresidius* Q. f. Gallus); etiam cf. Cnaeum *Fresidium* Marsum illum in tit. *Ficuleae* reperto *AE* 1977, 179 (de re universa vide S. PANCIERA, *Riv. Stor. Antichità* 6/7, 1976/77, 200–201 [= EUND., *Epigrafi* I 770]). – Nomen gentilicium *Ammii* hic solum in tota regione Marsa occurrit (etiam vide SEGENNI, *l. l.* 462).

Non excludo, quominus saec. I p. C. n. esse possit.

#### 7704 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fortasse rotundata supra et a dextra fracta, in fronte levigata, infra rudis a tergo scabra (44,5) × (18,5) × 15,9. Litt. impares 4,2/3,9. Rep. a. 1957 in vico *San Benedetto dei Marsi* in operibus ad fundamenta aedium domini cuiusdam fodienda institutis sitarum prope viam *Napoli*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.

*T(itus) An[- - Pul]-*

*cher [- -]*

*in fro[- -]*


*in agr[- -].*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 100 n. 59 cum im. phot. tab. XXI fig. 59 (*AE* 1975, 308). – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 8 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 163 cum im. phot. tab. XXI fig. 59 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 147; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151.

Puncta in formam hederæ insculpta.

*T(itus) An[nius Pul?]cher [sev(ir) Aug(ustalis) ?] | in fro[n]te p(edes) - - | in agr[o p(edes) - -] temptavit LETTA. Publios et Titos Annios alios in tit. Marruvini invenies (de re universa vide LETTA, *l. l.* 30 et SEGENNI *l. l.*).*



Quomodo autem titulus recte supplendus sit, incertum est, eo magis quod spatium lacunae definire non possum. Locutio ille v. 3-4 (scil. *in fronte pedes ... in agro pedes ...*) vario modo nec non compendiis, ut inter OMNES constat, exarari potuisset.

Ex forma litterarum et ex eo, quod ratio nominis casu nominativo incisa saec. I p. C. n. esse videtur.

#### 7705 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte paululum levigata (14) × (27) × ?. Litt. profunde incisae 6,5. Rep. circ. a. 1940 loco incerto in vico *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur muro cuidam exteriori affixa scalarum, qua ad viam *Vittorio Veneto* itur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope "domum Romanam" iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
 [-] Anna[- -],  
 M(arc-) Pop[- -]  
 -----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 124 n. 84 cum im. phot. tab. XXVI fig. 84; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 227 n. 210. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 17 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 169 cum im. phot. tab. XXVI fig. 84 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 462; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 15; STEK, *Cult places* 162.

Puncta distingui nequeunt.

De nominibus gentiliciis Annaedii et Poppaedii dubitanter cogitat LETTA, qui autem supplementa alia non excludit, scil. *Anna[us]* (etiam vide SEGENNI, *l.l.*) vel *Anna[us]* vel *Anna[us]* et *Pop[pidius]* vel *Pop[puleius]*; etiam vide nomen Poppaedii tit. n. 7747 memoratum. Res tota incerta manet.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. medium saltem adducit.

#### 7706 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona et crepidine prominentibus praeditus in medio scapo scalpro dentato dolatus 85 × 36 diam. Supra anaglyphum serpentis flexu sinuoso exsculptum (vide supra ad tit. n. 3735). Litt. in fascia superiore alt. 8 insculptae 4. Rep. d. 14 m. Iul. a. 1963 effossionibus ad aquam ducendam institutis in regione, q. d. *Loco*, prope vicum *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope "domum Romanam" iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α



Fig. β

*P(ubli) Anni P(ubli) l(iberti) Nicepori.*

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 83.1029. 1030. PETREVICI, *Marruvium* 132; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 29-30 n. 23 cum im. phot. tab. IX fig. 23 (AE 1975, 297); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 196-197 n. 5 cum im. phot. tab. I fig. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 227 n. 211. - Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 11 et 4.2; A. VECCHIO, in ephemeride *Il Tempo* d. 14 m. Iul. a. 1963; [S.N.A.], in *Marruvium* 60-61; M. VERZAR BASS, *Ant. Alt.* 26, 1985, 200; CERASANI, *Marruvium* 152 cum im. phot. tab. IX fig. 23 (a LETTA); S. DIEBNER, in *Römische Gräberstraßen* 235-236 cum im. phot. tab. 44 fig. litt. a; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463. 486; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 147; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236. 240.

Puncta triangularia.

*Nicepori* pro *Nicephori* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 148; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183).

Publios Annios alios in tit. regionis Marsae n. 3770. 3860 quoque invenies (etiam cf. tit. n. 3707. 6413 et SEGENTI, *l. l.*).

Ex forma monumenti litterarumque saec. I p. C. n. est tri- buendus.

#### 7707 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) supra fastigio triangulari praedita, in quo rosa inter delphinos duos incisa, a dextra fracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (123) × 85 × 22,5 (infra) - 16 (supra).

#### 7708 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona, cuius operculum convexum floris foliis ornatum, et crepidine paululum prominentibus praeditus undique levigatus 86 × 37 diam. In medio scapo duae volutae fructibus floribusque praeditae

Titulus incisus est in fascia superiore, litt. exiles attamen magna ex parte evanidae 3,6-2,2. Rep. casu et fortuito extra vicum *Aschi Alto* in operibus ad planitiem nunc *Belvedere* appellatam aequandam institutis. Servatur in aedibus domini *Alberto Taglieri* in vico *Aschi* sitis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



Fig. α



Fig. β

*Heria Appia Sex(ti) f(ilia),  
Felic[it]as P(ubli) l(iberta).*

Fig. α-β: Im. phot. a D'AMATO sumptae.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 156-157 n. 105 cum im. phot. tab. XXXV fig. 105; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 29; E. DUPRAZ, in *Écriture* 221-222 n. 11. - Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 562. 563,

Puncta triangularia videntur.

Sequor non sine dubiis LETTA, qui autem Heriam nomen gentilicium et Appiam cognomen fuisse cogitat. Heria praenomen fuisse videtur, de quo vide KAJAVA, *Praenomina* 42, qui autem non excludit, quominus Tertia sit legenda.

Forma litterarum et monumenti ad saec. I ex. a. C. n. adducit vel paulo post.

inter capita tria vituli cum taeniis efficta. Litt. in corona exaratae 7–6. Rep. m. Dec. a. 1973 inter vicos *Pescina* et *San Benedetto dei Marsi* in praedio domini *Filippo Iulianella* sito in regione *Terramoza* appellata haud longe a ponte nunc *San Valentino* nuncupato operibus ad aquarum deductionem faciendam institutis (etiam vide tit. sequentem). Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 10167), ubi a. 1983 contuli.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ

*Appuleia P(ubli) I(iberta) Hermiona  
pia.*

Fig. α–γ: Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumptae (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 13573).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 140–141 n. 94 cum im. phot. tab. XXXI fig. 94 (*AE* 1975, 322); A. MARINUCCI, *Epigraphica* 38, 1976, 155 n. 10 cum im. phot. fig. 10a–10b; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 200–201 n. 15 cum im. phot. tab. III fig. 10; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 227 n. 212; CERASANI, *Marruvium* 172 cum im. phot. tab. XXXI fig. 94 (a LETTA); G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 171 n. 9, cum im. phot. ad p. 166. – Cf. P. PEN-

SABENE, *Arch. Class.* 29, 1977, 429 cum im. phot. tab. CXIX fig. 1–2; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 464, 486; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funéraire* 102 im. phot. fig. 85; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103.

1 *Hermiona* pro *Hermione* (etiam cf. supra ad tit. n. 3788).

In tit., qui sequitur, reperies Publium Appuleium Publii libertum Sextionem quendam.

Ex litterarum monumentique forma saec. I medii p. C. n. esse videtur.

#### 7709 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona et crepidine paululum prominentibus praeditus undique levigatus passim autem pessumdatus 101 × 41 diam. In medio scapo area titulo inscribendo destinata supra fastigio in quo sertum effictum praedita fascia continua cincta 30 × 23,5. Extra aream marginatam infra insculpta sunt encarpa duo. Litt. exiles et evanidae 4,6/3,3. A sinistra areae marginatae vestigia anaglyphorum quorundam inspicere possunt, quae esse videntur pictoris instrumenta, nempe tabula pictoria, duo penicilla et alveoli octo

in quibus pigmenta vel colores ad artem pingendi adhibita continebantur (de quibus instrumentis vide inter al. E. BERGER, *Die Maltechnik des Altertums*, München 1904, 218–219; M. BORDA, *La pittura romana*, Milano 1958, 381–395). Rep. m. Dec. a. 1973 inter vicos *Pescina* et *San Benedetto dei Marsi* in praedio domini *Filippo Iulianella* sito in regione *Terramoza* appellata haud longe a ponte nunc *San Valentino* nuncupato operibus ad aquarum deductionem faciendam institutis (etiam vide tit. praecedentem). Periisse videtur. Descripti ut potui a. 2010 ex scheda LETTA et ad im. phot.



*P(ubli) Appulei  
P(ubli) l(iberti)  
Sextionis  
ossa.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.  
C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 141 n. 94bis cum im. phot. tab. XXI fig. 94bis (AE 1975, 323); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 201 n. 16 cum im. phot. tab. IV fig. 12–13; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 227 n. 213. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1; CERASANI, *Marruvium* 172 cum im. phot. tab. XXXI fig. 94 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 464. 486; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21.

Puncta triangularia.

In tit., qui praecedit, laudatur Appuleia Publī liberta Hermiona quaedam. Ex eo, quod uterque cippus in eodem loco in lucem est detectus, non excludo, quin Appuleius Sextio cum Appuleia Hermiona propinquitate quadam sit coniunctus. De nomine gentilicio fusius disseruit SEGNI, *l. l.* (etiam vide M. D'ASDIA, *Arch. Class.* 53, 2002, 452–458).

Ex litterarum monumentique forma saec. I medii p. C. n. esse videtur.

#### 7710 tit. sepulcralis

Tabula (stela LETTA) ex lapide calcario infra fracta in fronte levigata passim autem pessumdata (45) × 40 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars infra nunc periit 39,5 × 35,5. Litt. affabre insculptae 3,3. Infra titulum ut iam COLANTONI inspexerat (vide infra) anaglyphum pectinis exstat. Rep. m. medio Mart. a. 1897 in agro vici *Pescina* a domino *Luigi Angelo Caricatore* in effodiendo praedio sub fundo, q. d. *Capocroce di Cardito* vel *Peschio Muraturo*, haud longe a sepulcreto quodam Romanae aetatis. Servatur *Pescina*

muro cuidam exteriori immissa ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito, ubi a. 1982 dimidiatam contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit, et ad im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* recognovi. M. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI titulum quatenus potuit denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.




Fig. α



Fig. β

*D(is) M(anibus) s(acrum).  
Atiliae Ian-  
nuariae  
C(aius) Pomponius  
5 Felix coniug(i)  
cum qua vix(it)  
ann(is) XV b(ene)  
m(erenti) p(osuit).*

Fig. α: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5835 (adde neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1080).

Fig. β: Im. phot. a C. CASTELLANI sumpta.

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistulae missae d. 5 et 14 m. Apr. a. 1897); ID., NS 1897, 201 n. 1 cum im. del.; ID., RASLA 25, 1910, 432 n. 2; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 139–140 n. 93 cum im. phot. tab. XXX fig. 93 (AE 1975, 321); BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 735 adn. 56 n. 7 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 700 adn. 56 n. 7); ID., in *Fonti latine e greche* II 227 n. 214; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 354 cum im. phot. fig. 14. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 369; CERASANI, *Marruvium* 171 cum im. phot. tab. XXX fig. 93 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 464–465. 488; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 191; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; G. GROSSI, in *Marsica* I 677 cum im. phot. p. 654.

Puncta triangularia haud semper signata.

Atilios alios reperies tit. n. 3675. 3710 (de nomine gentilicio vide SEGNI, *l. l.* 464–465); etiam cf. tit. Carnunti reperiuntur, scil. III 11129 = *ILS* 4309, ubi memoratur Atilius Primus centurio legionis XIII Geminae ex evocato legionis X Geminae piae fidelis domo Sergia Marsis vel Sergia domo Marsis (cf. FORNI, *Tribù* A1208; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36). Tribus Marruvinorum fuit plerumque Sergia; praeter titulos passim memoratos vide tit. huius Corporis vol. VI 32519 a II. 29 (inter a. 142 et 158 p. C. n.), ubi laudatur praetorianus [- -] Ser(gia) Rufus Mars(is) (cf. FORNI, *Tribù* Y532; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36–37). Etiam vide tit. *IRT* 633, ubi laudatur L. Avillius C. Avilli Casti f. Marsus, qui tribui autem Quirinae est adscriptus (cf. FORNI, *Tribù* A1574; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37). Sextus Pomponius Philogenes quidam redit tit. Marruvino n. 7745. Etiam vide supra ad tit. n. 7672.

Ex litterarum forma et ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

#### 7711 tit. sepulcralis

Tabula marmorea ex duabus partibus inter se fere coniunctis composita undique in usum posteriorem recte scissa in fronte levigata a tergo scabra (7) × (36) × (18). Litt. exiles et impares 3–1,8. Rep. nescio quando prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



[- - -?] *Aurunc[ul]eiae* [- - -]  
[- - -?] *Caelani, Agellan[i], Urv[nate]s, Aprusc[ulani], - - -*  
-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 38–41 n. 33 cum im. phot. tab. XII fig. 33 (AE 1975, 302); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 227 n. 215; C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 34–37 n. 1 cum im. phot. partis sinistrae fig. 1 (AE 2016, 371). – Cf. F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 45, 1976, 728; A. RUSSI,

*Riv. Filol.* 105, 1977, 367–368; U. SCHILLINGER-HÄFELE, *Gnomon* 40, 1978, 693; D'AMATO, *Prosciugamento* 177 cum im. phot. fig. 26–27; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 101; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 287 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 69); CERASANI, *Marruvium* 155 cum im. phot. tab. XII fig. 33 (a LETTA); C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 44; GROSSI, *Celano* 24; C. LETTA, in *Fucino* III 219; GROSSI, *Marsica* 91; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14. 22; EUND., in *Fucino* V 261; G. GROSSI, in *Marsica* I 243. 323. 338. 699; A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 11; C. BLASETTI FANTAUZZI, *Ann. Ist. It. Stud. Stor.* n. s. 26, 2019 (2020), 267.

Puncta in formam virgulae acclivis insculpta.


1 *Aurunc[ul]eia* L[- - -] LETTA ed. pr. – 2 [- - - *fundi*] dubitanter ID. ed. pr.; *Urv[nate]s, Aprusc[ulani]* ID., in *Epigrafia del villaggio*, *l. l.* fortasse recte, quem nunc sequor; *Urv[niu]s* vel *Urv[ui]s, Aprusc[o - - -]* vel *Aprusc[lanus]* vel *Aprusc[ulanus]* vicissim sub exemplo illius *Aprufclano(s)* i. e. *Apruf(i)c(u)lanu(s)* tit. n. 7858 (Lucus) LETTA ed. pr. (etiam cf. P. POCETTI, in *Campi aperti* 370).

Laudatur *Aurunculeia* [- - -] quaedam (de raro nomine *Aurunculeiae* in regione IV memorato cf. tit. n. 2389 [Allifae]. 4058 [Carsiolis]; vide G. CORAZZA, *Epigraphica* 77, 2015, 463–464) gentis fortasse senatoriae, cui titulum dedicaverunt quattuor saltem conventus vicorum qui nominantur Caelani, Agellani, Urvinates, Aprusculani et alii fortasse aliunde autem ignoti (vide LETTA ed. pr. 38–39) territorium Marruvinum colentes; nota pagum Caelanum quendam in regione Beneventana in tabula Ligurum Baebianorum quoque nominatum (scil. tit. n. 1455 II v. 40 [= *ILS* 6509 = *FIRA*<sup>2</sup> III, 117]; qua de tabula vide CAPOGROSSI COLOGNESI, *Persistenza* 137–151 et passim; M. R. TORELLI, *Benevento romana* 307–460; E. CALANDRA, in *Terme di Diocleziano* I 452–455 n. VII.13); de vocabulo *agellus* vide N. TRAN, *Cahiers du Centre G. Glotz* 15, 2004, 121–133. De re universa cum amplissimo commentario vide C. LETTA in *Valle di Comino* XII, *l. l.*

Ex litterarum forma saec. II ex. p. C. n. saltem tribuerim.

#### 7712 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata et passim scalpro dentato dolata a tergo paululum scabra 22 × 59 × 11. Utrum de epistylis ex pluribus partibus inter se olim coniunctis composito agatur necne, est incertum. Litt. 5,3–3,6. Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7695. 7724. 7746. 7751. 7760; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



*T(itus) Camerius T(iti) l(ibertus)*  
*Hyppolitus sibi*  
*et suis.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 28 n. 7 (cf. *AE* 1961, 111); PETREVCIC, *Marruvium* 89; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 56–57 n. 43 cum im. phot. tab. XVI fig. 43; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 216. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 158 cum im. phot. tab. XVI fig. 43 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 467.

Puncta in formam rosae aculei.

Titum Camerium Titi libertum alterum invenies in tit., qui sequitur; cf. etiam tit. n. 3701. 3801.

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

#### 7713 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario paululum contractus in formam columnae redactus corona et crepidine prominentibus praeditus undique levigatus 63 × 40 diam. In media facie sursum directa decem foliis ornata recessus quidam excavatus est. Litt. v. 1–2 affabre insculptae 4,5–4. Rep. d. 31 m. Sept. a. 1968 a domino *Guido Tarquini* quondam *Giuseppe* in praedio, q. d. *Morrone*, haud longe a vico *San Benedetto dei Marsi* iuxta iter campestre. Servatur in eodem vico in aedibus gentis *Tarquini* sitis iuxta viam *Valeriam*, ubi a. 1982 contuli una cum *ALESSANDRO D'AMATO*, qui im. phot. sumpsit.



*T(iti) Cameri  
T(iti) l(iberti) Philerotis;  
Cameria T(iti) l(iberta)  
Salvia.*

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* 949.VW.84. PETREVCIC, *Marruvium* 135; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 27–28 n. 21 cum im. phot. tab. VIII fig. 21 (*AE* 1975, 296); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 196 n. 4 cum im. phot. tab. I fig. 3; [S.N.A.], in *Marruvium* 57; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 217. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 14 et 4.2; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; CERASANI, *Marruvium* 151 cum im. phot. tab. VIII fig. 21 (a LETTA); S. DIEBNER, in *Römische Gräberstraßen* 236 cum

im. phot. tab. 44 fig. litt. f; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 467; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 236; ANTOLINI, *Iscrizioni* 93 adn. 209; G. GROSSI, in *Marsica* I 713.

Puncta triangularia in fine v. 3–4 quoque insculpta.

V. 3–4 postea additi.

Titum Camerium Titi libertum alterum invenies in tit., qui praecedit; cf. etiam tit. n. 3701.

Ex litterarum monumentique forma saec. I medii p. C. n. esse videtur.

#### 7714 tit. sepulcralis

Cippus potius quam ara ex lapide calcario corona crepidineque cum volutis undique prominentibus praeditus in fronte perquam adesus 82 × 38/33,8 × 35,5. Litt. magna ex parte evanidae circ. 4. In lateribus anaglypha ad mundum muliebrem pertinentia sculpta, scil. in dextro speculum balsamaria duo et pecten, in sinistro soleae binae uncis fixae (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effectis vide supra ad tit. n. 3733). Rep. abhinc annos nonnullos prope *San Benedetto dei Marsi* ubi *CESARE LETTA* d. 5 m. Sept. a. 2014 descripsit in viridario aedium domini *Luciano Di Paolo* sitarum iuxta viam *Strada Provinciale Marruviana* appellatam et me officiose certiore fecit.



*[S]anctae m[em(oriae)]  
Claudiae  
[-----]  
[-----]  
5 [---]na  
-----*

Im. phot. a LETTA sumpta. C. LETTA, in *Fucino* VI 282 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 2017, 358).

Puncta distingui nequeunt.

Locutionem *sanctae memoriae* vel etiam *bonae memoriae* in principio titulorum ethnicorum passim invenies.

Ex forma monumenti et litterarum saec. II p. C. n. tribuo.

#### 7715 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata ab utroque latere et infra fracta corona pulvini instar cum vitta ornata (40) × (43) × 11,5. Litt. 5,5–3. Rep. m. Nov. a. 2015 prope *San*



*Benedetto dei Marsi* in regione, q. d. *Corbella*, in operibus ad agrum fodiendum institutis. Servatur in domo domini *Giovanni Francesco Del Grosso* sita in *San Benedetto dei Marsi* iuxta viam *Corbella* sub n. 43, ubi m. Nov. a. 2016 CESARE CASTELLANI descripsit et me certiore comiter fecit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
[Cl]audia Fortunata  
[vi]x(it) ann(is) XV [.]

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.


Puncta triangularia.

Claudiae Fortunatae aliae laudantur tit. huius regionis n. 3108. 4255.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. vel potius III adducit.

7716 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et infra fracta, in fronte levigata autem perquam dolata, a tergo scabra (24) × (36) × 16. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes ab utroque latere servantur, ? × 24,5. Infra titulum exstant vestigia mundi muliebris anaglyphorum, scil. a sinistra acus, cista et speculum (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effictis vide supra ad tit. n. 3733). Litt. ad actuaras fere transgredientes 4–1,6. Rep. a. 1953 in vico *San Benedetto dei Marsi* prope bivium viarum *Napoli* et *Vittorio Veneto*. Servabatur in museo municipali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----?

[- - -]I

[- - -] D[ot]l[atae]

optimae et  
sanctissimae,

5 Restitutus  
coniugi suae.

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1036.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 100 n. 60 cum im. phot. tab. XII fig. 60 (*AE* 1975, 309); BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 735 adn. 56 n. 5 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 699–700 adn. 56 n. 5); ID., in *Fonti latine e greche* II 231 n. 238. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 6 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 163 cum im. phot. tab. XXI fig. 60 (a LETTA); S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102. 103. 104; EUND., *Epigraphica* 74, 2012, 353.

Puncta triangularia. – Litt. T (v. 2, 3, 4) supra versum egrediens.

2 supplevi quamquam non sine dubiis; [- - -]lomiâe LETTA, qui immo per litteras (d. 11 m. Sept. a. 2012) proponit quamquam dubitanter [Eu]nomiâe. Res autem incerta manet. – 4 sangtissimâe LETTA (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 134).

Saec. II p. C. n. saltem esse potest vel paulo postea.

7717 tit. sepulcralis

Rupes incisa infra loculum titulo sepulcrali perquam adeso, cuius area titulo inscribendo est destinata. Litt. impares 5–2,8. Rep. circ. a. 1985 ab causarum actore *Umberto Irti* pone vicum *Venere* haud longe a *Pescina* iuxta viam *S.S.* 83, ubi a. 1993 contuli.



Fig. α




Fig. β

P(ublio) Dec[io -]  
 Pyl[adi]  
 fil[io]  
 vi[ixit]  
 -----

Fig. α: Im. phot. a SIMONA ANTOLINI sumpta.

Fig. β: Im. ab ANTOLINI del.

C. LETTA, in *Rupes loquentes* 313–315 cum im. phot. fig. 12 et im. del. fig. 13 (AE 1992, 356); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 245 n. 20; ANTOLINI, *Iscrizioni* 109–112 n. MARS 3 cum im. phot. tab. VI fig. 1–2 et im. del. fig. 6. – Cf. G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573; G. GROSSI, in *Marsica* I 679.

1 punctum triangulare.

Magna ex parte sum secutus ANTOLINI. – P. De[- -] | +[.]Pyl[- -] | [-.]fil[- -] | [-.]v[- -] | ----- LETTA, EGO. – 4 [-.]V+[- -] ANTOLINI.

Casu nominativo quoque restituere potuissem (cognomen Pyladiani vel Pyladionis parum probabile). Tit. n. 3857 memorantur cultores Herculis, qui una cum Melantho Publii Decii cuiusdam servo tribunal novum a solo fecerunt, theatrum et proscenium refecerunt nec non ludis scaenicis biduo dedicaverunt.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

#### 7718 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in angulo superiore sinistro fracta, supra culmine rotundato acroteriis angularibus ornato praedita in fronte levigata, a tergo paululum scabra 60 × 49 × 16. In area fastigii rotundata incisa est rosa. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 28,8 × 35,1. Litt. impares 4/2,7. Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *San Benedetto dei Marsi*. Immissa a. 1936 dono domini *Giuseppe di Donato* in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*) ubi a. 2013 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 tit. denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.

D(is) M(anibus) s(acrum).  
 Felici, P(ublius) Vibius  
 Restitutuss (!)  
 frat(ri) et Vibia

5 Onesime fil(io) p(osuerunt).



Im. phot. a M. B. sumpta.

L. ORLANDI, *I Marsi* 295 n. 61; PETREVCIC, *Marruvium* 81–82; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 113–114 n. 75 cum im. phot. tab. XXV fig. 75 (AE 1975, 316); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 219; CATALLI, *Museo Lapidario* 75 n. 63 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 27 n. 10 cum im. phot. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 166 cum im. phot. tab. XXV fig. 75 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 485. 493.

Puncta triangularia.

3 Restitutuss pro Restitutus (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 144).

Vibios alios in regione Marsa fusius invenies (cf. tit. collectos a SEGENNI, *l. l.*).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis locutio D(is) M(anibus) s(acrum) compendiis scripta sane congruit.

#### 7719 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario corona pulvinis ornata et crepidine prominentibus praeditus 70 × 50 × ?. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta. Rep. m. medio Mart. a. 1897 in agro vici *Pescina* a domino *Luigi Angelo Caricatore* in effodiendo praedio sub fundo, q. d. *Capocroce di Cardito* vel *Peschio Muraturo*, haud longe a sepulcreto quodam Romanae aetatis. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 ex scheda COLANTONI.

D · M · S ·  
 L · FRV VIO · SYM  
 PHORO · QY I  
 VIXIT · ANN · LXXX  
 FRV VIA · SYMPHE  
 RVSA · ALVMNA ·  
 FRV VII · SEPTIMIN ·  
 ET · APRILIS · SYMP  
 HOR · ET · FORTVNA  
 TVS · ALVNIS · (sic)  
 SEPTIMINVS · DISCES ·  
 B · M · P ·

*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*L(ucio) Fruvio Symp-*  
*phoro qui*  
*vixit ann(is) LXXX,*  
 5 *Fruvia Symphe-*  
*rusa alumna,*  
*Fruvii Septimin(us)*  
*et Aprilis, Symp-*  
*hor et Fortuna-*  
 10 *tus alunis,*  
*Septiminus disces,*  
*b(ene) m(erenti) p(osuerunt).*

Im. del. e COLANTONI sumpta.

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistulae missae d. 5 et 14 m. Apr. a. 1897); ID., *NS* 1897, p. 202 n. 2 cum im. del.; ID., *RASLA* 25, 1910, 433 n. 6; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 355 n. 8; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 220. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452; G. GROSSI, in *Marsica* I 677.

10 *alunis* pro *alu(m)nis* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 133. 150); *alu(m)ni[s]* LETTA; attamen non excludo, quominus agatur de nominativo plurali secundae declinationis in *-is*, quae forma in titulis non vetustae aetatis quoque memoratur; de re universa vide E. DUPRAZ, *Rev. Philol.* s. 3°, 78, 2006, 239–255; etiam cf. illud *Tadis* pro *Tadii* in tit. Cluviis reperto supra n. 6967 saec. I labentis p. C. n. vel paulo post, vel illud *filis Raiis* pro *filii Raii* tit. n. 2617 Terventi reperto saec. II p. C. n. vel etiam illud *filis* in titulis Marruvinis n. 3816. 7741. – 11 *disces* pro *discens* (cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 136).

Fruvius alios in tota regione Marsa non invenies (attamen cf. infra tit. n. 7735). Vide supra tit. n. 3721, ubi laudantur discentes alii. De alumnis vide H. S. NIELSEN, *Class. Med.* 38, 1987, 141–188; J. BELLEMORE – B. RAWSON, *ZPE* 83, 1990, 1–9; C. SAVIATO, *Epigraphica* 61, 1999, 288–292.

Ex locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

#### 7720 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario marginibus fractus, in fronte levigatus, a tergo paululum rudis corona in fronte prominente praeditus 51 × 42 × 18. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 20 × 40. Litt. impares 3–2,8. Rep. nescio quando loco incerto prope vicum *San Benedetto dei Marsi*. Servatur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 41009), ubi a. 1990 descripsi. Ibidem servatur, ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras m. Nov. a. 2014, qui im. phot. quoque sumpsit.



*M(arco) Gavio Felici*  
*Claudia Maxi-*  
*mila coniugi*  
*b(ene) m(erenti) p(osuit).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. inv. 3637.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 103–104 n. 286 cum im. phot. tab. LXXXI fig. 171, qui titulum nescio qua causa ad Albam Fucentem rettulit; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 355–356 n. 1 cum im. phot. fig. 15 (*AE* 2012, 427).

1 punctum in formam hederæ insculptum.

2–3 *Maximila* pro *Maximilla*.

In titulis Marruvinis laudantur Caius Gavius Lucii filius (n. 3656), Caius Gavius Secundus (n. 3748), Lucius Gavius Septimus (n. 7721), Publius Gavius Maximus (n. 3815) et Gavia Lucii liberta Cinura (n. 3725); de nomine gentilicio vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 469–470. Etiam cf. tit. Antinatem n. 7798.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim vel paulo postea.

#### 7721 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta fastigio acroteriiis floralibus et corona laurea insculptis ornato praedita (43,5) × 40/34,4 × 21,4. Litt. impares 5/4,8. In latere intuentibus sinistro, falcula, in latere intuentibus dextro ascia exsculptae (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3650). Rep. d. 19 m. Iul. a. 1974 una cum nonnullis saxis lapidis calcarii undique regula scissis extra vicum *Pescina* in operibus ad aquarum deductionem faciendam in regione, q. d. *Pagliarone* in praedio gentis *Tranquilli*. Ibidem servatur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*L(ucio) Gavio*  
*Septim[o]*  
 -----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 141–142 n. 94ter cum im. phot. tab. XXXII fig. 94ter (*AE* 1975, 324); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 221. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 172 cum im. phot. tab. XXXI fig. 94ter (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 469. 488; G. ALVINO –

B. COLASANTI – L. PORZI – A. ROTELLINI, in *Lazio & Sabina* X 31.

Puncta in formam circuli redacta.

De Gaviis Marruvinis vide supra ad tit. praecedentem.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta congruit.

7722 = *EE VIII* p. 40 n. 160 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo scabra corona praedita acroteriis floralibus et rosa cum vittis ornata (39) × (27) × 10,8. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars supra et a dextra tantum servatur. Litt. impares 4/3,6. Rep. a. 1888 in vico *Pescina* in operibus ad aedes municipales eiusdem vici diruendas institutis. Servatur inde ab a. 1888 *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. M. Oct. a. 2014 ibidem titulum CESARE CASTELLANI recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*Gemelle*

*quae vix(it)*

*an(nis) XX m(ensibus)*

5 *II d(iebus) X Aug-*

*[us]tinus*

-----

Im phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

7724 tit. sepulcralis

Epistylum lapidis calcarii ex sex partibus inter se coniunctis compositum a tergo scabrum 23,5 × 175 × 12,5. Tres areae titulis (I–III) inscribendis destinatae excavatae passim scalpro dentato dolatae fascia continua cinctae 19,5 × 51 (I), 19 × 52 (II), 19 × 49 (III). Litt. accurate insculptae tit. prioris (I) 5,5–4,8, tit. alterius et tertii (II–III) 5,8–4,5 (extrema litt. S v. 3 tit. col. II extra marginem exarata). Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7695. 7712. 7746. 7751. 7760; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.

CANALE PAROLA, *ms.* IV (i. e. epistula missa d. 20 m. Iun. a. 1888); G. FIORELLI, *NS* 1888, 395–396, qui descripsit ad ectypum chartaceum missum ab E. CANALE PAROLA, inde ex lapide CHR. HÜLSEN, *EE VIII* p. 40 n. 160; L. ORLANDI, *I Marsi* 285 n. 46; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 147–148 n. 98 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 98; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 53 n. 54; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 221 n. 179; CATALI, *Museo Lapidario* 77 n. 65 cum im. phot. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 174 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 98 (a LETTA); C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 492.


Puncta triangularia in fine v. 3 quoque insculpta.

2 [- -]emelle ORLANDI et ORLANDI – VERI, *Gemelle pro Gemellae* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116). – 5 ex. *Aug* iam recte FIORELLI, HÜLSEN, ORLANDI et ORLANDI – VERI, *Auc* CETERI. – 5–6 *Auc[us]tinus* LETTA, EGO et CATALI (etiam cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 140). – 6 omiserunt FIORELLI et HÜLSEN, ORLANDI et ORLANDI – VERI.

Forma litterarum et locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II labens p. C. n. saltem adducunt.

7723 tit. sepulcralis

Pars media cippi ex lapide calcario in formam columnae redacti undique levigati (37,5) × 41 diam. Supra exstat vestigium anaglyphi nempe portae Ditis valvatae manubriis praeditae (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3324); a sinistra inspicuntur, quae supersunt mundi muliebris, scil. speculum et solea (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effectis vide supra ad tit. n. 3733). Litt. 5,7/5,5. Rep. nescio quando prope vicum *Carrito* haud longe ab *Ortona dei Marsi*. Servatur in aedibus municipalibus eiusdem vici, ubi a. 1990 contuli.



-----  
*Homu[lla].*

Im. phot. ab IRENE VALDISERRI PAOLETTI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* inv. n. 17142).

I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 203 n. 22 cum im. phot. tab. III fig. 11 (*AE* 1982, 229); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 229 n. 22. – Cf. M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 102.

Nominis rationem quoque casu genetivo suppleri posse non negaverim.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim.



Col. I:

Q(uintus) Lelius Opta-  
ndus sibi et coiugi  
suae.

Col. II:

L(ucius) Vibidaeus Epheb-  
us sibi et Sulpiciâe  
Primigeniâe coniug[i] et suis.

Col. III:

Fructus Aponiâe  
Fe[l]liculae (scil. servus) sibi et  
Titu[c]iâe Gratâe et suis.

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.  
G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 27 n. 2 (pars sin. tit. III).  
n. 3 (tit. I-II) (cf. *AE* 1961, 111); inde PETREVICIC, *Marruvium*  
87; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 51-53 n. 40 cum im. phot.  
tab. XV fig. 40. 40a-c; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II  
229 n. 223. - Cf. CERASANI, *Marruvium* 157 cum im. phot.  
tab. XV fig. 40. 40a-c (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class.*  
*Orient.* 37, 1987 (1988), 458. 459. 463-464. 471. 480; ANTO-  
LINI, *Iscrizioni* 84-85.

Puncta triangularia in fine v. quoque insculpta.

Col. I, 1 *Lelius* pro *Laelius*, 2 *coiugi* pro *coniugi*. - Col. II,

3 litt. T supra versum egrediens. - Col. III, 2. 3 litt. T vocabuli  
et supra versum eminens.

Recte titulos coniunxit LETTA, quem sequor. - Col. II, 1  
VIBDAEVS, 3 CONIVG, - Col. III, 3 in. TITVR AGR ANNI-  
BALDI.

De nominibus gentilicis Laelii, Vibidai, Sulpiciae, Aponii  
et Titucii in hoc titulo memoratis vide LETTA et SEGENNI, *l. l.*;  
cf. tit. n. 3768 [ubi nominatur Sulpicia mulieris liberta Cale].  
n. 3727 [Lucius Aponius Crispinus]. n. 7668 [Aponia Clara].  
n. 3902 [Titus Titucius mulieris libertus Sota].

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. saltem adducit.

7725 = *EE* VIII p. 42 n. 168 tit. sepulcralis


Stela ex lapide calcario ad formam portae redacta (de  
monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324)  
110 × 110 (haud recte GELICHI, *l. infra l.* de epistyllo qua-  
dam suspicatur). Rep. m. Apr. a. 1887 prope vicum *Lecce*  
*nei Marsi* in regione inter septentriones et orientem solem  
spectante sita sub colle ab agricolis quibusdam operibus ad  
stabula faciendâ institutis. Periisse videtur. Descripsi ut  
potui a. 2010 ad im. a CANALE PAROLA del. Gratias ago  
CESARE CASTELLANI qui me certiore fecit.

[ - - ] *Latinus vius sibi* [ - - ]

[ - - ] *v(iv-) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur);*  
*h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur).*

Im. a CANALE PAROLA del.

E. CANALE PAROLA, in *Actis Archivi Romani sign. MPI.*  
*AA.BB.AA. Antichità e Scavi. II versamento, 1° serie, b. 11,*  
*fasc. 178* (i. e. epistula missa d. 6 m. Mai. a. 1887); ID. apud  
G. FIORELLI, *NS* 1887, 292 cum im. del.; inde M. IHM, *EE* VIII  
p. 42 n. 168; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354; BUONO-  
CORE, in *Fonti latine e greche* II 222 n. 184. - Cf. LETTA, *I*  
*Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 128;  
L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 246; PER-  
ROTTA, *Vicus Anninus* 23-24; G. GROSSI, in *Aulo Virgilio*  
*Marso* 74.



1 *vius* pro *vivus*; *sibei* pro *sibi* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO,  
*Abruzzo* 19, 1976, 120). - 2 solvi non sine dubiis.

Ex forma monumenti saec. I medii p. C. n. esse potest vel  
paulo antea.

7726 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, quod in regione Marsa fusius occurrit vide supra  
ad tit. n. 3324) ex duabus partibus (a-b) composita in fronte et a tergo levigata; in parte superiore (b) ex quattuor partibus inter  
se coniunctis composita in formam fastigii fere triangularis desinente anaglyphis nonnulla sunt incisa 54 × 100 × 16 circ.; extra  
aream marginatam per declive a dextra et a sinistra effiguntur balsamarium, pavo et patera vel potius concha; in area fastigiata  
sunt insculpti delphini duo (etiam cf. tit. n. 7737 et fortasse tit. Supinatem n. 3870) accedentes ad columnam striatam cum capi-  
tulo, cui corona fortasse laureata imminet (de quibus anaglyphis vide bibliographiam collectam a LETTA *l. infra l.* 228). Pars infe-

rior (*b*) ex tribus partibus inter se coniunctis fere composita redacta est ad formam portae manubriis in valvis superioribus praeditae, infra valde pessumdata (135) × 98,5 × 26,5 (infra) – 16 (supra). Litt. in fascia sub fastigio insculptae 2,1/1,9 (nota v. 3 in parte superiore portae Ditis insculptum esse). Utraque pars (una cum altero fastigio eiusdem generis inscriptione autem carente, de quo vide LETTA *l. infra l.* 228–229 n. 3 cum im. phot. fig. 3) rep. est a praefectura antiquitatum regionis Aprutinae m. Iun. a. 1992 in regione vocata *Casette della lepre* inter vicus *Venere* et *Casali d'Aschi* sita. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (*a*: inv. n. 14135459; *b*: inv. n. 14135457), ubi a. 1992 CESARE LETTA descripsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 tit. recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*C(aius) Lollidius P(ubli) f(ilius). Quoniam dies quom fato [mi]nus quam [n]atus sum se obtulit,  
quod par parenti f[ac]ere fuer[at] f[il]ium, [mors i]mmatura fecit filio  
[ut facer]et pater.*

Im. phot. a LETTA repetita.

C. LETTA, in *Scritti Gaetano Messineo* 225–228 cum im. phot. fig. 1–3. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 603, qui verba v. 3 tantum enotavit.

Puncta triangularia. – 1 *quom* pro *cum*.

De nomine Lollidii vide infra ad tit. n. 3898. V. 2–3 formula iambica tritissima, cuius alter versus autem, addito *filio*, septem constat iambis (vide LETTA) cum variatione formulae illius *quod par parenti fuerat facere filius, | mors immatura fecit ut faceret pater vel mater*. De locis similibus inter al. vide B. LIER, *Philologus* n. s. 17, 1904, 446, 457; C. GIACOMUCCI, *Picus* 14/15, 1994/95, 7–21; R. HERNÁNDEZ PÉREZ, in *Asta ac*

*pellege* 65; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 186 (etiam vide infra ad tit. Antini repertum 3845). Omnino novum autem quod praecedit scil. *quoniam dies quom fato minus quam natus sum se obtulit*. In sermonem Italicum hoc modo LETTA vertere est conatus, scil.: (*Qui giace*) *Gaio Lollidio, figlio di Publio. Poiché, per volere del fato, mi si è presentato il giorno in cui sono meno che nato (= in cui non sono nemmeno nato, perché sono morto prima di nascere e sono venuto alla luce già morto), la mia morte anzitempo fece sì che il padre facesse per il figlio ciò che sarebbe stato giusto che il figlio facesse per il genitore.*

Ex forma litterarum et monumenti alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

#### 7727 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in marginibus decussata in fronte levigata (32) × (35) × 10. Litt. affabre insculptae 4,5–3. In lucem rediit *San Benedetto dei Marsi* nescio autem quando muro cuidam interiori affixa stabuli domini *Duilio De Vincentiis*. In eodem vico CESARE LETTA tit. descripsit d. 26 m. Iul. a. 1999 in ludo litterario et in aedibus olim municipalibus d. 5 m. Sept. a. 2013, ubi im. phot. quoque sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit et me certiore fecit.

*Luciena* ≡ *mulieris* ≡ *l(iberta)*  
*Apicula*,  
*Naph[e] l(iberta)*  
*posiit*.

Im. phot. a CESARE LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 44–45 n. 27 cum im. phot. fig. 23 (*AE* 2017, 355).

Puncta triangularia.

3 *Naphe* pro *Nape*. – 4 *posiit* pro *posuit*.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.



#### 7728 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique levigata supra pseudo fastigio cum acroteriis floralibus praedita (in media area ascia insculpta est; vide supra ad tit. n. 3650) 80 × 60 × 14. In fascia inferiore speculum incisum est (de anaglyphis mundi muliebris in tit. regionis Marsae effectis vide supra ad tit. n. 3733). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 51 × 42. Litt. 4/3,5. Rep. a. 1989 vel 1990

in vico *Ortucchio* iuxta viam *Torino* in effossionibus prope ludum litterarium eiusdem vici factis. Servatur in cavaedio castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 41011), ubi a. 1990 descripsi. Ibidem servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras m. Nov. a. 2014, qui im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Maeciae Gaemel-*  
*lae P(ubli) f(iliae) quae vixit*  
*annis XXX m(ensibus) VII*  
*5 diebus VIII, L(ucius) Mali-*  
*us Fortunatus*  
*coniugi dulcissime*  
*b(ene) m(erenti) p(osuit).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. G. GROSSI, in *Marsica* I 571 cum im. phot. fig. 2 (p. 576); BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 356–357 n. 2 cum im. phot. fig. 16 (*AE* 2012, 428); C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 25–27 n. 15 cum im. phot. fig. 12.

Puncta triangularia.

2–3 *Gaemellae* pro *Gemellae*. – 4 *m(ensibus)* VI GROSSI, EGO, VII recte LETTA. – 5–6 *Malius* pro *Mallius*; *Mâñli|us* LETTA. – 7 *coniugi* GROSSI; *coniugi dulcissime* pro *coniugi dulcissimae*.

In tit., qui sequitur, laudatur Titus Maecius Vibii filius Varus quidam. Mallios alios in tota regione non invenies. Nota patris indicationem, scil. *P(ubli) f(iliae)* v. 3, post cognomen positam (cf., ex. gr., titulos regionis quartae n. 2287. 2785. 4855. 7743).

Forma litterarum et locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. adducunt vel paulo postea.

7729 tit. sepulcralis

Videtur fuisse stela vel potius monumentum, q. d. porta Ditis (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3324). Rep. nescio quando in regione vici *Aschi Alto*, ubi a. 1952 VINCENZO D'ARPIZIO recognovit. Periisse videtur. Contuli ut potui a. 1998 ex scheda LETTA.

*T(itus) Maecius V(ibi) f(ilius) Varus.*

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 158 n. 106, qui pendet ex D'ARPIZIO; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 30; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 229 n. 224. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 et 4.2; G. GROSSI, in *Marsica* I 562. 563,

Puncta triangularia.

*Maecius* vel *Maeecius* D'ARPIZIO.

De nomine gentilicio Maecii vide tit., qui praecedit.

Non excludo, quin titulus saec. I in. p. C. n. vel paulo antea sit tribuendus. Res autem incerta manet.

7730 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in fronte expolita et fissuris iam antiquitus laesa, ab utroque latere et a tergo scabra, corona pulvini instar cum vitta acroteriisque pseudofloralibus ornata et crepidine undique prominentibus praedita (115) × (57/53,5) × 21,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 54 × 45 (infra titulum patera umbilicata efficta). Litt. affabre insculptae 4,8/4,2. Rep. saec. XXI in. *San Benedetto dei Marsi* sepulcro cuidam aetati Romanae tribuendo posterius adhibita sito iuxta viam Valeriam ante plateam *Garibaldi* prope aedes domini *Erminio Melatti*. Nunc exstat *San Benedetto dei Marsi* in aedificio intus prope ludum litterarium iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13, ubi CESARE LETTA d. 5 m. Sept. a. 2013 descripsit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit. CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*M(arco) Magio*  
*Mercatori*  
*M(arcus) Magius*  
*Ampliatus fra-*  
*5 tri pio p(osuit).*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 43–44 n. 26 cum im. phot. fig. 22 (AE 2017, 354).

Puncta triangularia.


4 *Ampliatu* vidi in lapide; *Miliatu* LETTA, cognomen aliunde ignotum.

Nomen Magii redit tit. Supini reperto n. 3849 = I<sup>2</sup> 388 (cf. p. 832. 879–880) = ILS 3814. Forma Macii invenies tit. Supinatibus n. 3867. 3868. 7827 [de nomine gentilicio etiam vide S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 472]. Cognomen Mercatoris tit. Marruvino n. 3743 et tit. Trebulano n. 4508 ex. gr. quoque invenies.

Saec. II p. C. n. tribuo.

7731 tit. sepulcralis

Tria fragmenta in usum posteriorem recte scissa inter se non coniuncta stelae lapidis calcarii crass. 8,5 circ. undique expolitae supra corona acroteriis floralibus ornata praeditae. Frg. *a* (24) × (24); frg. *b* (13,5) × (8); frg. *c* (46,5) × (24). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes a sinistra tantum servantur. Litt. exiles 3,5/3. Rep. circ. a. 1983 prope vicum *Casali d'Aschi* in praedio, q. d. S. *Venanziano*, ubi in lucem reperta sunt nonnulla sepulcra inter quae mausoleum ad quod stela pertinuisse videtur. Ubi exstet nescio. Descripti ut potui a. 2010 ex scheda GROSSI.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

Mam-

[mi]a Zo[e]

[- M]am-

5 [mi]o A+[-]-

[- - - - -]

[patri]

suo qui

v(ixit) ann(is)

10 p(lus) m(inus) XL

et Mam-

miae Iuni-

ci matri

b(ene) m(erenti) f(ecit).

Im. phot. frg. coniunctorum a GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 335–336 cum im. phot. frg. coniunctorum fig. 6. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 472–473.

Puncta triangularia.

Supplevi eodem fere modo quo GROSSI. – 7 [fratri] cogitare quoque potuissem.

Mammia Zoe, quae titulum posuit parentibus suis, nempe patri vel fratri [-] Mammio A+[- -] et matri Mammiae Iunici, esse videtur ac Mammia Zoe illa tit. n. 3819 laudata una cum filio suo Quinto Mammio Saturnino, quem titulum posuit maritus Quintus Mammius Caii filius Saturninus. Fusius Mammios in regione Marsa reperies (cf. tit. n. 3706. 3814. 7751; de re universa vide SEGENNI, *l. l.*).

Ex litterarum forma saec. II labenti p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7732 tit. sepulcralis

Pars cippi ex lapide calcario supra rotundati (19,5) × (30) × (9). Litt. in corona vel in scapo exaratae 6. Rep. d. 29 m. Aug. a. 1974 in vico *San Benedetto dei Marsi* in effossionibus a praefectura regionis Aprutinae antiquitatum institutis in favissis amphitheatri Marruvii. Usque ad a. 1975 servabatur in aedibus domini *Ferdinando Calvarrese*. Contuli ut potui a. 2010 ex scheda LETTA et ad im. phot.



[- -] Marsi[- -?]

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 111–112 n. 73 cum im. phot. tab. XXIV fig. 73; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8<sup>o</sup>, 35, 1980, 199 n. 12; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 226 n. 207. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 166 cum im. phot. tab. XXIV fig. 73 (a LETTA).

Punctum triangulare sursum directum.



De cognomine Marsii cogitat LETTA, cum quo consentit VALDISERRI PAOLETTI; attamen supplere possum *Marsii Illi* vel aliter (de cognomine Marsii vide H. SOLIN, *Arctos* 41, 2007, 98); praeterea nescio utrum ultima littera sit vocalis I necne.

Ex forma litterarum punctique et monumenti saec. I in p. C. n. tribuerim.

## 7733 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario desinens in summa facie passim scalpro dentato dolatus fissuris autem laesus. Rep. haud longe a regione, q. d. S. *Manno*, iuxta viam, qua itur a vico *Ortucchio* usque ad regionem *Tristeri* appellatam prope vicum *Amplero*. Servabatur inter reposita aedificii municipalis vici *Ortucchio*, ubi femina docta LUCIA LUSCHI a. 2001 et a. 2003 iam non repperit. Descripsi ut potui a. 2011 e schedis LETTA et LUSCHI.

MARSO·ET·CLURIO  
VIBIAE·Q·L·FESTAE  
INFR·P·LX  
IN·AGR·P·L

[[-----]]

Marso et Q[ui]nti I[ber]tae  
Vibiae Q[ui]nti I[ber]tae Festae;  
in fr[onte] p[edes] LX  
in agr[o] p[edes] L.

Im. a LETTA del.

C. LETTA, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 203–207 cum im. phot. et del. (AE 1988, 420 = 1991, 566 a–b); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 226 n. 206; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 220–228 cum im. phot. fig. 31–33 et im. del. fig. 34 a LETTA sumptis. – Cf. C. LETTA, in *Fucino* III 219; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 55; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14–15; EUND., *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 79; EUND., in *Fucino* V 261–262; G. GROSSI, in *Marsica* I 593.

Puncta triangularia.

1 litt. post *Marso et* incertissimae sunt. De termino quodam, qui postea ut titulus sepulcralis est adhibitus, coniecit LETTA, qui est suspicatus [*Fines* - - -] | *Marso(rum) et Clur(i)atium* legi posse; attamen LUSCHI non excludit *Marso(rum) et Quir(i)ni/Quir(i)ni* [i. e. *Cur(i)ni*] vel potius *Marso et Quinto* *Vibi(o) - - -* vel *Marso et Quinto Vibi(o) - - -*.

Utrumque res ceciderit, non est cur excludam, quin terminus ad fines delineandos antiquitus numquam adhibitus sit, inde aetate imperatoria tamquam titulus sepulcralis in usum posteriorem est insculptus. Res autem incerta manet. LETTA cogitavit cippum antiquitus ad fines Marsorum et Cluriantium vel potius Cluariansium, LUSCHI quamquam dubitanter ad fines Marsorum et fani Iovis Quirini terminandos esse positum.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

## 7734 tit. sepulcralis

Epistylum ex lapide calcario ab utroque latere fractum supra et infra paululum deperditum in fronte a tergo scabrum 14,5 × 23,5 × circ. 13. Duae areae titulis (I–II) inscribendis destinatae, cuius area dextra fascia continua cincta videtur (pars inferior tantum servatur). De forma monu-

menti vide ad tit. n. 3763. 7695. 7712. 7724. 7746. 7751. 7760. Litt. affabre insculptae 3,6/3,4. Rep. a domino *Giovanni Francesco Iacobacci* nescio autem quando extra *Pescina* in regione nuncupata *S. Pietro*. Nunc exstat *Pescina* in aedibus domini *Diocleziano Giardini* situs iuxta viam *Verdi* sub n. 15, ubi CESARE LETTA d. 1 m. Ian. a. 1992 descripsit et me certiore fecit. Ibidem CESARE CASTELLANI tit. m. Mai. a. 2018 contulit.



Col. I:

[ - - Mart]ialis  
[ - - Amp]liatâe.

Col. II:

T(itus) A[ - - ]  
C[ - - ].

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 31–33 n. 20 cum im. phot. fig. 16 (AE 2017, 349 a–b).

Col. I, 1 [contuber]nalis non excludit LETTA; 2 litt. T supra verum egrediens. – Col. II, 1 punctum triangulare.

Alia supplementa incerta manent. Videtur memorari in utraque columna maritus cum uxore sua.

Ex litterarum forma saec. I ex p. C. n. tribuerim.

## 7735 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra et infra fracta (12) × (13) × ?. A. 1889 in lucem rediit extra vicum *Pescina* muro cuidam exteriori affixa casulae in agro sitae. Periisse videtur. Contuli ut potui a. 2010 e scheda CANALE PAROLA.

TI·  
NYSI/  
·FRV

Fuit fortasse:

Ti(berio) [ - - ]  
Nysi[o - - ]  
Fru[ - - ]  
-----

Im. a CANALE PAROLA del.

CANALE PAROLA, *ms.* IV (i. e. epistula missa d. 25 m. Apr. a. 1889); ID. apud G. FIORELLI, *NS* 1889 p. 165 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354–355 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 228 n. 218.

Supplevi non sine dubiis; [- -]ti [- -] | [- -] Dio]nysi[- -]  
 LETTA, cum quo EGO olim consensi. – 3 subest nomen (vide  
 supra tit. n. 7719, ubi nomen gentilicium Fruvii laudatur) vel  
 cognomen.

Saec. I p. C. n. esse potest.

## 7736 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata a  
 tergo scabra (82,5) × (65) × 17. Area titulo inscribendo  
 destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a sini-  
 stra tantum servatur. In media area foramine perterebrata,  
 ex eo, quod in usum posteriorem adhibita est. Litt. affabre  
 insculptae 7,5–5,5 (litt. OS in fine v. 1 minoris mensurae  
 3,5 circ.). Rep. *prima della guerra* prope vicum *Lecce nei*  
*Marsi* adhibita in sepulcro quodam claudendo. Servabatur  
 in eodem vico apud aedes domini *Domenico Simonicca*  
 iuxta viam *Cona* sitas, ubi a. 1982 contuli una cum ALES-  
 SANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde a m. Febr.  
 a. 2016 dono gentis *Simonicca* tit. exstat in cavaedio  
 aedium municipalium eiusdem vici, ubi m. Oct. a. 2016  
 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. quoque sumpsit.



[-] Nummius pro s-  
 [i]bi et (vac.)

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 163–164 n. 110 cum im. phot.  
 tab. XXXVII fig. 110; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II  
 229 n. 226. – Cf. ANTOLINI, *Iscrizioni* 83 adn. 178. 88 adn.  
 198; G. GROSSI, in *Marsica* I 489.

Puncta triangularia.

Titulum dedi qualem descripsit LETTA, quamvis locutio *pro*  
*sibi* incerta maneat (*pro se* legerim; cf. M. G. TIBILETTI  
 BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 153); in v. 1 post nomen gentili-  
 cium illud PROS initium cognominis cuiusdam per extensum  
 non perscripti (ex. gr. *Prosper*) fuisse suspicari quoque potuis-  
 sem (inde in v. 2 [i]bi et restitue).

Nomen Nummii in regione Marsa hic solum commemoratur.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. esse videtur.

## 7737 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii ad formam portae redacta (de monu-  
 mento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) ex quat-  
 tuor partibus inter se coniunctis fere composita in fronte et  
 a tergo levigata supra fastigio triangulari praedita, in quo  
 anaglypha rosae super lunula et delphinorum duorum  
 (etiam cf. supra tit. n. 7726) incisa (63,5) × (103,5) × 9/8.  
 Titulus insculptus est in fascia superiore, litt. affabre  
 redactae 10,2–4,3. Rep. casu et fortuito circ. a. 1970 extra  
 vicum *Casali d'Aschi* haud longe a *Gioia dei Marsi* in  
 regione, q. d. *Alto le Tombe*. Servantur fragmentum partis  
 sinistrae in aedibus *Ennio Roselli* in vico *Casali d'Aschi*  
 sitis, alia fragmenta in aedibus *Carmelo Botticchio* iuxta  
 viam *Trento* sub n. 1 in vico *Pescina* sitis, ubi a. 1982 con-

tuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sump-  
 sit, et denuo recognovit CESARE CASTELLANI, ut me  
 certiore fecit per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui im.  
 phot. quoque sumpsit, quas mihi comiter suppeditavit.



Fig. α



Fig. β

Q(uinto) Oppio T(iti) f(ilio) Cudiae  
 Oppia filia fecit.

Fig. α: Im. phot. a D'AMATO sumpta.

Fig. β: Im. phot. frg. nov. a C. CASTELLANI sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 168–169 n. 114 cum im. phot.  
 tab. XXXVIII fig. 114; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 33; BUO-  
 NOCORE, in *Fonti latine e greche* II 229 n. 227. – Cf. S. GELI-  
 CHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 130; S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3°,  
 5, 1987, 38; ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 190; BRANCATO,  
*Repertorium* II 94; G. GROSSI, in *Marsica* I 441. 448; C.  
 LETTA, in *Scritti Gaetano Messineo* 228.

Puncta triangularia fere sursum directa.

2 filia fecit LETTA.

In tit., qui sequitur, Oppia Quinti filia quoque laudatur  
 (etiam cf. tit. n. 3694). Cognomen rarissimum Cudiae (Graec.  
 Κυδίας) tit. huius Corporis vol. X 6447 quoque redit (cf.  
 LETTA, *l. l.* 169); etiam cf. tit. *AE* 1993, 1364b (me per litteras  
 certiore fecit amicissimus HEIKKI SOLIN).

Forma litterarum monumentique ad saec. I in. p. C. n. vel  
 paulo postea adducit.

## 7738 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigio triangulari praedita, in quo  
 vestigium anaglyphi cuiusdam ad mundum muliebrem ut  
 opinor pertinentis effictum (de quibus anaglyphis titulorum  
 regionis Marsae vide supra ad tit. n. 3733), portam reprae-  
 sentans (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit.  
 n. 3324) duobus manubriis ad formam fulminis redactis  
 praeditam nec non duabus columnis cum contignatione  
 capitulo Corinthio superimpositis circumdatam undique  
 levigata infra rudis (197,3) × (90,5) × 9 circ. Titulus inci-  
 sus est in fascia superiore, litt. affabre insculptae 4,7. Rep.  
 casu et fortuito a. 1972 extra vicum *Casali d'Aschi* in

fodina quadam in regione, q. d. *Alto le Tombe*, ubi a. 1979 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Attamen ubi nunc exstet nescio.



*Oppia Q(uiti) f(ilia).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 169–170 n. 115 cum im. phot. tab. XXXVIII fig. 115; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 33; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 229 n. 228. – Cf. S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3°, 5, 1987, 38; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35. 43; ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 190; G. GROSSI, in *Marsica* I 441; C. LETTA, in *Scritti Gaetano Messineo* 228.

Puncta triangularia.

Non excludo, quominus Oppia in titulo praecedente laudata eadem ac Oppia huius tituli sit, quae titulum patri suo nempe Quinto Oppio Titi filio Cudiae posuit.

Forma litterarum monumentique ad priorem partem saec. I p. C. n. adducit.

7739 = *EE* VIII p. 40 n. 161 tit. sepulcralis

Arula ex lapide calcario corona superne semicirculata foliis ornata et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita undique levigata 59 × 28,5/25,6 × 24,2/23,2. Litt. impares 4–3,2 (tit. incisus in fascia coronae). Rep. m. Iun. a. 1889 (CANALE PAROLA) in vico *Ortucchio* prope coemeterium municipale. Inde ab a. 1889 servatur *Avezano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 tit. recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*Optatus  
Castriciarum (scil. servus).*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 30).

E. CANALE PAROLA, in *Actis Archivi Romani sign. MPI. AA.BB.AA. Antichità e Scavi. II versamento, 1° serie, b. 11, fasc. 193* (i. e. epistula missa d. 7 m. Iul. a. 1889); G. FIORELLI, *NS* 1889, 251, qui descripsit ad ectypum chartaceum missum ab E. CANALE PAROLA, inde ex lapide M. IHM, *EE* VIII p. 40 n. 161 cum im. del.; L. ORLANDI, *I Marsi* 285 n. 47; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 175 n. 119 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 119; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 55 n. 57; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 221 n. 180; CATALI, *Museo Lapidario* 79 n. 67 cum im. phot. – Cf. S. SEGGENI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 450; G. GROSSI, in *Marsica* I 596; E. CECCARONI – H. BORGHESI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 517; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 492.


2 litt. T supra versum egrediens; CASTRICIARI[- -] CANALE PAROLA apud FIORELLI.

Publium Castricium quendam tit. n. 3855 Supini reperto quoque invenies. De nomine gentilicio vide LETTA, *l. l.* 239–240 et praesertim SEGGENI *l. l.* Etiam vide Sabellum illum Aquiarum servum tit. n. 7752.

Forma litterarum saec. II p. C. n. mihi esse videtur.

7740 tit. sepulcralis

Tabula ex marmore supra rotundata a sinistra fracta undique levigata (25) × (26,5) × 4. Litt. impares 4–3,2 (vocales I et O in fine v. 2 et 3 minoris mensurae 1,3 et 0,8). Rep. medio vere a. 1959 iuxta viam, qua itur ad vicum *Pescina* in regione, q. d. *Ponte della Pietra* vel *Corda* haud longe a vico *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



[ - - ]orchesis  
 [ - - ]tidiae matri  
 [ - - ] pia fec(it) d(e) suo.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 31–32 n. 24 cum im. phot. tab. VII fig. 24 (AE 1975, 299); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 229. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 12 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 153 cum im. phot. tab. VII fig. 24 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 480. 492.

Puncta in formam virgulae acclivis insculpta.

1 *Orchesis* vel potius *[Eu]orchesis* vel *[Phil]orchesis*. – 2 *[Tet]tidiae* LETTA, attamen *[Pon]tidiae* vel sim. quoque esse potest (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 448). – 3 *[fil(ia)]* LETTA vel potius *[filia]*. – Supplementa autem incerta manent.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

#### 7741 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra corona rotundata praedita acroteriis floralibus et rosa cum vittis ornata in fronte levigata infra fracta (104) × 35 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 84,7 × 26. Litt. 5/4. Rep. *Pescina* d. 12 m. Dec. a. 1912 in agro domini Anselmo D'Amore sito in praedio vocato *Pignanaci* haud longe a regione *Cannito*. Servatur *Pescina* muro cuidam interiori inserta cavaedii aedium domini *Giuseppe Alberto D'Amore*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit, et denuo m. Nov. a. 2010 recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Mai. a. 2016 tit. contulit et im. phot. quoque sumpsit.

*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Ostoria*  
*Vitalis*  
*vix(it) an(nis) L*  
 5 *sene macula;*  
*Claudius*  
*C'ampanus*  
*coiugi*  
*santis-*  
 10 *sime*  
*et filis*  
*matri*  
*b(ene) m(erenti) p(osuerunt).*

#### 7742 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae long. (250) diam. 22. Rep. circ. a. 1888 *San Benedetto dei Marsi* nescio autem quo loco. Descripsi m. Apr. a. 2016 ut potui ex im. ab E. CANALE PAROLA delineata. Gratias ago CESARE CASTELLANI qui me certiolem fecit.



Im. phot. a D'AMATO sumpta.


C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 118–120 n. 79 cum im. phot. tab. XXVI fig. 79 (AE 1975, 318); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 230. – Cf. A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 247; CERASANI, *Marruvium* 167 cum im. phot. tab. XXVI fig. 79 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 455. 468; EAND., *Epigraphica* 51, 1989, 160; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 35); EUND., in *Ricerche archeologiche* 17; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103. 105; EUND., *Epigraphica* 74, 2012, 354; C. LETTA, in *Municipal Structures* 8.

Puncta triangularia.

5 *sene* pro *sine* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 126), 7 *Gampanus* pro *Campanus* (cf. EAND. 140), 8–10 *coiugi santissime* pro *coniugi sanctissimae* (cf. EAND. 116. 133), 11 *Felis* pro *Felix* est suspicatus LETTA, cum quo consentit SEGENTI; *filis* pro *filiu* ut tit. *Marruvino* n. 3816 (etiam cf. supra ad tit. n. 7719).

*Ostoria Vitalis* eadem redit tit. n. 7696 posito filio suo dulcissimo *Publio Ostorio Vitalioni*, qui fuit sevir Augustalis. *Claudius Campanus* libertus imperatoris fuisse videtur (vide SEGENTI); tit. n. 3680 *Claudia Rhode* quaedam memoratur.

Ex litterarum forma saec. II in. p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.



R(ei) p(ublica) M(arsorum); cur(atore) P(ublio) Pac(cio) R(omano); R(ei) p(ublica) M(arsorum).

Im. del. e CANALE PAROLA repetita.

CANALE PAROLA, *ms.* IV, i. e. epistula missa ad GIUSEPPE FIORELLI d. 1 m. Aug. a. 1888.

Idem Publius Paccius Romanus, si recte solvi, redit supra tit. n. 3729. 3740 saec. II p. C. n. De nomine Paccii vide supra

ad tit. n. 3739. De curatoribus aquae/aquarum in fistulis rei publicae cuiusdam nominatis vide BRUUN, *Water Supply* 364–365; EUND., in *Mediterraneo e la Storia* 163–164.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

7743 tit. sepulcralis

Cippus potius quam tabula ex lapide calcario undique fractus in fronte levigatus a tergo scaber (14) × (50) × 44. Litt. impares 6–4,5. Rep. a. 1968 in vico *San Benedetto dei Marsi* in operibus ad fundamenta aedium domini *Domenico Biancodini* fodienda institutis sitarum iuxta viam *Italia* pone ecclesiam paroecialem. Servabatur in museo municipali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Nunc exstat *San Benedetto dei Marsi* in aedificio intus prope ludum litterarium iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13, ubi CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
[- - -]a Pia Sex(ti) l(iberta), M[- - -]  
l(iberta) Erotis.

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83. 1042.

PETREVIC, *Marruvium* 133; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 102–103 n. 64 cum im. phot. tab. XXIII fig. 64 (*AE* 1975, 311); [S.N.A.], in *Marruvium* 57; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 231. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 13 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 164 cum im. phot. tab. XXIII fig. 64 (a LETTA); BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 353.

Puncta triangularia.

Supplevi non sine dubiis. – AP. IAS. EX L. N. | F. EROTIS PETREVIC. – [- - -]a, Pia Sex(ti) l(iberta) M[- - -] | [- - -] Philerotis LETTA, qui de raro nomine gentilicio Pii disseruit. Nota domini indicationem, scil. *Sex(ti) l(iberta)* v. 1, post cognomen positam (cf. tit. *Telesinum* n. 2287 et supra ad tit. n. 7728).

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. saltem tribuerim vel paulo postea.

7744 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra rotundatus a sinistra fractus, in fronte scalpro dentato passim dolatus, infra rudis a tergo scaber 70 × (40) × 18. Litt. 7,5–5. Rep. m. Mart. a. 1971 vel 1973 in regione vici *Gioia dei Marsi* haud longe a *Pescina* in effossionibus factis prope viam, q. d. *Circonfu-cense*, i. e. in agello sub n. 5 itineris n. 25 (de loco fusius disseruit LETTA *l. infra l.* 133–136). Servabatur *San Benedetto*

*dei Marsi* in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



̣ilete  
v(ixit) ân(nis) VI  
Timotis filia.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 132–136 n. 91bis cum im. phot. tab. XXVIII fig. 91bis (*AE* 1975, 320); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 232. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 20. 41 et 4.2; G. MESSINEO, in *Fucino cento anni* 165; D'AMATO, *Prosciugamento* 23; CERASANI, *Marruvium* 171 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 91bis (a LETTA); G. GROSSI, in *Marsica* I 683.

Puncta triangularia.

1 *̣ilete* pro *Philete* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 148; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183). – 3 *Timotis* pro *Thimotis* (forma gen. sing. generis autem masculini Timo-

tis cognominis *Timothēs* etiam occurrit ex. gr. tit. huius Corporis vol. VI 38719, scil. Publii Patulci Timotis, et X 8222, scil. Marci Publilii Marci liberti Timotis).

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

7745 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus corona, quae autem operculo convexo fortasse floris foliis ornato caret (cf. tit. n. 7701. 7708. 7713. 7765), et crepidine prominentibus praeditus undique levigatus 77,5 × 43 diam. In medio scapo duae volutae fructibus floribusque praeditae inter capita tria vituli cum taeniis efficta. Litt. affabre insculptae 6 (v. 1 coronae). 4 (v. 2 scapi). Rep. *San Benedetto dei Marsi* m. Dec. ineunte a. 1973 una cum tit. n. 7701 in effossionibus ad aedes aedificandas domini *Romeo De Vincentiis* institutis iuxta viam *Decorati* sitas. Servabatur in eodem vico in aedibus gentis *Tarquini* sitis iuxta viam *Valeriam*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. A. 2000 titulum ANTONIO SARTORI inspexit Mediolani apud antiquarium quendam. Attamen ubi hodie exstet, nescio.



*Sextus Pomponius  
Sexti(l)ibertus Philogenes.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta (adde neg. *D. A. I. Rom* 951.VW.84).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 107 n. 67 cum im. phot. tab. XXIV fig. 67 (*AE* 1975, 314); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 198–199 n. 10 cum im. phot. tab. II fig. 7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 233; A. SARTORI, in *Misurare il tempo* 23. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXIV fig. 67 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 477; S. DIEB-

NER, in *Römische Gräberstraßen* 236 cum im. phot. tab. 44 fig. litt. c; EAND., in *Romanisation du Samnium* 236.

Puncta triangularia.

Caius Pomponius Felix quidam redit tit. Marruvino n. 7710; etiam vide Publium Pomponium Numerii filium illum memoratum tit. Antini reperto infra n. 7797 saec. II ex. vel etiam I in. a. C. n., qui Angitia donum dedit libens merito, et [-] Pomponium Numerii filium Gratinum, qui fuit quattuorvir Antini (n. 3844). Praetermittendus quoque non est Pomponius Marsus ille tituli huius Corporis vol. VIII 3787.

Ex litterarum monumentique forma priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7746 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata et scalpro dentato passim dolata, a tergo paululum scabra 22,5 × 60,5 × 13,5. Fuisse videtur pars epistylis ex pluribus partibus olim inter se coniunctis compositi. Litt. affabre insculptae 6–5,5. Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7695. 7712. 7724. 7751. 7760; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



*C(aius) Pompullius  
Faustus sibi et  
coniugi et suis.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 27 n. 1; inde PETREVIC, *Marruvium* 86; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 56–57 n. 44 cum im. phot. tab. XVI fig. 44; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 234. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 158 cum im. phot. tab. XVI fig. 44 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 478.

Puncta triangularia et in formam aculei sagittae incisa.

Nomen gentilicium Pompullii in regione Marsa hic solum occurrit; etiam vide tit. n. 3730, ubi memoratur Pompulla Nemaesis quaedam, de quo vide LETTA, *l. l.* 56 adn. 1, qui non excludit, quin de Pompullia agatur (etiam cf. EUND., in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 26); res autem incerta manet (etiam vide SEGNI, *l. l.*).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7747 = I<sup>2</sup> 3210 tit. sepulcralis

Fragmentum sarcophagi lapidis calcarii cum titulo in fronte levigatum ex tribus partibus inter se coniunctis fere compositum in altero ex lateribus longis inscripto in parte superiore duobus cavis rectangulis ad uncis infingendos aptis, quibus arca cum operculo conectebatur, (36) × (80) × (3,2). Litt. 6,5–6. Rep. a. 1968 in agro vici *San Benedetto dei Marsi* in regione, q. d. *Moletta* vel *Molino di Civita*, in vineto domini *Donato Cerasani*. Servabatur in museo municipalis eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016

titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



*Sa(lvius) Popaiedius Sa(lvi) f(ilius)  
Gallus.*

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1043 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7289; neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1040 [pars sinistra]).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 47–48 n. 37 cum im. phot. tab. XII fig. 37 (*AE* 1975, 304); A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3210 cum im. phot. tab. 74 fig. 5; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 230 n. 235; DUPRAZ, in *Écriture* 218 n. 7. – Cf. D’ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 10 et 4.2; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 95 adn. 34. 107 adn. 10; CERASANI, *Marruvium* 155 cum im. phot. tab. XII fig. 37 (a LETTA); STEK, *Cult places* 161; G. GROSSI, in *Marsica* I 696; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 96.

Puncta triangularia.

Litt. P aperta.

1 *Sa(lvi) f(ilius)* AE.

Nomen gentilicium Popaiedii hic solum occurrit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 147), quod nomen LETTA cum nomine Poppaedii recte coniunxit (cf. supra tit. n. 7705). De praenomine Salvii vide SALOMIES, *Römischen Vornamen* 88–90, ubi tit. memoratur; EUND., in *Prénoms* 33–34.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7748 tit. sepulcralis

Epistylum ut videtur ex lapide calcario a dextra et infra fractum (10 × 32 × ?; litt. 5,5 COLANTONI) fortasse pertinet ad portam Ditis (de quo monumento vide supra ad tit. n. 3324). Rep. m. Apr. a. 1891 in fundo *Atrano* appellato prope vicum *Pescina*. In eodem vico servabatur in aedibus domini *Daniele Morgani*. Periisse videtur. Descripsi ut potui e scheda COLANTONI et ad im. phot. neg. *Sopr. Arch. Chieti*.




Fig. α

Q · POPPA  
D · I · V

Fig. β

Q(uintus) Poppa[e]-  
diu[s - - -]  
- - - - - ?

Fig. α: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5838.

Fig. β: Im. a COLANTONI del.

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistulae missae d. 18 m. Nov. et d. 28 m. Dec. a. 1891 cum ectypo chartaceo); ID., *NS* 1892, p. 32 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 154. 355 adn. 3; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 231 n. 236. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 107. 112; EUND., in *Ricerche archeologiche* 15; G. GROSSI, in *Marsica* I 673.

1 punctum triangulare sursum directum.

Supplevit LETTA, quem sequor, etiamsi, ex eo, quod spatium lacunae a dextra definiri non potest, non est cur excludam, quominus aliter titulus sit supplendus, nempe ex. gr. Q(uintus) Poppa[- - -] | Diu[s - - -] etc. De nomine gentilicio Poppaedii fusius disseruit LETTA, *l. l.* (fontes ad nomen Poppaedii pertinentes quoque recensuit J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* I 17). Etiam cf. supra tit. Marruvinos n. 3775. 3826.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. esse potest.

7749 = *EE* VIII p. 41 n. 164 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (30 × (23) × ?). Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur muro cuidam exteriori affixa pone ecclesiam S. Orantis (Orontis male IHM) in vico *Ortuchio* sitam. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 e scheda DE NINO.

IRIMILL  
MATE · PIE sic  
GISSIMO  
V · AXXIII

Fuit fortasse:

-----  
*Primill[a]*  
*mate(r) pie[n]-*  
*tissimo*  
*[fil(io)], v(icit) a(nnos) XXIII*  
-----?

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO, in *Actis Archivi Romani sign. MPI. AA.BB.AA. Antichità e Scavi. II versamento, 1° serie, b. 11, fasc. 193* (i. e. epistula missa d. 17 m. Oct. a. 1885); ID. apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 487 (= *Mem. Accad. Lincei*, s. 4°, 1, 1885, 661) (= ID., *Scoperte archeologiche* 226) cum im. del.; ex ectypo M. IHM, *EE* VIII p. 41 n. 164; inde C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 222 n. 183.

1–2 supplevit LETTA. – 4 supplevi EGO.

Cuius aetatis sit sub iudice relinquatur.

7750 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (11,5) × (33,5) × 18,5. Litt. penitus insculptae 5,1/4,8. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *Pescina* muro cuidam exteriori affixa stabuli iuxta viam *Principe Amedeo* siti, nunc exstat in eodem vico in aedibus domini *Diocleziano Giardini* sitis iuxta viam *Verdi* sub n. 15, ubi CESARE

LETTA d. 26 m. Iul. a. 1990 descripsit et me certiozem fecit.  
Ibidem CESARE CASTELLANI m. Mai. a. 2018 tit. contulit.




-----  
[et - - -] Q[uet]illa S[e]x(ti) l(iberta)  
[in hoc monumen]to positae [fec(erunt)]  
[patrono liber]tisque eiu[s - - -]  
-----

Im. phot. a DIOCLEZIANO GIARDINI sumpta.  
C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 30–31 n. 19 cum im. phot.  
fig. 15 (AE 2017, 348).

Puncta triangularia. – 1 cognomen *Quetilla* pro *Quietilla*.  
Non sine dubiis recepi supplementa a LETTA proposita.  
Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

## 7751 tit. sepulcralis

Epistylum lapidis calcarii ex quattuor partibus sed quinque fragmentis inter se coniunctis compositum a dextra imminutum in fronte scalpro dentato dolatum a tergo scabrum 22,5 × (213) × 14/13,5. Quattuor tituli insculpti (I–IV) a duabus manibus, quarum prior col. I altera col. II–IV exaravit. Litt. affabre insculptae tit. col. I (6–4,5), minus accurate nec non ad actuaris transgredientes tit. col. II (5–4,3). III (4,6–4,4). IV (4,8–4,5). Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7695. 7712. 7724. 7746. 7760; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



Col. I:

*C(aius) Rabilius Lionida*  
*s(ibi) e(t) s(uis).*

Col. II:

*P(ublius) Titi[u]s P(ubli) l(ibertus) Firmus*  
*sibi et suis.*

Col. III:

*Titia P(ubli) l(iberta) Faci[is]*  
*sibi et suis.*

Col. IV:

*L(ucius) Mammius Procul-*  
*us sibi et suis.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumptae et ope machinae  
computatoriae coniunctae.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 28 n. 5–6 (cf. AE 1961, 111), qui titulos non coniunxit (inde PETREVIC, *Marruvium* 88); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 57–58 n. 45 cum im. phot. tab. XVII fig. 45a–b (col. I–II). 58–59 n. 46 cum im. phot. tab. XVII fig. 46 (col. III). 59–60 n. 47 cum im. phot. tab. XVII fig. 47 (col. IV); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 229 n. 225 (col. IV). 231 n. 237 (col. I–II). 232 n. 247 (col. III); ID., *Epigraphica* 74, 2012, 354–355. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 159 cum im. phot. tab. XVII fig. 45a–b. 46–47 (a LETTA);

S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 473. 479. 482.

Puncta in formam aculei sagittae vel triangularia exarata.  
Col. I: *Lionida* pro *Leonida(s)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 126).

Coniunxi. – Errores ANNIBALDI omisi (vide LETTA, *l. l.*).  
Rabilius hic solum in tota regione Marsa laudatur; Publius Titios alios reperies tit. Marruvinis n. 3763. 3765; tit. n. 3819 Quinti Mammii memorantur (de nominibus Mammii et Titii fusius disseruit SEGENNI, *l. l.* 472–473. 481–482).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. exeunti tribuerim.

## 7752 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in marginibus fracta in fronte scalpro dentato dolata a tergo rudis 64,5 × 48,5 × 14,5. Litt. exiles 4,2–3,2. Rep. casu et fortuito circ. a. 1970 extra vicum *Casali d'Aschi* haud longe a *Gioia dei Marsi* in regione, q. d. *Alto le Tombe*. Servatur in aedibus *Ennio Roselli* in vico *Casali d'Aschi* sitis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.

*Sabellus Aquiaru[m]* (scil. *servus*)  
*vix(it) a(nnis) XXX;*  
*posit Optata*  
*amica de suo;*  
5 *p(osuit).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 167–168 n. 113 cum im. phot. tab. XXXVII fig. 113 (AE 1975, 326); G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 34; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 231 n. 241; REALI, *Amicitia* 157 n. 103. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 449; ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 190; G. GROSSI, in *Marsica* I 441. 603.





Puncta triangularia.


1 *Aquiaru(m)* AE (etiam vide Optatum illum Castriciarum servum tit. n. 7739). – 3 *posit* pro *posuit* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 129. 151).

Cognomen Sabelli (cf. KAJANTO, *Cognomina* 186) et nomen Aquii (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 20; O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 143) rara sunt (cf. Titum Aquium quendam tit. supra n. 7686 c). Amicus alter redit in. tit. Marruvino n. 3683. De re universa praeter REALI, *l. l.*, vide *Aspects of friendship*; M. REALI, in *Corolla Epigraphica* 612–620; N. MATHIEU, in *Société romaine* 373–383; B. BEUJARD, *ibid.* 385–391.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7753 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ad formam portae crasse redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) supra fastigio triangulari praedita undique fracta in fronte perquam fissuris laesa, a tergo rudis (96) × (70/67) × 20,5/15. Litt. 5,5. Rep. circ. a. 1971 extra vicum *Ortucchio* in regione *Arciprete* nuncupata iuxta viam mulis aptam, qua itur inter montes *Mèria* et *Labbrone*. Servatur inter reposita castelli olim gentis *Piccolimini* vici *Celano* (inv. n. 41008), ubi a. 1990 contuli. Ibidem servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras m. Nov. a. 2014, qui im. phot. quoque sumpsit.



*V(ibi)us Salvius V(ibi) f(i)lius.*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta (adde im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 183–184 n. 121 cum im. phot. tab. XLI fig. 121; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 102 n. 278 cum im. phot. tab. LXXVIII fig. 163, qui titulum nondum editum esse est suspicatus; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 231 n. 242. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 cum im. phot. et 4.2; C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 410; G. GROSSI, in *Storia di Ortucchio* 151–152 cum im. phot. tab. XXVIII; G. MESSINEO – G. GROSSI, in *Fucino* I 369. 370; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 41; G. GROSSI, in *Marsica* I 583.

Puncta triangularia sursum directa.


Aulus Salvius Vibii filius Cledus tit. Marruvino n. 3658 quoque memoratur (vide supra).

Forma litterarum ad saec. I ex. a. C. n. saltem adducit, cui tempori ratio nominis casu nominativo exarata (etiam nota Salvium cognomine carere) nec non forma monumenti sane congruunt.

7754 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra cuspidata undique fracta in fronte passim deturpata. In fastigio corona insculpta esse videtur. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *San Benedetto dei Marsi* in ludo litterario *Italice Agrario*, ubi d. 15 m. Iul. a. 1987 CESARE LETTA descripsit et im. phot. quoque sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio

prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*T(ito) Scianio*

*Quadrato*

-----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta (adde neg. *D. A. I. Rom* 83.1041).

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 38 n. 23 cum im. phot. fig. 19 (*AE* 2017, 352).


Puncta triangularia (v. 1) et in formam hederæ distinguentis (v. 2) insculpta.

2 *Scianio* non excludit LETTA; utrumque autem nomen ignotum est (etiam cf. formam Scanii).

Saec. II p. C. n. tribuo.

7755 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra et infra fracta in fronte levigata, a tergo scabra (19) × (22) × 16. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litt. impares 2,5/3,1. Rep. nescio quando prope vicum *San Benedetto dei Marsi* pone domum domini *Vincenzo del Grosso* iuxta viam, qua ad coemeterium itur. Servabatur in museo municipali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----

*Sep[ti]m[us] dul-*

*cissim[us]*

*nus, C(aius) Q[ui]*

*[us]*

-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 33 n. 26 cum im. phot. tab. XI fig. 26; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 232 n. 244. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 153 cum im. phot. tab. XI fig. 26 (a LETTA); STEK, *Cult places* 156.

3 punctum triangulare.

3 nus v(ir?) c(larissimus?) LETTA.

Non sine dubiis hunc titulum in corpore recepi, ex eo, quod in forma litterarum diu aestuavi.

Saec. II vel potius III p. C. n. esse potest.

#### 7756 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario cum fastigio a lateribus acroteriis ornato corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praeditus, a dextra fractus, in fronte et utrimque levigatus, a tergo scaber  $88 \times 91/50 \times 36,5$ . In fastigio insculpta est rosa. In fronte infra titulum mundi muliebris anaglypha sunt efficta, scil. a sinistra gallica, duo balsamaria, cista et vestigium gallicae alterius in latere sinistro duo pectines inter se loro vel habena coniuncti (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effictis vide supra ad tit. n. 3733); in latere dextro exstant vestigia ut opinor duarum cistarum (contra ZIMMER *l. infra l.* est suspicatus vestigia sellae curulis esse). Rep. d. 8 m. Apr. a. 1974 effossionibus ad riguum faciendum institutis in regione, q. d. *Loco*, in praedio domini *Luigi Taglieri* prope vicum *San Benedetto dei Marsi* sito. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 10168), ubi a. 1983 contuli.



*L(ucius) Sextius* <mulieris> *l(ibertus) Albanus* s[ic] *l(ib)er* et *Sabidiae T(iti) l(ib)ertae Euche v(ixit) a[n] (nis) [-]*.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 14488.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 30–31 n. 23bis cum im. phot. tab. X fig. 23bis (AE 1975, 298); A. MARINUCCI, *Epigraphica*

38, 1976, 155 n. 9 cum im. phot. fig. 9a–9b (AE 1976, 193); BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 734–735 adn. 56 n. 4 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 699 adn. 56 n. 3); ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 202. 203 n. 148; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 170 n. 6; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 232 n. 245. – Cf. F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 45, 1976, 728–729; CERASANI, *Marruvium* 152 cum im. phot. tab. X fig. 23bis (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 479. 480; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34 cum im. phot. tab. IX fig. 4 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130); F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15.

Puncta triangularea.

1 *Albanus* omisit AE; – 1 *s(ibi)* ZIMMER. – 2 *a(nnos)* ID.; *a(nnos) - - -* vel *a(nnos) - - -* vel *a(nnos)* L LETTA.

Nomina gentilicia Sextii et Sabidii in titulis Marruvinis non redeunt (de quibus vide, quae scripsit SEGENTI *l. l.*). Ex anaglyphis effictis ZIMMER, *l. l.* non excludit, quominus Lucius Sextius Albanus faber pectinarius et sevir Augustalis fuerit; res autem mihi parum probabilis est (etiam vide PACIFICO, *l. l.*).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7757 tit. sepulcralis

Cippus potius quam stela ex lapide calcario infra fractus  $31,2 \times (40,8) \times 18,5$ . Area titulo inscribendo destinata fascia continua ut videtur cincta erat, quae fascia nunc scalpro dentato vel potius malleo contusa est. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pescina* in aedibus causarum actoris *Guglielmi*, ubi d. 29 m. Iul. a. 1977 ALESSANDRO D'AMATO descripsit et im. phot. sumpsit. Accessui autem clausam descripsi ut potui m. Sept. a. 2016 ex scheda LETTA et ad im. phot.



*Statae*

*Moeniadi*

*Sex(tus) Status*

*Successus*

5 [c]o[n]iugi v(ivus) [f(ecit)].

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Marsica* I 643; C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 29 n. 17 cum im. phot. fig. 14 (AE 2017, 347).

2 *Moeniadi* pro *Meniadi* (cognomen *Menias* rarum). – 5 [coniugi] GROSSI. – 5–6 [c]o[n]iugi v(ivus) [f(ecit)] dubitanter LETTA fortasse autem recte, quem sequor.

Sextus Status Satur quidam tit. n. 3759 memoratur.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7758 tit. sepulcralis

Videtur fuisse tabula ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fracta, in fronte valde pessumdata, a tergo scabra  $(37) \times (38) \times 23,5$ . Area titulo inscribendo destinata exca-

vata fascia continua cincta, cuius partes supra et a dextra servantur, ? × 31. Litt. impares 4. In latere sinistro lancea, a dextra quod superest vexilli vel signi effinguntur. Rep. circ. a. 1950 prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Nunc exstat *San Benedetto dei Marsi* in aedificio intus prope ludum litterarium iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13, ubi CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Q(uinto) Tetaledio*  
*Exoco omni*  
*probisimo*  
-----.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 36–37 n. 31 cum im. phot. tab. IX fig. 31 (AE 1975, 301); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 232 n. 246. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 3; CERASANI, *Marruvium* 154 cum im. phot. tab. IX fig. 31 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 457.

Puncta triangularia.

3–4 *Exoco omni probisimo* pro *Exocho homini probisimo* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139, 145, 147; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183); tit. Albensi n. 7967 laudatur *Exoche* quaedam. De cognomine etiam cf. M. SILVESTRINI, in *Epigrafia e territorio* III 251.

Nomen gentilicium Tetaledii in regione Marsa tantum memoratur (cf. etiam tit. n. 3659; SOLIN – SALOMIES, *Reperitorium*<sup>2</sup> 184).

Forma litterarum ad saec. II ex. p. C. n. vel potius III adducit, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7759 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra cuspidata infra fracta in fronte levigata attamen passim fissuris laesa a tergo paululum scabra supra latior (91) × 55,4–51,5 × 21. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 65 × 48,5. Litt. exiles et impares 6/4,2. Rep. a. 1973 extra *Pescina* in regione, q. d. *Fontamara*, iuxta viam S.S. 83, qua itur ad vicos *Venere* et *Gioia dei Marsi*. Servatur extra vicum *Pescina* in hortulo domini *Carminio Botticchio* sito iuxta viam *Trento* sub n. 1 in praedio cui nomen *La Casella*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut

me certiozem fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit.



*Q(uintus) Trebul[an]us*  
*Magist(er).*

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 944.VW.84.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 149–150 n. 101 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 101; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223 n. 191. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 174 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 101 (a LETTA); ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 191; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21.

1 punctum triangulare sursum directum.

Nomen gentilicium Trebulani hic solum occurrit in tota regione Marsa (de nomine etiam vide P. BUONGIORNO – I. CAO, in *Studi Fulviomario Broilo* 89). Opinor illud *magister* cognomen (cf. KAJANTO, *Cognomina* 320) esse potius quam sacerdotium vel, ut opinatur LETTA, officium quoddam; qui titulus apud H. VON PETRIKOVITS, in *Handwerk* 61–32; EUND., *ZPE* 43, 1981, 285–306 non recensetur (etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132).

Ex forma litterarum punctique saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

7759a tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra rotundatus in fronte umore et fissuris foedatus nec non musco aspersus 40 × 27 × 20/15. Litt. perquam evanidae 3/2,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur loco edito muro exteriori affixus casulae fratrum *Iacobacci* sitae prope *Pescina* in praedio, q. d. *San Pietro*, ubi d. 6 m. Mai. a. 2018 CESARE CASTELLANI et DIOCLEZIANO GIARDINI, scalis mechanicis adplicitis, titulum enotaverunt et me certiozem fecerunt. Descripsi quatenus potui ex im. phot.



[D(is)] M(anibus) [s(acrum)].  
 C(ai) D++++  
 [Fau]sti +V+;  
 [f]ratres fecer(unt).  
 5 L(ucius) +++eius  
 [her]es monu-  
 mentum  
 fieri iussit.

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Litteras in dies magis magisque evanescentes legere sum conatus, quamvis in dubio adhuc maneam.

2, 3, 5 + vestigia litterarum incertarum. – 2 [Fau]sti iun(ioris) temptaverim. – 5 quomodo restituendum sit nomen quod terminatur in -eius incertum.

Memorantur, si recte restitui, Caius D[- -] Faustus fortasse iunior et heres Lucius [- -]eius, qui monumentum sepulchrale, fratribus defunctis disponentibus, fieri iussit.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7760 tit. sepulchralis

Pars sinistra epistylis ex lapide calcario in fronte levigati et passim scalpro dentato dolati a tergo paululum scabri ex pluribus partibus olim inter se coniunctis compositi 22 × (85) × 14,5. Area titulo inscribendo destinata fascia continua cincta 74 × 19,5. Litt. 5,5–4,5. Rep. a. 1931 extra vicum *San Benedetto dei Marsi* prope suburbanum, q. d. *Valle Recia*, in praedio domini *Francesco Morelli* in regione *S. Sabina* appellata sito (vide tit. n. 7695. 7712. 7724. 7746. 7751; etiam cf. tit. n. 3763). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



P(ublius) Varius Parthus et  
 sibi et Avillediae Bass-  
 ae carissimae coiugi <et> suis.

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 27 n. 2 (cf. *AE* 1961, 111), qui autem partem dextram tit. n. 7724 col. III cum hoc titulo haud recte coniunxit (inde PETREVICI, *Marruvium* 86); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 54–55 n. 42 cum im. phot. tab. XVI n. 42; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 249. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 449. 483; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102.

Puncta in formam rosae aculei in initio et in fine v. 1 quoque insculpta.

3 coiugi pro coniugi.

Publius Varius alter tit. Marruvino n. 3695 quoque laudatur; etiam cf. tit. n. 3767. 3845. Nomen Avilledii tit. n. 3760 laudari quoque videtur.

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

7761 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore undique fracta (28) × (30) × 22. Litt. affabre exaratae. Rep. circ. a. 1892 apud ecclesiam *S. Sabinae* in vico *San Benedetto dei Marsi*. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 2010 ex scheda COLANTONI et ad im. phot. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5838.



-----  
 [- -] funu[s - -]  
 [- -]meius Velle[- -]  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5838.

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistula missa d. 18 m. Iul. a. 1892); *id.*, *NS* 1892, 275 n. 1 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 355 n. 5; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 263.

2 punctum in formam circuli insculptum.

Supplevi dubitanter. – 1 de funere quodam fortasse agitur. – 2 subesse videtur ratio nominis quaedam; de nominibus gentilicis quae terminantur in *-meius* vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 234. 483; fortasse *Velle[ianus]*.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

## 7762 tit. sepulcralis

Ara ex lapide calcario undique fracta supra corona cymatio Lesbio ornata praedita in fronte levigata passim autem deturpata (24) × (35) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars servatur superne et a sinistra. Litt. 3,5–3,3 (litt. C v. 2 minoris mensurae 1,8). Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *San Benedetto dei Marsi*. Servatur muro cuidam exteriori immissa ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem exstat ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras m. Apr. a. 2016, qui im. phot. quoque sumpsit.



Vetilia Mars[a]  
Vetiliae Helic[ae]  
et P(ublio) Egnatio [---]  
[---]T[---]  
-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

COLANTONI, *ms.* II f. 34v n. 6 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafi dei Marsi* 125–127 n. 86 cum im. phot. tab. XXVII fig. 86 (AE 1975, 319); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 250. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 169 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 86 (a LETTA); S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 484; G. GROSSI, in *Marsica* I im. phot. p. 654.

Puncta triangularia. – Litt. T supra versum egrediens.

3 ET ◦ P ◦ EGNATIO COLANTONI; C(aio) pro P(ublio) LETTA. – 4 omisit COLANTONI.

Nomina gentilicia Vetilii et Egnatii in regione Marsa hic solum laudantur. De Egnatiis etiam vide O. WIKANDER, *Opuscula Rom.* 18, 1990, 207–211. De cognomine Marsi/Marsae fusius disseruit LETTA, *l. l.* 112 (etiam vide supra ad tit. n. 7678. 7684. 7732).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. vel paulo postea tribuerim.

## 7763 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata undique levigata 48 × 47 × 19. Litt. 6–5. Rep. a. 2000 in platea, q. d. *Monumento vici Lecce nei Marsi*. Ibidem servatur ubi a. 2010 contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2016 tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



Vettia P(ubli) l(iberta)  
Euterpe  
delicium  
vix(it) an(nis) XIII.

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Aulo Virgilio Marso* 73 cum im. del. fig. 17; ID., in *Marsica* I 489 cum im. phot. p. 492.

Puncta triangularia.

Vettios fusius in tit. regionis Marsae invenies. Delicia vel etiam delicatos in titulis regionis IV passim reperies (de quibus vide H. S. NIELSEN, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 19, 1990, 79–88; V. LA MONACA, in *Est enim ille flos Italiae* 211–218; EAND., *Epigraphica* 69, 2007, 169–180; EAND., *Anc. Soc.* 43, 2013, 191–212).

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I ex p. C. n. et II in. tribuerim.

## 7764 = EE VIII p. 41 n. 163 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur potius quam plinthus ex lapide calcario 61 × 130 × 17. Rep. a. 1886 in praedio domini *Silvestro Ippoliti* sito in regione, q. d. *la Civita*, haud longe a *San Benedetto dei Marsi*. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 e scheda DE NINO.

sic      ¶VP · VETTIA · T · F · PRIMA · VIXIT  
ANNOS · V

◁P▷up(illa) Vettia T(iti) f(ilia) Prima vixit  
annos V.

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 86 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 231); CANALE PAROLA, *ms.* IV (i. e. epistula missa d. 12 m. Ian. a. 1887); FIORELLI, *NS* 1887, 291 ad ectypum missum a CANALE PAROLA; ex ectypo M. IHM, *EE* VIII p. 41 n. 163; inde DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4307; PETREVICIC, *Marruvium* 90; C. LETTA, in *Epigrafi dei Marsi* 354; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 222 n. 182. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 107; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8.

1 *pup(illa)* solve potius quam *pup(a)*; vide SALOMIES, *Vornamen* 63–66, ubi hic titulus quoque laudatur.

Vettios fusius in tit. regionis Marsae invenies.

Non excludo, quominus saec. I in. p. C. n. esse possit.

## 7765 tit. sepulchralis

Cippus levigatus ex lapide calcario in formam columnae redactus undique fractus supra anaglypho floris octo foliis ornatus (vide supra tit. n. 7701. 7708. 7751) (25) × circ. 36 diam. Litt. affabre insculptae 5,2. Rep. in vico *San Benedetto dei Marsi* m. Nov. a. 1970 in effossionibus ad castra stativa militum libertatis custodum, scil. Italice *Carabinieri*, erigenda institutis iuxta viam *Vittorio Veneto* sita. In eodem vico servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope "domum Romanam" iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α



Fig. β

[–] Veturi L(uci) f(ili) Rufi.

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 83.1031–1032. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 101 n. 62 cum im. phot. tab. XXII fig. 62 (*AE* 1975, 310); I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 198 n. 8; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 251. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 19; CERASANI, *Marruvium* 163 cum im. phot. tab. XXII fig. 62 (a LETTA); S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 484, 493.

Puncta triangularia.

Titus Veturius Lucifer et Titus Veturius Communis tit. Marruvino n. 3769 laudantur (de nomine vide, quae scripsit SEGENNI, *l. l.*).

Ex forma monumenti litterarumque saec. I p. C. n. est tribuendus.

## 7766 tit. sepulchralis

Tabula ex lapide calcario cum pseudo acroteriis floralibus undique in usum posteriorem recte scissa in fronte levigata nec non scalpro dentato passim dolata (57) × (32,5) × ?. Area titulo inscribendo destinata fascia continua supra et ab utroque latere cincta 42 × 31. Litt. cornibus praeditae 4–3. Rep. in vico *San Benedetto dei Marsi* m. Sept. a. 1954 in sepulcro, q. d. *alla cappuccina*, ubi nummi forsitan aetatis Hadriani in lucem quoque sunt detecti, in effossionibus ad domum aedificandam domini *Erminio di Genova* institutis iuxta viam *Vittorio Veneto* sub n. 85. Servatur muro cuidam exteriori affixa domus eiusdem, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* muro cuidam exteriori affixum domus nunc dominae *Adriana Di Genova* iuxta eandem viam sub n. 81 sitae et im. phot. quoque sumpsit.



D(is) M(anibus) s(acrum).

Victori in-  
fanti dul-  
cissimo q-

5 ui vixit an(nis)

VI m(ensibus) III d(iebus) XV,

Q(uintus) Accaeus

Borystenes

et Europe

10 filio b(ene) m(erenti) p(osuerunt).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

PETREVIC, *Marruvium* 136; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 107–109 n. 68 cum im. phot. tab. XXV fig. 68 (*AE* 1975, 315); [S.N.A.], in *Marruvium* 58; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 252. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 7 et 4.2; CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXV fig. 68 (a LETTA); S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 459–460. 486; G. GROSSI, in *Marsica* I 712.

Puncta triangularia.

8 *Borysthenes* pro *Borysthenes* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 147; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183), de quo raro cognomine cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 697 et tit. huius Corporis vol. X 2013.

Nomen gentilicium Accaei non redit in aliis tit. Marruvii repertis. In regione Paeligna fusius invenies nomen Accavi vel Accai.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7767 = *EE* VIII p. 42 n. 169 tit. sepulcralis

Tabula (vel potius plinthus) ex lapide calcario undique fracta ? × 58 × ?. Rep. a. 1885 in regione, q. d. *Giurlanda* vel *Castelluccia*, qua vergit ad occidentem prope vicum *Gioia dei Marsi*. Servabatur in aedibus domini *Alesj*, ubi descripsit A. DE NINO. Periisse videtur. Contuli ut potui a. 2010 e scheda DE NINO.

T · VINCVIVS · V · F · CELERIO

*T(itus) Vinucius V(ibi) f(ilius) Celerio.*

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 487 cum im. del. (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 226); ex ectypo M. IHM, *EE* VIII p. 42 n. 169; inde C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354; G. GROSSI, in *Casali d'Aschi* 41; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 222 n. 185. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 124; G. GROSSI, in *Marsica* I 452.

Vinucios alios in regione Marsa non invenies; attamen vide tit. n. 7044 Interpromii repertum, ubi laudatur Titus Vinucius Tituli filius quidam, qui saec. I medio a. C. n. una cum quinque collegis cultui dei Martis praefuit et fornicem nec non parietes caementicios ex pagi decreto faciendos curavit probavitque.

Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

7768 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis composita marginibus fracta, in fronte magna ex parte rudis a tergo scabra (139) × (77) × 17. Titulus in fascia levigata incisus. Litt. 7/6,7. Rep. a. 1960 circ. extra vicum *Ortona dei Marsi* in effossionibus ad fundamenta aedium domini *Armando di Benedetto* fodienda in sepulcro eiusdem fere aetatis adhibita. Servatur in aedibus eiusdem domini, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.

*Q(uintus) V(i)vius P(ubli) f(ilius) Ser(gia) Rufus.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 153 n. 103 cum im. phot. tab. XXXV fig. 103; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 254. – Cf. G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 531; EUND., *Tribù* V1011; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37.

Puncta triangularia.


VIVS, quam formam anomalam LETTA, *l. l.*, *V(i)vius* correxit (etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 129), i. e. *Vivius* pro *Vibius* (cf. ex gr. tit. huius Corporis vol. VI 3144. 28832a. 28857. 37103, 2).



Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit vel paulo antea.

7769 tit. sepulcralis

Tabula ex marmore undique fracta in fronte levigata a tergo scabra (18) × (23,5) × 12. Litt. affabre insculptae 4,5. Rep. nescio quando in vico *San Benedetto dei Marsi* pro gradu scalarum adhibita in tugurio quodam prope ludum litterarium sito. Servabatur in museo municipali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope "domum Romanam" iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
[- -]manae  
-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 110 n. 71 cum im. phot. tab. XXIII fig. 71; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 231 n. 239. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXIII fig. 71 (a LETTA).

Punctum in formam aculei rosae incisum.

[ - - Ro]manae dubitanter LETTA. De nomine gentilicio vel de cognomine in [- -]manus finientibus agitur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 278. 464).

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

7770 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere fracta undique levigata 50 × (57) × 16. Litt. evanidae 8/7. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pescina* in receptaculo domini *Marco Puglielli* iuxta viam *Pignanici* sito, qui exstat in area ecclesiae nunc dirutae S. Mariae in *Apinianico*, ubi a. 2011 contuli. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit.



[ - -]naeo Q(uinti) l(iberto)

++++++

-----

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Marsica* I 666 cum im. phot. fig. 4 p. 668.

Puncta triangularia. – 2 + vestigia litt. incertarum.

De nomine gentilicio, quod in [- -]naeus terminatur, cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 222. 493. Quintus Pompeianus Nicia quidam laudatur tit. Marruvino n. 3749; etiam cf. tit. n. 3750.

Quin primae aetatis imperatoriae fuerit, non excludo.

7771 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus undique fractus supra fortasse anaglypho serpentis flexu sinuoso exsculpto praeditus (vide supra ad tit. n. 3735) (33) × (33,5 basis – 33 arcus) × (16,5). Litt. 3,5/4,2. Infra titulum incisum in fascia marginata exsculpta est ascia (de quo anaglypho vide supra ad tit. n. 3650); vestigium anaglyphi alterius ibidem insculpti inspicere mihi videtur (excludendum non est, quin de ascia altera agatur). Rep. nescio quando prope ecclesiam paroecialem vici *San Benedetto dei Marsi* in operibus ad fundamenta aedium domini *Giuseppe Andretti* fodienda institutis ibidem sitarum iuxta viam *Capo Croce*. In eodem vico in aedibus *Andretti* servatur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



[ - -]rius de suo.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 37–38 n. 32 cum im. phot. tab. IX fig. 32; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 197 n. 6 (*AE* 1982, 225); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 253. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 154 cum im. phot. tab. IX fig. 32 (a LETTA).


Puncta triangularia.

Quomodo cognomen quod terminatur in *-rius* recte restituendum, incertum est (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 449–450; SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1541).

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. adducit.

7772 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a sinistra et infra fracta in fronte perquam adesa. Rep. nescio quando loco incerto. Servari videtur *Pescina* in receptaculo domini *Marco Puglielli*, quod exstat in area ecclesiae nunc dirutae S. Mariae in *Apinianico*. Contuli ut potui a. 2011 ex scheda et ad im. phot. GROSSI.



-----  
[ - -]rio l(iberto).

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Marsica* I 667 cum im. phot. fig. 2 p. 667.

Punctum triangulare.

[ - -]iol[- -] vel [ - -]io.l[- -] GROSSI.

Forma litterarum, de qua attamen in dubio adhuc maneo, ad saec. III p. C. n. adducit.



## 7773 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore undique fracta in fronte levigata (44,5) × (18) × ?. Litt. affabre insculptae 14–10. Rep. nescio quando loco incerto in regione inter vicus *San Benedetto dei Marsi* et *Pescina* sita. Servatur *Pescina* muro cuiusdam exteriori affixa casulae cuiusdam sitae iuxta viam *dei Mille* sub n. 14 appellatam, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem adhuc servatur ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit.



[ - - ] P(ubl-) + [ - - ]  
[ - - ] Au]g(usti) [(ibert-) [ - - ]  
-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 125 n. 85 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 85; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 233 n. 255. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 169 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 85 (a LETTA); S. SEGENTI, in *Epigrafia e territorio* VII 141.

Puncta triangularia.

1 + vestigium litterae hasta acclivi et recta insculptae, inde litt. V fuisse videtur. – 2 [ - - ]G I[ - - ] LETTA.

Supplementa incerta manent, eo magis quod nescio utrum ratio nominis casu nominativo an casu dativo posita sit.

Forma litterarum punctorumque ad saec. I p. C. n. adducit.

## 7774 tit. fortasse sepulchralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (33) × (62,5) × 16. Litt. inter lineas ad delineandum ductas 6,5/3,8. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *San Benedetto dei Marsi* in ludo litterario *Italice Agrario*, ubi d. 20 m. Aug. a. 1984 CESARE LETTA descripsit et im. phot. quoque sumpsit. Gratias ago maximas amico LETTA, qui me m. Sept. a. 2016 officiose certiore fecit. CESARE CASTELLANI per litteras d. 12 m. Nov. a. 2016 asserit tabulam exstare inter reposita ludi litterarii iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13 siti.



-----  
[ - - ] in]nocentissim[o - - ]  
[ - - ] probato spae]cie e[ - - ]  
[ - - ]eris splendidissim]i [ - - ]  
[ - - ]ncto quem iniqu]a [ - - ]  
5 [ - - ]I]S[ - - ]  
-----?

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 35–38 n. 22 cum im. phot. fig. 18 (AE 2017, 351).

Nota altitudinem litterarum v. 1 et v. 4. Puncta triangularia. – 2 spae]cie pro specie.

Supplementa incerta manent. Ex. gr. LETTA hoc modo: ----- | [patrono in]nocentissim[o, omnibus] | [civibus vel municipibus] probato, sp[a]ec]ie e[ ]t impensa | [cuiusque mun]eris splendidissim]i [municipi] | [Marsorum fu]ncto, quem iniqu]a [mors vel sors mox] | [abstulit - - ] honor]is [causa]. Attamen, ex coniectura ALFREDO MARIO MORELLI ad ipsum LETTA per litteras facta, excludendum non est, quin de titulo nempe commatico agatur, inde v. 1–4 legi puta possunt [puero vel filio in]nocentissim[o - - ] | [pulcra] probato sp[a]ec]ie e[ ]t dignis moribus, | [ornatu gen]eris splendidissim]i [edito], | [vita fu]ncto, quem iniqu]a [sors leto dedit]. Titulum, in quo *prosa affettiva* legitur, sepulchralem fuisse opinor, ut me certiore fecit amicissimus MATTEO MASSARO.

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. adducit.

## 7775 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore undique fracta in fronte et a tergo levigata (15) × (22) × 6,5. Litt. profunde incisae cornibus praeditae 3,1. Rep. circ. a. 1970 in vico *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem in museo municipali a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Attamen m. Apr. a. 2016 CESARE CASTELLANI titulum frustra quaesivit.



-----?  
[ - - ]PERE] V+ [ - - ]  
[ - - ]ind]ustriaq[ue - - ]  
[ - - ]E] pro[ - - ]  
-----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 109–110 n. 70 cum im. phot. tab. XXIII fig. 70; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 225 n. 198; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 353–352 cum im. phot. fig. 13. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1; CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXIII fig. 70 (a LETTA).

3 vestigium puncti cuiusdam.

1 + vestigium litt. incertae. – 2 [ - - ]Hi]striaq[ - - ] LETTA. – 3 [ - - ]E]pro[ - - ] LETTA, qui suspicatur de supplemento *provincia* - - ].

Supplementa incerta manent.

De nomine gentilicio Histrii vel de regione Histriana vel etiam de civitate Histria appellata in Ponto coniecit LETTA, qui praeterea non excludit, quin cursus quidam in titulo sit exaratus. Mea autem sententia agitur de titulo, in quo nominatur vir vel femina, cuius merita et beneficia locutionibus formulisque nonnullis adhibitis enumerantur.

Saec. II p. C. n. esse videtur.

7776 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in formam columnae redactus crepidine prominente praeditus undique pessumdati supra anaglypho floris exsculpto ornatus (54,5) × (26,2 basis – 18 circ. supra). Litt. 3/2,8. Infra titulum incisum est anaglyphum quoddam. Rep. a. 2008 S. *Benedetto dei Marsi* iuxta viam *Pace* in effossionibus ad aquae ductum reficiendum institutis. CESARE LETTA titulum m. Sept. a. 2015 descripsit S. *Benedetto dei Marsi* in viridario domini *Giovanni Luca* et me comiter certiore fecit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 tit. recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



[ - - ]RVIV[.]Q+[.]VMV[.]ARVS  
vixs[i]t an[n]is  
XXI.

Im. phot. a C. LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Fucino* VI 281–282 n. 1 cum im. phot. fig. 1.

Puncta distingui nequeunt.


2 vixsit pro vixit.

Sequor LETTA, qui non excludit, quominus v. 1 quamquam dubitanter sit restituendus vel [Q(uintus)? Ce?]rviu[s] Q(uinti) [(ibertus) [D]umn[om]arus (de cognomine ex. gr. cf. tit. AE 1974, 482 [Dunomarus]; 2010, 1347 [Dumnomara]; etiam vide infra ad tit. Lucensem n. 3899, ubi laudatur cognomen celticum Ecretumari) vel [- Ce?]rviu[s] op[t]um[us] c]arus. Nomen gentilicium Cervii si recte suppletum redit tit. Supini rep. n. 7810 [Pe(tro) C(e)rv(i)os] et 7824 [Q(uintus) Cervius Sēx(ti) f(ilius) Ser(gia)]. Attamen tota res incerta manet.

Ex forma litterarum saec. I ex. a. C. n. vel etiam saec. I in p. C. n. tribuerim.

7777 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a sinistra et infra fracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (24) × (24) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra tantum servatur. Litt. exiles 3,9. Rep. m. Aug. a. 1969 in vico *San Benedetto dei Marsi* in operibus ad aquarum deductionem faciendam iuxta viam *Vittorio Veneto* institutis haud longe a platea ecclesiae paroecialis. Servabatur in museo municipali *San Benedetto dei Marsi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
[cum qua vel cum quo si]ne  
[ulla qu]erel(a)  
[vi]xi.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 102 n. 63 cum im. phot. tab. XXIII fig. 63; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 234 n. 257. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 10.1 n. 16; CERASANI, *Marruvium* 164 cum im. phot. tab. XXIII fig. 63 (a LETTA); BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 353.

Supplevi non sine dubiis, eo magis, quod spatium lacunae a sinistra incertum manet. – [- -]ne | [- -]erel | [- -]I LETTA. – 2 [qu]erel(la) quoque non excludo.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

7778 tit. sepulcralis

Pars coronae cippi cuiusdam ex lapide calcario undique fracta fastigio praedita, cuius servantur a sinistra acroterium et corona foliis ornata, in fronte levigata a tergo rudis (28,5) × (26) × (20,5). Superest fascia, quae circumscribebat aream titulo inscribendo destinata. Litt. 4,5. Rep. nescio quando prope vicum *San Benedetto dei Marsi* iuxta viam, qua itur ad coemeterium haud longe a cruce. Servabatur in museo municipali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Nunc exstat *San Benedetto dei Marsi* in aedificio intus prope ludum litterarium iuxta viam *San Cipriano* sub n. 13, ubi CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*D(is) M(anibus) [s(acrum)].*

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1039.  
C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 33–34 n. 27 cum im. phot. tab. XI fig. 27; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 234 n. 256. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 153 cum im. phot. tab. XI fig. 27 (a LETTA).

Punctum triangulare.

Forma litterarum ad saec. II ex. p. C. n. saltem adducit.

## 7779 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte scalpro dentato dolata (18) × (22) × ?. Lit. 6,5. Rep. *San Benedetto dei Marsi* nescio autem quando. M. Apr. a. 2016 tit. CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* muro cuidam exteriori immissum villae communalis iuxta viam *Giovenco* sitae et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
[ - - ] ex [testamento]  
[ - - ] fi[eri] iussit].

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.  
2 punctum triangulare.  
Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

## 7780 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur supra a dextra et infra fracta (37) × (32,8) × ?. Litt. 6/5. Rep. nescio quando loco incerto. CESARE LETTA aestate a. 1978 tit. descripsit *Pescina* una cum ALESSANDRO D'AMATO et GIUSEPPE GROSSI muro cuidam insertum coemeterii. Postea periisse videtur. Descripsi m. Sept. a. 2016 ex scheda LETTA.

-----  
p[osuit]  
ex t[estamento].

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 30 n. 18.  
Supplementa a LETTA recepti.  
Aetatis imperatoriae incertae.

## 7781 tit. sepulcralis

Cippus ut videtur ex lapide calcario undique fractus in fronte perquam adesus (50) × (67) × ?. Litt. exiles cornibus praeditae 6. Rep. circ. a. 1897 in agro vici *Pescina* a domino *Luigi Angelo Caricatore* in effodiendo praedio sub fundo, q. d. *Capocroce di Cardito* vel *Peschio Muraturo*, haud longe a sepulcreto quodam Romanae aetatis. Servatur *Pescina* muro cuidam exteriori immissus ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Ibidem m. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
in fr(onte) p(edes) XV  
in ag(ro) p(edes) XVI s(emis).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.  
COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistulae missae d. 5 et 14 m. Apr. a. 1897); ID., *NS* 1897, 202 n. 3 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 139 n. 92 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 92; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 234 n. 259. – Cf. A. STEIN, *Bursians Jahresbericht* 144, 1909, 283; CERASANI, *Marruvium* 171 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 92 (a LETTA); ANTOLINI, *Iscrizioni* 86 adn. 191; G. GROSSI, in *Marsica* I 677 cum im. phot. p. 654.

Puncta triangularia.  
Litterarum forma ad saec. II p. C. n. adducit.

## 7782 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fracta in fronte levigata (62) × 41 × ?. Litt. 3,5-3. In lucem rediit a. 1998 in operibus ad ecclesiam S. Mariae olim S. Nicolao dicatam reficiendam institutis in vico *Carrito*. Ubi exstet ignoro. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda GROSSI et ad im. phot.



-----  
 [- - -]cariss[-  
 imā[e - - -]  
 ossa si[ta];  
 v(ixit) a(nnis) XIIX.

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Marsica* I 551 cum im. phot. p. 553.

Puncta triangularia.

2 *Clmii*[- - -] GROSSI.

Primae aetatis imperatoriae.

## 7783 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et infra et a sinistra fracta, in fronte perquam adesa, a tergo rudis (24) × (20) × 16. Litt. 4/3,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pescina* in receptaculo domini *Marco Puglielli* iuxta viam *Pignanici* sito, qui exstat in area ecclesiae nunc dirutae S. Mariae in *Apinianico*, ubi a. 2011 contuli. Ibidem adhuc servatur, ut me certiozem fecit CESARE CASTELLANI per litteras d. 8 m. Dec. a. 2016, qui titulum denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit.



-----  
 [- - -]atus  
 [- - -]lius  
 [- - -]atri  
 [- - -] + [- - -]  
 -----?

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Marsica* I 666 cum im. phot. fig. 2 p. 669.

Puncta triangularia in fine versus quoque insculpta.

1 + vestigium litt. incertae. – 3 [- - -] *m*]atri vel [- - -] *p*]atri vel [- - -] *fr*]atri (de tribuno quodam haud recte suspicatus GROSSI). – 4 + est hasta recta.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

## 7784 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta in fronte levigata (19) × (11,5) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto prope vicum *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem exstabat muro cuidam exteriori affixa in domuncula domini *Del Grosso*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Nunc domuncula funditus eversa.



-----?  
 A[- - -]  
 A[- - -]  
 M[- - -]  
 +[- - -]  
 -----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 34 n. 28 cum im. phot. tab. XI fig. 28; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 261.

– Cf. CERASANI, *Marruvium* 154 cum im. phot. tab. XI fig. 28 (a LETTA).

4 + aut O aut Q.

Forma litterarum, quae exstant, saec. II p. C. n. esse videtur. Res autem tota incerta manet.

7785 tit. sepulchralis

Fragmentum ex lapide calcario fortasse pertinens ad cippum supra rotundatum in fronte levigatum (8) × (16,5) × (3,5). Litt. 4,5. Rep. circ. a. 1970 in vico *San Benedetto dei Marsi*. Ibidem servabatur in museo municipali, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
[---]ER G[---]  
[---]+[---]  
-----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 109 n. 69 cum im. phot. tab. XXIV fig. 69; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 199 n. 11. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXIV fig. 69 (a LETTA); FORNI, *Tribù* Y1127; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37.

Punctum triangulare.


2 + vestigium litt. incertae.

Supplementa incerta. – 1 LETTA non excludit, quamquam dubitanter, [---] *S(er)gia* scil. *tribu*, cum quo consentiunt FORNI et EGO, *l. l.* In dubio autem maneo, cum aliter supplere potuerim, cogitans ex. gr. de vocabulo compendiato *conservi/conservae* vel etiam *servi/servae* casu nominativo vel dativo posito; inde illud G initium cognominis cuiusdam esse videtur.

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. adducit.

7786 tit. incerti generis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo decussata (20) × (26,5) × circ. 11,5. Litt. affabre insculptae 8,5. Rep. inter a. 1970 et 1971 in vico *San Benedetto dei Marsi* in operibus ad aquarum deductionem faciendam institutis. Servabatur in museo municipali *San Benedetto dei Marsi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Apr. a. 2016 titulum CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



[---]ERVA[---]  
-----

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 111 n. 72 cum im. phot. tab. XXIV fig. 72; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 262. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 165 cum im. phot. tab. XXIV fig. 72 (a LETTA); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 280 adn. 240; G. GROSSI, in *Marsica* I 690.

[*Min*]erva dubitanter LETTA (cum quo consentit GROSSI), qui etiam de supplemento [*N*]erva cogitavit, inde opinor, ex eo, quod nomen Nervae v. 1 nominatum est, titulum ad Nervam vel ad divi Nervae filium Nervam Traianum non ad aliquem ex posteris eorum spectare. Res autem tota incerta manet; nam quod superest ad nominis rationem quandam spectare quoque potest (de nomine Cervarii, quod nomen laudatur tit. *Marruvino* n. 3688, vel Servaei vel sim. quoque cogitavisset). Deam *Minervam* requirere nolui.

Forma litterarum ad temporis spatium inter saec. I ex. p. C. n. et II in. comprehensum adducit.

7787 tit. fortasse sepulchralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte passim deturpata (26,5) × (24) × 17. Litt. 7/6,9. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *San Benedetto dei Marsi* in aedibus (scil. *casino*) *Cambise-Sabatini* (cf. tit. n. 3719. 3725. 3735–3736. 3757); nunc exstat in stabulo domini *Colombo Cerasani* sito in eodem vico iuxta viam *Diaz*, ubi d. 17 m. Apr. a. 1979 CESARE LETTA descripsit et im. phot. sumpsit, quam mihi comiter suppeditavit.



-----?  
[---]+ ÌM[---]  
[---] C [---]  
-----

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 45–46 n. 28 cum im. phot. fig. 24.

Puncta in formam trianguli (v. 1) et hederæ (v. 2).

1 + est hasta recta; quin illud *im[- -]* ad vocabulum *Im[p(erator)]* pertinere possit, LETTA non excludit. Litterae ad saec. II p. C. n. adducunt. Aetatis imperatoriae incertae.

7788 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (25) × (19/15) × 12. Litt. cornibus notatae 4,5/4. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *San Benedetto dei Marsi* in ludo litterario Italice *Agrario*, ubi d. 15 m. Iul. a. 1987 CESARE LETTA descripsit et im. phot. quoque sumpsit et in aedibus olim municipalibus d. 5 m. Sept. a. 2013. M. Apr. a. 2016 tit. CESARE CASTELLANI denuo recognovit *San Benedetto dei Marsi* in aedificio prope “domum Romanam” iuxta viam *Vittorio Veneto* sito et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
 [- -]L[- -]  
 [- -]MAR[- -]  
 [- -]us T+[- -]  
 [- -]R+[- -]  
 -----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 39–40 n. 24 cum im. phot. fig. 20.

4 puncta in formam virgulae acclivis insculpta.

Supplementa incerta manent. Attamen LETTA temptavit quamquam dubitanter haec, scil.: 2 [- -] *Mar[ruvium - -]* vel initium nominis ex. gr. *Mar[cius - -]* vel *Mar[ius - -]* vel etiam initium cognominis, puta, *Mar[cellus]*, *Mar[tialis]*, *Mar[sus]* etc. casu dativo posita; 3 [- -] *us T(it)i f(ilius)*; 4 [- -] *r(eficiundum) [c(uravit)]* vel [- -] *r(ei) [p(ublicae) d(edit)]* vel [*h(onore)] r(ecepto) [i(mpensam) r(emisit)]* vel etiam [- -] *eq(ues)] R(omanus) [- -]*.

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I labens p. C. n. et saec. II in. comprehenso tribuerim.

7789 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Rep. circ. a. 1888 *San Benedetto dei Marsi* nescio autem quo loco. Descripsi m. Apr. a. 2016 ut potui ex im. ab E. CANALE PAROLA delineata. Gratias ago CESARE CASTELLANI qui me certiore fecit.

**MITI  
FILI**

-----  
 [- -]MITI[- -]  
 [- -]FILI[- -]  
 -----

Im. a CANALE PAROLA del.

CANALE PAROLA, *ms. IV*, i. e. epistula missa ad GIUSEPPE FIORELLI d. 1 m. Aug. a. 1888.

Supplementa non temptavi. Videtur fuisse tit. sepulcralis filio cuidam positus, attamen excludendum quoque non est, quin filii titulum posuerint.

Aetatis imperatoriae incertae.

7790 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam adesa (30) × (12) × ?. Litt. exiles 5. Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *San Benedetto dei Marsi*. Servatur muro cuidam exteriori immissa ante ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae Gratiarum sito in vico *Pescina*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



-----?  
 [- -]NHA[- -]  
 [- -]ATI+[- -]  
 [- -] T+[- -]  
 [- -]E[- -]  
 -----?

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 127 n. 87 cum im. phot. tab. XXVII fig. 87; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 264. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 169 cum im. phot. tab. XXVII fig. 87 (a LETTA); G. GROSSI, in *Marsica* I im. phot. p. 654.

3 punctum triangulare.

2 + esse potest litt. C. – 3 + esse potest litt. H.

Supplementa incerta. – 2 de nomine gentilicio Peticii dubitanter cogitat LETTA, cum quo S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 477 quoque consentit.

Litterae saec. II p. C. n. saltem esse videntur.

7791 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (18) × (17) × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta, cuius pars infra servatur. Litt. 6.5. Rep. nescio quando fortasse prope vicum *San Benedetto dei Marsi* in regione *le Corna* vulgo appellata. Servabatur usque ad a. 1971 apud eundem vicum in aedibus gentis olim *Sabatini* nunc *Camillo Cerasani*, ubi ALESSANDRO D'AMATO contulit et im. phot. sumpsit. Descripsi a. 2010 quatenus potui ex LETTA.



-----?

[- -]+ NO[- -].

Im. phot. a C. LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 25 n. 19 cum im. phot. tab. VII fig. 19; inde BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 265. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 4.2; CERASANI, *Marruvium* 151 cum im. phot. tab. VII fig. 19 (a LETTA – D'AMATO); G. GROSSI, in *Marsica* I 715.

Supplementa non temptavi.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

7792 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (44) × (40) × ?. Litt. circ. 6. Rep. nescio quando loco incerto in vico *San Benedetto dei Marsi*. Usque ad a. 1975 servabatur in aedibus quondam domini *Pasquale Di Genova*. Descripsi ut potui a. 2010 ex scheda LETTA et denuo contuli ad im. phot.



-----  
[- -]N+O[- -]  
-----

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 112–113 n. 74 cum im. phot. tab. XXIV fig. 74; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 236 n. 267. – Cf. CERASANI, *Marruvium* 166 cum im. phot. tab. XXIV fig. 74 (a LETTA).

+ fuit I vel etiam T supra versum egrediens.

De nominibus gentiliciis Annii, Ninnii dubitanter cogitat LETTA; etiam cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 463. 475; EAND., *Epigraphica* 58, 1996, 150–151.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7793 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario (71) × (27) × 35,5. Rep. a. 1886 in praedio domini *Silvestro Ippoliti* sito in regione, q. d. *la Civita* haud longe a *San Benedetto dei Marsi*. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2010 e scheda DE NINO.

∨ G  
F S T A  
▲ ✱

-----  
[- -]NG[- -]

[- -]FSTA[- -]  
-----

Im. del. a DE NINO sumpta.

A. DE NINO, in *Actis Archivi Romani sign. MPI. AA.BB.AA. Antichità e Scavi. II versamento, 1° serie, b. 12, fasc. 200*; ID. apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 86 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 231); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 219. 354 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 236 n. 268.

Quid subsit mihi non liquet. LETTA, *l. l.* non excludit, quominus illud [- -]FSTA[- -] quodam modo cum *F(i)staniensis* tituli n. 3856 aequandum. Attamen [- -] *f(i)lius* Sta[- -] legere potuissem. Res tota incerta manet, eo magis, quod [- -]E<sup>5</sup>STA[- -] legi quoque potest.

Cuius aetatis sit, nescio.

7794 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte fracta. Rep. nescio quando in agro vici *San Benedetto dei Marsi*. Periisse videtur. Descripsi ut potui ex scheda CESARE LETTA, qui pendet ex VINCENZO D'ARPIZIO, qui titulum inspexit a. 1953 prope ecclesiam eiusdem vici.

OC[- -]VIC

D[- -]XV

OC[- -]E+O

O[- -]II

5 Q[- -]MVS

EAS[- -]E[- -]AS

H[- -].

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 42 n. 35; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 235 n. 266.

Supplementa incerta manent.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7795 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (8,5 × 13 × ?; litt. 7 COLANTONI) rep. nescio quando in fundo *Corsano* appellato prope vicum *Pescina*. Periisse videtur. Descripsi ut potui e scheda COLANTONI.



-----  
 [ - - ]PAV[ - - ]  
 -----

Im. phot. ectypi a COLANTONI sumpta.

COLANTONI, *ms.* III (i. e. epistula missa d. 28 m. Dec. a. 1891 cum ectypo chartaceo); ID., NS 1892, 33 n. 3 cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 355 n. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 236 n. 269.

Utrum gentilicium an cognomen an vocabulum ex. gr. pavimentum sit, incertum.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

#### 7796 tit. sepulchralis

Stela lapidis calcarii olim cuspidata ex duabus partibus (a-b) inter se non coniunctis fracta in fronte aetate recentiore dolata crass. c. 12. Frg. a i. e. pars superior: (50) × (42); frg. b i. e. pars inferior: (57) × (42,5). Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta ? × 36. In latere dextro vestigium speculi cuiusdam effictum esse videtur. Litt. 10/9. In fronte frg. a a. 1932 incisa sunt verba [ - - Mussolini ] | MCMXXXII ◦ A ◦ X (verba v. 1 post d. 25 m. Iul. a. 1943 erasa sunt). Rep. casu et fortuito a. 1979 *San Benedetto dei Marsi* in fossa quadam sita ad km 19,84 iuxta viam, qua itur ad vicum *Pescina*. Ibidem d. 14 m. Apr. a. 1979 CESARE LETTA una cum ALESSANDRO D'AMATO titulum enotavit, denuo descripsit d. 15 m. Iul. a. 1987 et d. 30 m. Iul. a. 1990 *San Benedetto dei Marsi* inter

reposita aedificii communalis et im. phot. sumpsit, quam mihi comiter misit.



Frg. b i. e. pars inferior:

-----  
 [[[-7-8?-] et]]  
 [[[-9-10?-]]]  
 [[IM [-3-4?-]]] (vac.)

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 46-47 n. 29 cum im. phot. fig. 25.

Aetatis imperatoriae incertae.

### LXXXIII. MARSII ANTINVM (*Civita d'Antino* p. 18\*. 362). *Tribus Sergia*

3833 Basis ex lapide calcario undique levigata passim autem valde pessumdata fissuris foraminibusque laesa corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita 110 × 74/71 × 62/51. In facie sursum directa recessus ad statuam figendam exstant. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 56 × 43,5. Litt. omnes nunc erasae. Puncta distingui nequeunt. Servabatur in vico *Civita d'Antino* in platea q. d. *del Colle* ante aedes gentis *Ferrante*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde a d. 11 m. Apr. a. 2015 tit. exstat in museo municipali eiusdem vici sito prope ecclesiam olim S. Mariae Magdalenae dicatam, ubi m. Mai. eiusdem anni amicus CESARE CASTELLANI tit. recognovit et me certiore fecit (cf. A. FAUSTOFERRI, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 251). Ex eo, quod lapis ita detritus est ut titulus legi nequeat, in dubio maneo utrum tit. nunc perditus idem ac tit. n. 3833 sit necne (etiam cf.

LETTA, *l. l.*). – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016127-28).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 503. 519; EUND., in *Corsignani* 105; EUND., in *Febonio* 116 n. 1 cum im. del.; EUND., *Codici epigrafici* 145. 221. Exemplum repetiverunt GUALTIERI, *Inscriptiones f. ar* [n. 1] cum im. del. (*Reperta est sequens in oppido Antini, nunc in aedibus Ferrante*); ROMANELLI, *Antica topografia* III 229; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3666; MACIOCIA, *Civita D'Antino* 80; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 311-314 n. 182 cum im. phot. tab. LXVII fig. 182; BUONOCORE, *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 25; ID., in *Fonti latine e greche* II 241 n. 1. – Cf. CERASANI, *Annotazioni* 45; C. LETTA, in *Antinum* 103. 105; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 59; ANTOLINI, *Iscrizioni* 100 adn. 238; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 78; A. RUSSI, in *Lago Fucino* 82.





9 litterae singulares S ◦ P ◦ M ◦ A solvendae videntur *s(enatus) p(opulusque) M(arsorum) A(ntinatium)* (LETTA; praesertim vide infra tit. n. 7800, ubi memoratur Publius Spedius Publii filius Sergia [- - -], qui fuit quattuorvir iure dicundo Marsorum Antinatium; etiam cf. tit. n. 3916. 4118) potius quam *s(enatus) p(opulusque) m(unicipi) A(ntinatium)* (MOMMSEN apud p. 777). – Si res ita est, nunc legendus: *[Furiae Sabiniae] | [Tranquillinae pi]l[issimae Aug(ustae)] | coiugi domini n(ostri) imp(eratoris) Caes(aris) | M(arci) Antoni Gordiani Pii Felicis invicti Aug(usti) | s(enatus) p(opulusque) M(arsorum) A(ntinatium)*. – 4 coiugi pro coniugi. – 9 de locutione *senatus populusque* inter al. vide MROZEK, *Recueil d'études* 132.

Titulus Furiae Sabiniae Tranquillinae Gordiani III uxori (cf. A. STEIN, *PIR*<sup>2</sup> F 587) tribuendus. De appellatione *domini nostri* ex. gr. vide M. C. SPADONI, *Epigraphica* 70, 2008, 145.

Dedicatus est inter m. Mai (?) a. 241 p. C. n., cum Sabina Tranquillina Gordiano III nupsit (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 189), et m. Ian. et Mart. a. 244, cum Gordianus III defunctus est (cf. EUND. 187; etiam cf. SPADONI, *l. l.* 144–146. 152).

#### 3834 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, in *Febonio* 118 n. 6 cum im. del.; EUND., *Codici epigrafici* 222. Exemplum repetiverunt GUALTIERI, *Inscriptiones* f. br [n. 6] cum im. del. (*Effossa in medio loci vulgo dicti il Fossato di Sant'Ermo, nunc in aedibus Ferrante*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3850; MACIOCIA, *Civita D'Antino* 81; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 351; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 241 n. 2; TRAVERSO, *Esercito* 109 n. 25. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 94; EUND., in *Antinum* 103. 105. 114; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 59; ANTOLINI, *Iscrizioni* 100 adn. 238. 106 adn. 259; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 18; EUND., *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 76. 78. 80; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 354.

2 [*Q(uinto) Nov]io* supplevit H. DEVIJVER apud *PME* (vide infra) recte opinor (cf. tit. n. 3836–3841). – 3 [--- *trib(uno) mil(itum)* iam MOMMSEN in indice p. 767. – 7 [*Marsorum*] LETTA fortasse recte. – 7 *pi[entiss(imo) p(osuit)]* LETTA, *pi[issimo]* non excludo.

Quintus Novius Quinti filius [- - -] fuit tribunus militum legionum octavae Augustae in Norico vel in Germania Superiore tendentis (vide M. REDDÉ, in *Légions de Rome* 119–126) et undecimae Claudiae in Dalmatia vel in Moesia (vide E. RITTERLING, *RE* XII, 1925, col. 1363–1364. 1662; R. FELLMANN, in *Légions de Rome* 127–131); deinde, postquam Antinum revertit, officio quattuorviri quinquennialis Antinatium Marsorum est functus. De cursu, praeter AUCTORES supra laudatos, vide *PME* N 14 (add. VI p. 165. 170; etiam cf. *ibid.* Inc. ad p. 961 inter n. 165 et 166).

Ex locutione [*D(is) M(anibus) sacrum*] compendiis scripta et ex punctis ad formam hederæ signatis saec. I labenti p. C. n. tribuo.

3835 Tabula ex lapide calcario in usum liminis postea adhibita in fronte perquam adesa a tergo levigata 61 × 85 × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 54,5 × 70. Litt. nunc colore nigro repletae 5–4 (litt. v. 5 maioris mensurae 9). Puncta triangularia. Servatur in vico *Civita d'Antino* muro cuidam interiori immissa aedium gentis Ferrante (cf. A. FAUSTOFFERRI, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 252), ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0013723).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 504; EUND., in *Febonio* 119 n. 10 cum im. del.; EUND., *Codici epigrafici* 145. 223. Exemplum repetiverunt GUALTIERI, *Inscriptiones* f. bv [n. 10] cum im. del.; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3969; MACIOCIA, *Civita D'Antino* 81; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 317–319 n. 185 cum im. phot. tab. LXV fig. 185; WESCH-KLEIN, *Fusus publicum* 162; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 241 n. 3. – Cf. CERASANI, *Annotazioni* 45; C. LETTA, in *Antinum* 103. 105, 117 cum im. phot. fig. 7; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 151; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 60; G. ASDRUBALI PENTITI, in *Donna e vita cittadina* 63; WOHLMAYR, *Kaisersaal* 152; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 78. 81; EUND., in *Roman Imperial Cities* 353. 354.



5 *v(ivus) s(ibi) f(ecit)* MOMMSEN, cum quo consentio; *v(otum) s(olvit) f(eliciter)* dubitanter LETTA solvere est quocumque conatus.

Blaesiam quandam tit. Supini rep. n. 3855 reperies (de hoc nomine gentilicio fusius LETTA, *l. l.* disseruit). Seviro Augustales in titulis Antinatibus memoratos recensui in *ZPE* 108, 1995, 129 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 85); etiam

cf. R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 157; etiam vide infra tit. n. 3838. 3842. De locutione *locus* (scil. *sepulturae*) *decurionum decreto publice datus* praeter WESCH-KLEIN, *I. I.* cf. M. ANTICO GALLINA, *Epigraphica* 59, 1997, 205–224 (praesertim p. 208); C. ZACCARIA, in *Terminavit sepulcrum* 195–216 (praesertim p. 198); G. L. GREGORI, *Sc. Ant.* 14/2, 2007/08 [G. BARTOLONI – M. G. BENEDETTINI (Ed.), *Sepolti tra i vivi. Buried among the Living. Evidenza ed interpretazione di contesti funerari in abitato. Atti del Convegno Internazionale. Roma, 26–29 aprile 2006*], 1070; I. MILANO – V. PISTARINO, in *Quotidien municipal* 689. 692. 708–709 n. 93.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3836 Basis ex lapide calcario undique levigata in angulo superiore dextro fracta passim valde pessumdata corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita 136 × 60 × 60,5. Area titulo inscribendo destinata haud excavata sulco continuo cincta 82 × 52,5. Litt. perquam attritae nec non passim deperditae 5. Puncta triangularia. Servabatur in vico *Civita d'Antino* in viridario publico, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde a d. 11 m. Apr. a. 2015 tit. exstat in museo municipali eiusdem vici sito prope ecclesiam olim S. Mariae Magdaleneae dicatam, ubi m. Mai. eiusdem anni amicus CESARE CASTELLANI tit. recognovit et me certiore fecit (cf. A. FAUSTOFERRI, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016) 251). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013724–26. 16129).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 502; EUND., in *Corsignani* 105; EUND., in *Febonio* 116 n. 3 cum im. del.; EUND., *Codici epigrafici* 145. 221. Exemplum repeterunt GUALTIERI, *Inscriptiones* f. ar [n. 3] cum im. del. (*In oppido Antini in loco, qui vulgo dicitur la Caùta, effossa, nunc ante aedes Ferrante*); ROMANELLI, *Antica topografia* III 227; CORCIA, *Storia delle due Sicilie* 243; WALTZING, *Corporations* III 409 n. 1564; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3963; MACIOCIA, *Civita D'Antino* 81–82; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 309–310 n. 180 cum im. phot. tab. LXV fig. 180; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 241 n. 4; É. DENIAUX – F. QUANTIN – B. VREKAJ, in *Approches épigraphiques* 225 n. 8. – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 52; SCLOCCHI, *Storia dei Marsi* 126; SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 272–273; F. KERLOUÉGAN, *REA* 60, 1958, 287; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 105; CERASANI, *Annotazioni* 45; RIZZELLO, *Culti orientali* 36; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 287 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 69); C. LETTA, in *Antinum* 103. 106. 112. 114. 120; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; EUND., *Tribù I N125*; LAFER, *Omnes collegiati* 98. 252. 278; GROSSI, *Marsica* 128; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 60; M. BONAMENTE, in *Aulo Virgilio Marso* 31–32; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 22; LIU, *Collegia Centonariorum* 345; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 76. 78. 80. 82; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; EUND., in *Curae cittadine* 96 adn. 4; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 356.

Tit. nunc legendus: *Q(uinto) Novio Q(uinti) f(ilio) Ser(gia) | Celeri IIIvir(o) i(ure) d(icundo), | IIIvir(o) q(uin)q(uennali), | patr(ono) munic(ipi), | cur(atori) kal(endarii) pub(lici), | collegium | dendrophor(um) | patro(n) b(ene) m(erenti) p(osuit). | L(ocus) d(at)us d(ecurionum) d(ecreto).*



De Quintis Noviis Antinatibus vide infra ad tit., qui sequitur. Q. Novius Celer, praeter quattuorvirum iure dicundo et quattuorvirum quinquennalem, fuit patronus municipii (de quo vide DUTHOY, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 146 n. 246; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 271, curator kalendarii publici (de quo officio vide L. JAPPELLA CONTARDI, *Epigraphica* 39, 1977, 71–90; ECK, *Organisation* 228–230 (= EUND., *L'Italia nell'impero romano* 232–234); G. MENNELLA, *Epigraphica* 43, 1981, 237–241; JACQUES, *Privilège* 143–148; EUND., *Cités* 168) nec non patronus collegii dendrophorum (vide G. CLEMENTE, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 172 n. 54; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 41. 44 adn. 64), cui patrono collegium ipsum titulum dedicavit; de collegio centonariorum et dendrophorum (etiam vide infra ad tit. n. 3837. 3842) inter al. vide R. PALMIERI, *Epigraphica* 33, 1971, 155; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 74–78; R. RUBIO RIVERA, *Gerión* 1, 1993, 175–183.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

3837 Basis ex lapide calcario undique levigata passim autem valde pessumdata fissuris foraminibusque laesa corona et crepidine in fronte et ab utroque latere paululum prominentibus praedita 89 × 48 × 39. In latere dextro patera, in sinistro urceus vel oinochoe. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 49 × 39. Litt. circ. 4,5 (litt. v. 9 in crepidine insculptae 8). Puncta triangularia esse videntur. Servabatur in vico *Civita d'Antino* in platea, q. d. *Banco* a sinistra ecclesiae, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde a d. 11 m. Apr. a. 2015 tit. exstat in museo municipali eiusdem vici sito prope ecclesiam olim S. Mariae Magdaleneae dicatam, ubi m. Mai. eiusdem anni amicus CESARE CASTELLANI tit. recognovit et me certiore fecit (cf. A. FAUSTOFERRI,

*Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016) 251). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013727–29. 16130).

De rarissimo nomine gentilicio Romani vide E. BADIAN, *Riv. Stor. Antichità* 3, 1973, 81–85; etiam cf. M. CHELOTI, *Suppl. It.* 20, 2003, 121 cum alia bibliographia. De praenomine Salvii vide supra ad tit. n. 3871.

Ex forma litterarum et monumenti alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim (etiam nota hominem cognomine carere).

3875 Desideratur. – Videtur fuisse stela quaedam ex lapide calcario, in qua anaglypha mundi muliebris sunt efficta, scil. speculum in fronte soleae in latere dextro (de quibus anaglyphis in tit. regionis Marsae effictis vide supra ad tit. n. 3733).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 178. 511. 752; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 112; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 28. 206. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 33r cum im. del. (*Trasacco*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGNI, in *Fucino* III 379); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 251 n. 28. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 235.

2 CONTIBVRNA ROSSI; 2 *contibernal(i)* pro *contubernal(i)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 127). – 3 *Aepinicus* pro *Epinicus*.

Saec. II p. C. n. fuisse videtur.

3876 Desideratur. – Videtur fuisse stela quaedam ex lapide calcario ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta, i. e. monumentum illud *porta Ditis* nuncupatum, quod in regione Marsa fusius occurrit (vide supra ad tit. n. 3324).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, in *Corsignani* 101. 103; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114; BUONOCORE, in *Febonio* 135–136 n. 24; EUND., *Codici epigrafici* 215. Exemplum repetiverunt CHOLODNIAK, *Carmina sepulcralia*<sup>2</sup> 544; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4305; ENGSTRÖM, *Carmina* 388; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 43 n. 58 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 185 n. 58); ID., in BUONOCORE – FIRPO, *Fonti latine e greche* II 251 n. 29; ID., in *Temptanda viast* 18 n. 20\*. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 130 n. 24; G. GROSSI, in *Storia di Ortucchio* 156; G. MESSINEO – G. GROSSI, in *Fucino* I 368; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 349; EUND., in *Antinum* 114; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 76; G. GROSSI, in *Marsica* I 580.

De vocabulis v. 1–2, scil. *pro(bus)*, *pude(ns)*, *amans parentis*, praeter AUCTORES supra memoratos, etiam cf. GALLETIER, *Étude* 289); de iunctura *amans parentis* cf.

BÜCHELER, *Kleine Schriften* III 291. Tit. Antini rep. n. 7800 Publius Spedius quidam una cum Spedia Felicia et Spedia Optata quoque memoratur (de nomine gentilicio etiam cf. M. KAJAVA, in *Valle di Comino* II 78–79; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 81; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 381–382).

Ex eo, quod defunctus, cuius ratio nominis casu nominativo exarata, cognomine caret, non est cur repugnandum, quin saec. I labentis a. C. n. vel primae aetatis imperatoriae esse possit, cui tempori forma monumenti sane congruit.

3877 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 275. 754; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 206. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 252 n. 30. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102. 103; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 458.

Ut recte A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 370 probavit, titulus a C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 237 n. 144 a MEZZADRI, *Memorie* 203 repetitus, scil. -----? | +++++ L(uci) l(ibert-) [- - -?] | [- - -] Primige[n- - -] | -----?, nihil aliud est nisi pars superior dimidiata tituli n. 3877 (male BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 55). – Cf. E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 121.

Titedios alios in regione Marsa non reperies (attamen vide supra ad tit. n. 3654 saec. I medii a. C. n., ubi memoratur Titidia quaedam).

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3878 Plinthus ex marmore flavo undique levigata 90 × 110 × 32. Litt. affabre insculptae 8–6. Puncta triangularia. Supra ornata anaglyphis gladiatorum parium quattuor pugnantium (de re universa cf. D. FACCENNA, *BCAR* 76, 1956/58 [1959], 37–76 et M. PAPINI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 19, 2004, 3–223). Servatur in *Mus. Arch. Naz. Neapolitano*. Contulit a. 1984 H. SOLIN, qui im. phot. quoque sumpsit et mihi dono dedit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016138).

Exemplum repetiverunt ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 28; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 252 n. 31. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 458; M. PAOLETTI, in *Fucino* III 357; G. GROSSI, in *Marsica* I 746.



1 *Torinia* pro *Taurinia* est interpretata M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 123; tit. Supini repertis n. 7839a–7841 C. Torinius C. f., *Torinia* C. l. Calliopa et C. Torinius T. [l.?] Tripes quoque memorantur (etiam vide tit. n. 7852).

Ex litterarum forma et anaglyphis saec. I labentis esse quoque potest.

3879 Stela ex lapide calcario fastigio cum acroteriis floralibus praedita in angulo superiore sinistro fracta. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Anaglypha infra titulum efficta ad officium lapicidae pertinere videntur, scil. a sinistra cuneus, uncus, serra, malleus et scalprum (de re universa vide DI STEFANO MANZELLA, *Mestiere di epigrafista* 54–56; G. DORONZO, *Arch. Sott.* 1, 1, 2010, 57–65; praetermittendum quoque non est anaglyphum illud in *Insula Sacra* repertum, de quo vide F. DE RUYT, *Scripta Minora* 105–106 cum im. phot. fig. 38; etiam cf. A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 73–82). Ubi exstet ignoro. Descripsi ut potui ex im. phot. neg. *D. A. I. Rom* n. 4678. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0013752).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 191. 276. 236. 761; EUND., in *Corsignani* 100. 102; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 125; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114; BUONOCORE, in *Febonio* 139 n. 40; EUND., *Codici epigrafici* 29. 206. 217. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 37r* cum im. del. (*esiste nell'atrio della Chiesa di Trasacco*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* (inde S. SEGENTI, in *Fucino* III 379); C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 214 n. 167 cum im. phot. (cum alia bibliographia); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 252 n. 32. – Cf. H. GUMMERUS, *JDAI* 28, 1913, 110–111 cum im. phot. fig. 28. 123 n. 64; W. DEONNA, *BCH* 56, 1932, 442 n. 68; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102; EUND., in *Storia dei Marsi* III 359–360; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 35 cum im. phot. tab. XI fig. 4 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 131); BRANCATO, *Repertorium* II 94; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 358 cum im. phot. fig. 17.



5 *Traebia* pro *Trebia* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 118). – 7 D ◦ M ◦ P ◦ ROSSI.

Trebios et Strabonios alios in regione Marsa non laudantur.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3880 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 147. 193; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 48 n. 80. 53 n. 127; EUND., *Codici epigrafici* 28. 29. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 24v* (*Nel tenimento di Trasacco trovata nell'anno 1806 nel locale detto Crivello*). 39r (*Trovata nel tenimento di Trasacco*) cum im. del.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 252 n. 33. – Cf. I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193.

N VARECIVS ◦ N ◦ F ◦ SEPVLTVS ROSSI (f. 24v), N VARECIVS ◦ N ◦ F ◦ SEPVLTVS ID. (f. 39r).

Tit. Supini reperto n. 7809 saec. III ex. a. C. n. memoratur T. Varecius, qui titulum Herculi Iovio donum dedit libens merito; etiam cf. tit. eiusdem regionis n. 7842 saec. I in. p. C. n., ubi laudatur Varicia Q. I. Salvia quaedam (etiam vide infra ad tit. Lucensem n. 7860). *Sepultus* est verbum (i. e. *hic sepultus*); de re universa vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170–171 titulis aliis collectis.

Ex eo, quod vir cognomine caret, primae aetatis imperatoriae vel potius saec. I labentis a. C. n. fuisse videtur.

3881 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n.

45; EUND., in *Corsignani* 101. Exemplum repetiverunt GIOCONDO, *Borg. lat. f. 242v* olim f. 207r (*In ripa Fucini in agro Transaquano*); CHOLODNIAK, *Carmina sepulcralia*<sup>2</sup> 545; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4309; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 352; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 43 n. 59 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 185 n. 59); ID., in BUONOCORE – FIRPO, *Fonti latine e greche* II 252 n. 34; ID., in *Temptanda viast* 18 n. 21\*. – Cf. EUND., *BDASP* 80, 1990 (1992), 76.

Vocabula v. 4, scil. *cui reliq(uit) lacrimas*, quaternarium trochaicum catalecticum explent, admodum casu putarem.

Saec. II p. C. n. esse possit.

3882 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114. Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 353; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 252 n. 35.

Lege, ut iam MOMMSEN restituit, [- - - h]er(edes) non s[eq(uetur)].

Aetatis imperatoriae incertae.

3883 Desideratur.

Exemplum repetiverunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 353; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 36.

[- - - po]suer(unt) restitue.

Cuius aetatis sit, non definitio.

3884 Vide supra ad n. 3865.


Ex hoc corpore titulos, qui sequuntur, exemi, scil.:

790\* tit. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 237 n. 144 ut recte A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 370 probavit, nihil aliud est nisi pars superior dimidiata tituli n. 3877 (vide supra).

791\* tit. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 331–333 n. 192 cum im. phot. tab. LXX–LXXI fig. 192, videtur fuisse saec. XVI (de re universa vide G. G. PANI, *ICI*, III, 40–42 n. 30 cum im. phot. e LETTA repetita et alia bibliographia).

7806 = I<sup>2</sup> 2873a tit. sacer

Basis ex lapide calcario pyramidis truncae instar instructa superne duobus cavis, in quibus sunt plumbi reliquiae (in altero autem cavo exstat pediculus sinister sigilli aenei) a sinistra fracta infra rudis 53 × (35–25) × 22–14,5. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta cuius pars a sinistra periit. Inscriptio deorsum versus incisa est pedibus litterarum ad partem sinistram versis 6/4,5. Rep. m. Aug. a. 1974 una cum sigillo aeneo, quod basi impositum fuerat, extra vicum *Trasacco* in loco, q. d. *Madonnella*, prope Fucinum lacum iuxta viam, qua itur ad vicum *Ortucchio*, in operibus pone aedem domini *Luigi Danese* institutis. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 23945), ubi a. 1983 contuli.



*C(aios) Cisiedio(s)*

*Aplone*

*ded(et).*

Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

E. ANGELINI, in ephemeride *Il Tempo* d. 31 m. Aug. a. 1974 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 206–215 n. 129bis cum im. phot. tab. XLIV fig. 129bis (*AE* 1975, 329); ID., *Stud. Etr.* 44, 1976, 279 n. 7 cum im. phot. tab. LV fig. 2; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2873a; POCETTI, *Nuovi documenti* 163–164 n. 218; WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 402–403 § 186c; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 40; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 151 n. 5 cum im. phot.; RIX, *Sabelliche Texte* VM6; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 282 n. 216; *Imagines Italicae* I 336–337, Marsi / SVPINVM 1 cum im. phot. e LETTA repetita. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 109; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 286; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 121; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 38; GROSSI, *Trasacco* im. phot. tab. IX fig. 7; EUND., in *Fucino* III 298; EUND., *Marsica* 106; C. LETTA, in *Valle di Comino* II 83; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 62 cum im. phot. fig. 8; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 11; M. R. PICUTI, in *Valle di Comino* V 139–140; STEK, *Cult places* 158. 161; C. LETTA, in *Fucino* V 259; G. GROSSI, in *Marsica* I 724. 739 cum im. phot. p. 726; S. ROSELAAR, *MEFRA* 123, 2011 (2012), 537; GROSSI, *Ricerca* 28; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 345; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 261.

Puncta in formam circulorum insculpta.

Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. C aperta; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. L et N cum hasta acclivi loco libratae.

Caius Cisiedius Apollini dedit scil. donum. Cultus Apollinis adhuc in regione Marsorum erat ignotus (de forma *Aplone* fusius disseruit LETTA, *Epigrafia*, l. l. 207–208 cum bibliographia et P. POCETTI, in *Campi aperti* 389 cum alia bibliographia). Titulos in regione quarta repertos Apollini dicatos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 218 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 144). Forma nominis gentilicii Cisiedii hic solum occurrit; cf. autem nomen Caesidii tit. n. 3896 et Cesidii tit. n. 3977 ex agro Albensi (etiam vide G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 126).

Ex grammatica (etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 124. 132. 144) et forma litterarum saec. III ex. a. C. n. OMNES tribuunt.

7807 = I<sup>2</sup> 2874 = ILLRP 303 add. tit. sacer

Tabella aenea imminuta clavis donario cuidam olim affixa utrimque inscripta (6) × 6 × 0,2. Rep. a. 1878 prope lacum Fucinum. Servatur Lutetiae Parisiorum in *Cabinet des Médailles* [inv. n. Fr(oehner) IV. 1]. Descripsi a. 2010 ad im. phot. et ex LETTA.



Fig. α

Tit. a:

[Pe(tro) Se(p)t(u)miu]s Sep(pi) f(ilius) et  
[- - -? Petro Ca]s(ius) Vet(ti?),

[- - - fec]ront; veci

[Petini ist]ut seino(m)

5 [edndre Co(n)s(e)nte(s)] fecront.



Fig. β

Tit. b:

Petro Se(p)t(u)m[ius Sep(pi) f(ilius) et ? Pe(tro)]

Cesieus Vet(ti?) +[- - - fecront];

veci Petini i[stut seino(m)]

edndre Co(n)s(e)n[te(s)] fecront].

Fig. α–β: Im. phot. ex DEGRASSI, *Imagines*.

M. LEJEUNE, *REL* 30, 1952, 91–98 n. IV.1 cum im. phot. tab. II–III et im. del., qui pendet ex manu scripto domini FROEHNER (*AE* 1953, 218); DEGRASSI, *ILLRP* 303 add.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 321–328 n. 188 cum im. phot. ex *Imagines* repetitis tab. LXIX fig. 188A–B; ID., *Stud. Etr.* 44, 1976, 280–281 n. 9 cum iisdem im. phot. tab. LVI fig. a–b; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2874 cum im. del. a LEJEUNE sumptis; POCETTI, *Nuovi documenti* 168–169 n. 223; A. MARINETTI, *Atti Ist. Veneto, Scienze, Lett., Arti* 143, 1984/85, 65–89 cum im. phot. tab. I–II; WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 94, 407–409 § 190; TARPIN, *Vici et pagi* 337 n. IV.25.1; O. SALOMIES, in *Prénoms* 37; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 282–283 n. 217; STEK, *Cult places* 155–156 (etiam cf. p. 128. 158. 166), qui LETTA est secutus; TODISCO, *Vici* 110–111; P. POCETTI, *REL* 92, 2014 (2015), 20–23 cum im. del. fig. 2. – Cf. A. ERNOUT, in *Mélanges Jérôme Carcopino* 314 adn. 3 (= EUND., *Notes* 82 adn. 3); DEGRASSI, *Imagines* 123a–b; M. P. MARCHESE, *Stud. Etr.* 44, 1976, 484–485; L. PROSDOCIMI, *ibid.* 278; M. P. MARCHESE, *ibid.* 45, 1977, 213–221; V. PISANI, *ibid.* 346–347; C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 404; D'AMATO, *Prosciugamento* 178; AMICONI, *Appunti* 8; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 480; C. LETTA, in *Comunità indigene* 164. 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 116; EUND., in *Fucino cento anni* 109. 130; SALOMIES, *Vornamen* 85. 96; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 39; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 39; H. SOLIN, in *Atti Roma* I 383; GROSSI, *Marsica* 20; ANTOLINI, *Iscrizioni* 81; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 50, 2004 (2008), 240; EUND., *RCCM* 47, 2005, 90; M. MANCINI, *Ann. Ist. Orient. Napoli Ling.* 30, 3, 2008 (2010), 207; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 74; EUND., in *Fucino* V 259. 261; STEK, *Cult places* 155; DUPRAZ, *Vestins* 195; C. LETTA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 65; G. GROSSI, in *Marsica* I 510; C. DE SIMONE, in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 92–93; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 263. 270; T. ERCOLE, in *Fucino* VI 225 et passim; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 345; M. MANCINI, in *Studi Vincenzo Orioles* 377 litt. b.

Puncta rotunda incisa. Tit. a: litt. N dextrorsum inclinata; litt. P apertissima; litt. S cum hastis eodem fere gradu inclinatis. – Tit. b: litt. E indicata est hastis rectis duabus; litt. P apertissima; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis; litt. S parum angulata.

Supplevi talem fere qualem dedit LETTA, si excipias praesertim v. 2 ex. tit. b (inde in lacuna v. 3 tit. a), ubi LETTA hastae rectae duae ad notam numeri II pertinere est opinatus inde de duoviris i. e. magistris vici cogitavit. Attamen incertum est, utrum de litt. E, i. e. initium cognominis, an de litt. F, i. e. *f(ilius)*, agatur. Praetera illud *veci* genetivo singulari vel potius nominativo plurali esse videtur.

In utraque facie idem fere titulus a diversa manu est incisus; nolo iterare totam disputationem de lectionibus et de explicationibus huius tituli, de qua vide AUCTORES supra memoratos, ubi alia bibliographia inveniri potest. Memorari videntur Petro Septimius (vide supra ad tit. n. 3748, ubi laudatur Septimius Felix quidam) Seppii filius et Petro Caesius vel Ceseius Vettii filius, qui aliquid fortasse signum quoddam fecerunt; incolae vici Petini aliunde autem ignoti istud signum Dis Consentibus (contra vide MARINETTI, l. l., quae est opinata *co(n)s(e)n[su illius]*) fecerunt et dederunt. Tota res autem incerta adhuc manet. De praenomine Petronis disseruit SALOMIES, *Vornamen* 85–86, ID., in *Prénoms* 31–32 cum amplissimo commentario titulis collectis.

Ex forma litterarum et grammatica (de qua praeter AUCTORES supra ladatos, etiam vide cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 124. 132. 133) ut OMNES consentiunt saec. III a. C. n. est.

7808 = I<sup>2</sup> 2873b tit. sacer

Parva basis ex lapide calcario instar pyramidis truncae instructa 18,4 × 10,5–9,7 × 8,7–8. Focus in facie sursum directa. Supra titulum avis vel potius gallus insculptus. Litt. aetate recentiore colore nigro repletae nec non acu vel stilo valde retractatae 1,5. Rep. casu vel fortuito fortasse ante secundum inter omnes gentes bellum a domino *Domenico Mancini* fere 4 km a *Trasacco* versus in loco, q. d. *Colle Mariano* vel *Colle Maiorano*. Servabatur *Avezzano* penes causarum actorem *Walter Ciancusi*, nunc exstat *Collelongo* in aedibus privatis. Accessui clausam inspicere non potui. Descripsi a. 2010 ex scheda LETTA et ad im. phot.



*C(aius) Atieius*  
*T(iti) f(ilius) H(e)rcol(e)?*.

Im. phot. e LETTA repetita.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 228–231 n. 137 cum im. phot. tab. XLVIII fig. 137 (*AE* 1975, 333); H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2873b; G. GROSSI, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 115 n. 26; C. MORELLI, in *Fucino* II 153 n. 42; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 41; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 152 n. 7; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 283 n. 219; STEK, *Cult places* 157; SANTINELLI, *Santuari* 157 n. 7. – Cf. C. LETTA, *Stud. Etr.* 44, 1976, 280; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 117. 119; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 37; M. PAOLETTI, in *Amplero* 66; GROSSI, in *Trasacco* 84–86; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 62; C. LETTA, in *Fucino* V 262; G. GROSSI, in *Marsica* I 745. 746 cum im. phot. p. 750; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 261. 262.

Puncta triangularia. Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. C apertissima; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. F hastis rectis, quarum altera superne incepta in altitu-

dine v. 2 media terminatur; litt. H in formam rectianguli incisa cum hasta librata; litt. L cum hasta acclivi loco libratae.

2 HIRCOL lapis; *Hercol(e?)* LETTA, qui etiam intellexit potius litteras conexas H et E, quam errore scriptas pro H II aut legendas HI; immo non excludit, quin litt. E in fine omissa scripta sit in versu tertio; *Hercol(e?)* pro *Hercul(e?)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 124); de forma *Hercole* vide infra ad tit. Albensem n. 7878. Etiam vide infra ad tit. sequentem.

Nomen gentilicium *Atieii* hic primum occurrit, quod cum *Atius* coniungendum, ut *Tettiedius* cum *Tettidius* vel *Modieius* cum *Modius*, potius quam interpretandum pro *Atie<d>ius* videtur (vide LETTA, *l. l.*).

Ex grammatica et forma litterarum saec. III ex. a. C. n. tribuerim.

7809 = I<sup>2</sup> 2873c tit. sacer

Parvus cippus vel basis ex lapide calcario fortasse instar pyramidis truncae instructus a dextra, supra et infra fractus undique passim laesus a tergo scaber (29) × (23–21) × 11,2. Litt. impares 3–2. Rep. d. 12 m. Aug. a. 1971 ab *Evaristo Angelini* et *Renato Ciarrocchi* extra vicum *Trasacco* in regione, q. d. *la Mária* vel *Colle S. Martino*, ubi exstant vestigia ad fanum Herculis pertinentia. Servatur *Trasacco* apud praepositi vicarium *Evaristo Angelini*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



*T(itus) Vareci[o(s)]*  
*Herclo I[ovio?]*  
*donom [ded(et)]*  
*[l]ubes*  
5 *mere[to]*.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 9 n. 1. 42–43, cum imaginibus phot. in involucro et apud p. 9. 42. 52. 65; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 224–248 n. 135 cum im. phot. tab. XLVIII fig. 135 (*AE* 1975, 332); ID., *Stud. Etr.* 44, 1976, 280 n. 7 cum im. phot. tab. LV fig. d; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2873c cum im. del.; POCCETTI, *Nuovi documenti* 164 n. 219; WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 402 § 186b; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 223 n. 187; ID., in *Dediche sacre* 280 n. 197; STEK, *Cult*



places 157; SANTINELLI, *Santuari* 155 n. 6. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 109; EUND., *Athenaeum* 57, 1979, 406; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 459; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 281. 283. 287; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 118. 119; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 37; H. SOLIN, in *Atti Roma* I 383; STALINSKI, *Ritrovamento* 231; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 152; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 62; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 11; DUPRAZ, *Vestins* 118; C. LETTA, in *Fucino* V 259. 262; G. GROSSI, in *Marsica* I 746 cum im. phot. p. 750; DI FAZIO, *Feronia* 91; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 261; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 345; EHMIG, *Donum dedit* 112. 139; M. J. ESTARÁN, *ZPE* 202, 2017, 306.

Puncta in formam quadrati insculpta. Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. N dextrorsum inclinata.

Dedi talem qualem edidit LETTA. Errores ANGELINI omisi. – 2 *Herulo* pro *Herculi*; cf. *Hercolo* tit. Superaequani n. 7383, *Hereklui* VETTER, *Handbuch* 147 A 13 et B 16 = RIX, *Sabellische Texte* Sa1 = *Imagines Italicae* II 1200–1206, Pentri / TERVENTVM 34; *Hereklui* A. LA REGINA, *Rhein. Mus.* 109, 1966, 270–271 n. 17 = RIX, *Sabellische Texte* Si1 = *Imagines Italicae* II 977–978, Pentri / VENAFRVM 1. – 3 *donum* pro *donum*. – 4–5 *lubes mereto* pro *libens merito*.

Appellatio Iovii tit. Peltuini rep. n. 3414 saec. III medii a. C. n. quoque redit. Titulos in regione quarta repertos Herculi dicatos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150). Cf. etiam tit., qui praecedit, et cultores Herculis illos memoratos tit. Supinatem n. 3857, qui una cum Melantho Publii Decii cuiusdam servo tribunal novum a solo fecerunt, theatrum et proscaenium refererunt nec non ludis scaenicis biduo dedicaverunt (etiam vide infra ad tit. n. 7815). Nomen gentilicium Varcii redit tit. n. 3880 eiusdem loci (etiam cf. Variciam Salliam illam infra tit. n. 7842).

Ex grammatica (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 124. 126. 136. 144) et forma litterarum saec. III ex. a. C. n. tribuerim (ultimis decenniis eiusdem saec. LETTA); etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 366 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 366).

7810 = I<sup>2</sup> 2873d tit. sacer

Cippus ex lapide calcario in marginibus dextro et sinistro fractus, in fronte passim scalpro dentato dolatus (90,3) × (27/26) × 36,5. Litt. 5,5–5. Rep. circ. a. 1940 in vico *Trasacco* in operibus domus cuiusdam aedificandae institutis sitae apud *torre Febonio*. Usque ad a. 1978 pro gradu scalarum adhibitus. Servatur *Trasacco* in viridario aedium olim causarum actoris *Tullio Di Pietro* nunc monacharum Passionis Iesu Christi Italice *Passioniste*. Descripsi a. 2010 ex scheda LETTA et ad im. phot.




Fig. α



Fig. β

Q(ua)estur(es?)  
V(ibios) Salv[i(os)],  
M(arcos) Paci(os),  
P(e)tro C(e)rv(i)os.

Fig. α: Im. a LETTA del.

Fig. β: Im. phot. ab ALESSANDRO D'AMATO sumpta.

C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 404–410 cum im. phot. et del.; A. L. PROSDOCIMI, *Stud. Etr.* 48, 1980, 223–232; R. ANTONINI, *ibid.* 49, 1981, 312 n. 4; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2873d cum im. del. e LETTA repetita; WACHTER, *Altlateinische Inschriften* 403 § 186d; PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 171 n. 252; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 283 n. 226; STEK, *Cult places* 159–161; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 672 (etiam cf. p. 674–675); E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 258–259 n. 3 (etiam cf. p. 261). – Cf. C. LETTA, in *Comunità indigene* 165 et passim; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 26; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 115; EUND., in *Miscellanea Antonio Mario Radmilli* 164; H. SOLIN, in *Atti Roma* I 383; G. GROSSI, in *Fucino* III 298; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 50, 2004 (2008), 240; EUND., in *Ricerche archeologiche* 11; EUND., *RCCM* 47, 2005, 90; EUND., *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 74; EUND., in *Fucino* V 259; G. GROSSI, in *Marsica* I 719; C. LETTA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 65; EUND., in *Peoples* 514.

Puncta in formam circulorum insculpta. Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. C apertissima; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. M dextrorsum inclinata; litt. P cum parte dextra loco semicirculi bis angulata; litt. Q apertissima; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis; litt. C, S et V cum hastis eodem fere gradu inclinatis.

Dedi talem qualem edidit LETTA.

Ut LETTA amplissimo commentario cogitavit, negare non possum, quin rectius sit nomina Latina potius quam Osca in casu nominativo in *-i* exeuntia posita esse et eorum quaestorum duorum annum determinantium (ut in titulo item Supinate supra n. 3849) et eius, qui titulum deo vel deae cuidam dedicaverit. Praeterea, ut KRUMMREY quoque iudicavit, dubitari non

potest, quin spatium maius quod inter nomina secundum et tertium interest consulto sit relictum. De hac interpretatione vide, quae a PROSDOCIMI apud KRUMMREY summam exposita sunt, inde iterare nolui. De praenomine Petronis disseruit SALOMIES, *Vornamen* 85–86, ID., in *Prénoms* 31–32 cum amplissimo commentario titulis collectis. Nomen gentilicium Cervii in aliis titulis Marsis n. 7776. 7834 quoque memoratur; nomen Pac(c)ii tractaverunt LETTA, *Epigrafia* 224 et S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 475–476; Vibius Salvius Vibii filius quidam tit. Marruvino n. 7753 saec. I ex. a. C. n. quoque occurrit.

Posteriori parti saec. III a. C. n. recte, ut opinor, LETTA tribuit.

#### 7811 tit. sepulcralis quattuorviri

Stela lapidis calcarii ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique fracta in fronte et a tergo levigata supra fastigio triangulari praedita, in quo a sinistra vestigium codicis aperti [de quo EGO disserui, *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; ID., *Abruzzo* 36–38, 1998/2000, 24–26 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 117–120)] et anaglyphum rosae effinguntur, (90) × (51) × 26,5. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. 6,5. In lucem rediit in vico *Trasacco* a. 1968 in operibus ad ecclesiam S. Caesidii in integrum restituendam in sepulcro aetatis autem posterioris adhibita. Servatur in ecclesia paroeciali eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



[ - - ] f(ilius) IIIvir i(ure) d(icundo).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 192 n. 127 cum im. phot. tab. XLIV fig. 127; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 254 n. 43. – Cf. C. LETTA, *Athenaeum* 56, 1978, 13; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; C. LETTA, in *Antinum* 104; G. GROSSI, *Marsica Sacra* 113 adn. 476; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 20; EUND., in *Roman Imperial Cities* 355.

Puncta triangularia.


Dativo quoque supplere potuissem, attamen tituli in monumentis ad formam portae redactis casu nominativo potissimum exarati videntur.

LETTA est opinatus magistratum officio quattuorviratus Marruvii esse functum (cf. EUND., in *Tesoro del lago* 149).

Forma monumenti et litterarum ad aetatem Augusteam vel paulo post adducit (etiam nota magistratum cognomine carere).

#### 7812 tit. sepulcralis decurionis

Ara lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita supra fracta, crepidine prominente praedita in fronte valde perturbata, a tergo in usum posteriorem resecta (113) × 82/68 × (40). Ab utroque latere vestigia anaglyphorum ad dona militaria pertinentia, scil. a dextra hasta, gladium et scutum, a sinistra lorica (vide PAOLETTI *l. infra l. et ad tit.*, qui sequitur); anaglypha animalium currentium haud recte fuisse videntur viro docto LETTA, scil. a dextra cervus vel aper, quem canis aggreditur, a sinistra aper alter (de anaglypho cf. L. DI GIANDOMENICO, in *Italica ars* 317). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 65 × 35, Litt. exiles 6/5. Rep. nescio quando extra vicum *Collelongo* a domino *Fortini* quodam in regione, q. d. *Casalecchie*. In stabulo domini *Giorgio Tuzzi* servabatur, nunc exstat *Collelongo* in viridario aedium domini *Vincenzo Pisegna* iuxta *viam delle Vigne* sub n. 2 sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



[P(ublio)?] Herennio  
P(ubli) f(ilio) Ser(gia) Purli-  
diano decurio-  
ni Mars(is) qui

5 v(ixit) annis XXI, P(ublius) Herenni-  
u[s] P(ubli) f(ilius)] Ser(gia) Purli-  
dianus IIvir aed(ilicia)  
p(otestate) et Petedia One-  
sis mater filio  
10 dulcissimo p(osuerunt).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 246–251 n. 151 cum im. phot. tab. LIII fig. 151 (AE 1975, 341); BUONOCORE, in *Fonti latine*

e greche II 254 n. 44. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 126. 130 adn. 117. 131; EUND., in *Fucino cento anni* 126; EUND., *Athenaeum* 56, 1978, 13; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193; C. LETTA, *Athenaeum* 65, 1987, 272; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 309 cum im. phot. fig. 16; C. LETTA, in *Antinum* 104; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452. 455; FORNI, *Tribù* H128–129; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 32–33 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 128); A. RUSSI, in *Usi e abusi* 56. 60; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 14. 20; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; BRANCATO, *Repertorium* II 92; G. GROSSI, in *Marsica* I 403; RUSSI, in *Lago Fucino* 83; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 352. 355. 356.

Puncta nulla.

1 in. supplevi.

Publius Herennius Purlidianus una cum filio suo honoribus municipii Marruvii functus esse videtur. De Herennio Purlidiano decurione annorum XXI cf. S. LEFEBVRE, in *L'Africa Romana* 12, Sassari 1998, 1137; de re universa vide KLEIJWEGT, *Ancient Youth*; RAWSON, *Children*; CHR. LAES, *Epigraphica*, 66, 2004, 145–184. De locutione *Marsis*, quae ad Marruvium refert, fusius disseruit LETTA, *Epigrafia, l. l.* Nomina gentilicia Herennii et Petedii in tit. regionis Marsae passim laudantur. Aliunde ignotum est cognomen Purlidiani (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 387).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit vel paulo antea.

#### 7813 (= 3851–3852) tit. sepulcralis militum

Pergrande epistylum lapidis calcarii ex pluribus tabulis inter se coniunctis fere compositum anaglyphis armorum et militarium insignium nempe scutis rotundis, peltis, galeis, loriceis, pharetris, gladiis, hastis, perite sculptorum ornatum ad monumentum sepulcrale columnis praeditum pertinens. Ad idem monumentum aliae tabulae pertinent autem sine titulis anaglyphis mundi muliebris ornatis (anaglypha praesertim tractaverunt imaginibus photographis adiectis cum amplissimo commentario et alia bibliographia, quas res repetere nolo, C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 187–192; S. RUSSO, *Riv. Arch.* 5, 1981, 30–43; POLITO, *Fulgentibus armis* 164–166. 186–187; M. J. STRAZZULLA, in *Tesoro del lago* 172–178; EAD., in *Fucino* IV 57–132; etiam vide tit., qui sequitur; de anaglyphis mundi muliebris in tit. regionis Marsae effectis vide supra ad tit. n. 3733). Tres tabulae (A–C) crass. circ. 9 titulos exhibent in area excavata levigata cymatio inverso cincta alt. 24, scil. A (= n. 3851) tabula ex duobus fragmentis composita (71) × (157), B (= n. 3852) (70) × (71), C (28) × (20). Litt. in duabus columnis ordinatis (I–II vel III–IV) affabre insculptae 6–3 (A), 6–3,7 (B), 5,8–3,7 (C). Tabulae A–B in lucem prodierunt saec. XVIII in. in vico *Trasacco* haud longe ab ecclesia S. Caesidii, tabula C rep. a. 1971 in eodem vico in platea S. *Cesidio* nuncupata in effossionibus ad cloacas ducendas institutis. Tabulae A–B servantur *Trasacco* muro cuidam interiori affixae oratorii ecclesiae eiusdem, tabula C exstat penes praepositi vicarium *Evaristo Angelini*. Omnes titulos a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Mart. a. 2016 denuo recognovi cum CESARE CASTELLANI.



Fig. α

Tab. A

Col. I:

*Q(uitus) Titecius Q(uiti) f(ilius) Ser(gia) Rufus pater.*

Col. II:

*Alfia Sex(ti) f(ilia) Tite[ci] (scil. uxoris).*




Fig. β




Fig. γ

Tab. B+C

Col. III:

[Q(uintus) Titecius Q(uinti) f(ilius) Ser(gia) ?  
Ruf]us prim(us) pil(us)  
[- - - trib(unus)] mil(itum).

inter col. III et IV:

V(ivus).

Col. IV:

Q(uintus) Tite[cius Q(uinti) f(ilius) Ser(gia) ? - - -  
prim(us)] pil(us) [leg(ionis) - - -]  
tr[ib(unus) mil(itum) - - -] pr(aefectus) [fabr(um)].

Fig. α: Im. phot. D. A. I. Rom n. 79.2741. (tab. A pars sinistra). 79.2736 (tab. A pars dextra).

Fig. β: Im. phot. D. A. I. Rom n. 79.2747 (tab. B); im. phot. a S. D'AMATO sumpta (tab. C).

Fig. γ: Im. del. a GASSEAE – MIELI (apud STRAZZULLA, in *Fucino* IV infra laudatam).

De traditione manuscriptorum tabularum A–B vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 164. 170. 187. 323. 763; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 98. 104. 52 n. 121; EUND., *Codici epigrafici* 28. 29. 206. Titulos A–B repetiverunt D. DE REVILLAS, *Marsorum Dioecesis nunc primum trigonometricè delineata et veteribus quae in ea extant monumentis vel ineditis vel emendationibus adornata*, [Romae] 1735 in mappa frontis libri (inde L. A. MURATORI, *Novus thesaurus veterum inscriptionum in praecipuis earundem collectionibus hactenus praetermissorum* III, Mediolani 1740, 1754 n. 10, omissa autem tab. B); MEZZADRI, *Memorie* 10; F. S. GUALTIERI, cod. in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatus sign. *Vat. lat.* 9144 f. 100v cum im. del.; ANTINORI, *ms.* XLIV p. 258–260; G. MINICUCCI apud MARINI, *ms. Vat. lat.* 9127 f. 170r; ROSSI, *ms.* f. 30v (*Trasacco*; pars tab. B = n. 3852: S ◦ PIL | MIL ◦). 31v (*Trasacco*; pars tab. A = n. 3851: RVFVS). 35v (*Trasacco*; pars tab. B = n. 3852: Q ◦ TITE | TR ◦ [- -]TITECIVS Q ◦ F ◦ SER | PATER) cum im. del.; O. KELLERMANN, *Vigilum Romanorum latercula duo Coelimon-tana*, Romae 1835, 195 (e schedis G. KRAMER); MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 5570; ID., supra n. 3851 (A). n. 3852 (B); P. PICCIRILLI, *Napoli nobilissima* 12, 1903, 170–171 cum im. phot.; ID., *La Marsica. Appunti di storia e d'arte*, Trani 1904, 48–49; E. AGOSTINONI, *Il Fucino*, Bergamo 1908, 59–61 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 187–189 n. 124a–b cum im. phot. tab. XLIII fig. 124 (B). 188–191 n. 125a–b cum im. phot. tab. XLII fig. 125 (A); ANGELINI, *Trasacco nell'Impero* 47. 75–76 cum im. phot. tab. XVI–XVII. XIX–XX; S. RUSSO, *Riv. Arch.* 5, 1981, 32. 38–39 n. 4 (B). 5–6 (A) cum im. phot. 4; ANGELINI, *S. Cesidio* passim; G. GROSSI, in *Trasacco* 59–61; POLITO, *Fulgentibus armis* 164–166. 186–187 cum im. phot. 102–104; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 247 n. 5–6; M. J. STRAZZULLA, in *Tesoro del lago* 173 n. 1–3 cum im. phot. fig. 1–3 et im. del. ad p. 178; EAD., in *Fucino* IV 68–69 n. I.1 cum im. phot. fig. 11 (B), 70–73 n. I.3–4 cum im. phot. fig. 13–14 (A). 79–83. 120 n. 24–25 et passim cum amplissimo commentario et im. del. – Tab. C repetiverunt LETTA, *l. l.* 191–192 n. 126 cum im. phot. tab. XLI fig. 126; BUONOCORE, in *Fonti*, *l. l.* 253 n. 42; M. J. STRAZZULLA, in *Tesoro del lago*, *l. l.* 173 n. 4; EAD., in *Fucino* IV, *l. l.* 69–70 n. I.2 cum im. phot. fig. 12. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 52; T. P.

WISEMAN, *Historia* 14, 1965, 334; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 94; G. DE FLORENTIUS, in *Storia di un lago* 41 cum im. phot. (A); C. LETTA, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 198; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 102–103; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 448. 457; SCHÄFER, *Imperii insignia* 295; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 21, 1990, 83; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 235; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 250; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 32 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 127); M. C. MANCINI, *ibid.* 106; R. IEZZI – M. MILANI, in *Fucino* III 312; M. PAOLETTI, *ibid.* 353. 355 n. 4 cum im. phot. fig. 5 (B); M. MATHEA FÖRTSCH, *Römische Rankenpfeiler*, Mainz 1999, 187 n. 258 cum im. phot. tab. 27–28; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 34–35 cum im. phot. fig. 27); G. GROSSI, *Marsica Sacra* 113 adn. 479; FORNI, *Tribù* T178; T. SIRONEN, *Arctos* 40, 2006, 121; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 16; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; C. LETTA, in *Fucino* V 260; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 100–101; G. GROSSI, in *Marsica* I 722 cum im. phot. tit. I col. A p. 728 et im. del. p. 726 a STRAZZULLA deprompta; R. DI CESARE, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 151; GROSSI, *Ricerca* 32.

Puncta in formam aculei sagittae incisa.

Col. IV 2 ex. *p(iae) [(f)idelis]* vel *p[raef(ectus) castr(orum)]* dubitanter H. DEVIJVER apud PME (vide infra); *p[raef(ectus) eq(uitum)]* non excludit STRAZZULLA, in *Fucino* IV, *l. l.* 80; *p[ater?]* LETTA.

Memorantur in tab. A Quintus Titecius Quinti filius Rufus pater et uxor Alfia Sexti filia (de nomine etiam vide LETTA, in *Valle di Comino* XII 41), in tab. B+C filii duo eorum, prior Quintus Titecius Rufus, fortasse filius natu maior et homonymus patris, qui fuit primus pilus et tribunus militum, alter Quintus Titecius [- - -], qui videtur fuisse primus pilus legionis cuiusdam, tribunus militum et praefectus fortasse fabrum. De cursu Titeciorum, praeter AUCTORES supra laudatos, vide praesertim DOBSON, *Primipilares* 184 n. 43; PME T 22 (add. p. 1738–1739 T 22–22 bis. 2253); DEMOUGIN, *Prosopographie* 323–324 n. 389–390; EAND., *L'ordre équestre* 833 n. 389–390. De Titeciis Supinatibus etiam vide M. J. STRAZZULLA, in *Fucino*, *l. l.* 112–114.

Ex forma anaglyphorum titulum temporis spatio inter aetatem Augusteam ex. et aetatem Tiberianam in. comprehenso STRAZZULLA, in *Fucino* IV, *l. l.* tribuit, cui temporis litterarum forma nec non illud *v(ivus)* in tab. B+C exaratum sane congruunt (de qua locutione usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172).

7814 = *EE* VIII p. 43 n. 172 (cf. p. 205) tit. sepulcralis centurionis vel primi pili

Duae partes (*a-b*) tabulae ex lapide calcario olim  $72 \times 100 \times 20$  (CANALE PAROLA) vel  $74 \times 105 \times ?$  (HÜLSEN) inter se non coniunctae in usum posteriorem recte scissae in fronte valde deturpatae, *a*  $(21,5) \times (100) \times (23)$ , *b*  $(20) \times (100) \times (17)$ . Infra titulum dona militaria efficta erant, quorum vestigia in parte *b* tantum inspicere possunt, scilicet supra a sinistra hasta pura, phalerae, corona aurea vel obsidionalis, phalerae, hasta pura, infra torques tres et armillae sex (de quibus anaglyphis praesertim vide POLITO, *Fulgentibus armis* et M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 57–132; etiam cf. tit. supra n. 7813 nec non V. A. MAXFIELD, *The Military Decorations of the Roman Army*, London 1981, 69. 86. 92. 96. 269. 277 et D. TONCINIC, in *Iconographie du quotidien* 187–198). Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et ab utroque latere servantur. Litt. affabre insculptae 5 (litt. R vocabuli *Macer* minoris mensurae 2,5). In lucem tabula detecta videtur a. 1885 (CANALE PAROLA) potius quam m. Febr. a. 1889 (HÜLSEN) extra vicum *Villavallelonga* in regione, q. d. *Casa Maggio* vel *Casemaggi* vulgo nominata (de qua regione vide PALOZZI, *Villavallelonga* 160. 179 et LUSCHI *l. infra l.* 242–244) una cum tit. n. 7845. 7846 (cf. PALOZZI, *l. l.* 36–38 cum im. phot. fig. 36–38; LUSCHI, *l. infra l.* 246. Etiam cf. *infra ad tit.* n. 7830). Pars *a* servabatur pro posti fenestrate adhibita stabuli dominae *Domenica Nicoletta Lipa* iuxta viam *Roma* sub n. 36 siti, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Nunc exstat inde ab a. 1989 una cum parte *b* in eodem stabulo a. 1989 rep. in museo aedium *Botticelli* in vico *Collelongo* sitarum.




Fig. α



Fig. β

*C(aius) Vibius Sex(ti) f(ilius) Ser(gia) Macer.*

Fig. α: Im. a HÜLSEN del.

Fig. β: Im. phot. a D'AMATO sumpta.

CANALE PAROLA, *ms.* I cum im. del.; M. IHM et CHR. HÜLSEN, *EE* VIII p. 43 n. 172 ad lapidem et ectypum; diligentissimam pervestigationem cum im. del. reperies apud HÜLSEN, *RM* 5, 1890, 294–297 (*AE* 1891, 15 cum im. a HÜLSEN del.); P. STEINER, *Bonner Jahrb.* 104/05, 1906, 47 n. 2 et passim cum im. phot. exempli e gypso expressi tab. I fig. 4; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 274–275 n. 166 cum im. phot. tab. LVIII fig.

166; MAXFIELD, *l. l.* 69 et passim cum im. del. fig. 5 ex HÜLSEN repetita; PALOZZI, *Villavallelonga* 37–38 cum im. phot. fig. 3–4; L. ROSSI, *Rev. Arch.* 2, 1985, 231–239 cum im. phot. fig. 5; C. LETTA, in *Amplero* 53–54 cum im. phot. et del.; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 244–250 cum im. del. tab. XVIIIb ex HÜLSEN repetita et im. phot. tab. XVIIIa–b; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 38; Y. LE BOHEC, *REL* 76, 1998 (1999), 31 cum im. a HÜLSEN del. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 126; D'AMATO, *Prosciugamento* 178; S. SEGGENI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 485; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 309; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 32 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 128); E. FABBRICOTTI, *ibid.* 46; FORNI, *Tribù* V840; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 761 cum im. phot. p. 764 et im. del. p. 767.

Puncta triangularia sursum directa.

Ut HÜLSEN et STEINER, *l. l.* recte animadverterunt anaglypha donorum militarium in hoc titulo efficta antiquissima inter omnia esse videntur (etiam vide C. RICCI, in C. MASSERIA – D. LO SCALZO, *Miti di guerra, riti di pace. La guerra e la pace: un confronto interdisciplinare. Convegno Nazionale. Perugia, 6–8 maggio 2008*, Bari 2011, 237 et passim); ex quibus sane elicitur Caium Vibium Macrum centurionem vel potius primum pilum fuisse. Tit. n. 7846 in eodem vico reperto laudatur Publius Vibius Paccii filius Siculus quidam. Vibios alios in regione Marsa fusius invenies (cf. tit. collectos a SEGGENI, *l. l.*). Excludendum non est, ut LUSCHI coniecit, quin Caius Vibius Macer militaverit sub signis Octaviani vel Antonii bello contra Sextum Pompeium in insulam Siciliam illato.

Forma litterarum ad saec. I labens a. C. n. sane adducit.

7815 tit. operis publici

Rep. nescio quando in agro vici *Trasacco*. Saec. XIX in. ROSSI titulum recognovit *nell'orto de Gasperis di Trasacco*. Periisse videtur. Descripsi a. 1987 ut potui ex scheda ROSSI.

Traditur:

PRIMVS. LEP.

SEX. SEDIEDIV

MAG

SCAENAM. PINGE

F VND. ET. C

Fuit fortasse:

*Primus Lep[- - -]*,

*Sex(tus) Sediediu[s - - -]*,

*mag(istri) [Her(culis)?]*,

*scaenam ping[nd(am)]*

5 *f[aci]und(am) {et} c[oe]r[averunt] - - -*.

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 30v cum im. del.; ex quo C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 235–237 n. 143 (*AE* 1975, 339); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 254 n. 45; DAY, *Architectural Terminology* 105 n. 118 (etiam cf. p. 52); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 283 n. 224; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 661 (etiam cf. p. 649). – Cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 144; H. KRUMMREY, ad I<sup>2</sup> 2873b; JOUFFROY, *La construction publique* 57; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 99; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 119. 122. 123; EUND., in *Epigrafia del villaggio* 36. 39; EUND., in

Tesoro del lago 152; Tosi, *Edifici di spettacoli* 287; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 28; SEAR, *Roman Theatres* 154; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 62; STEK, *Cult places* 157.

Supplevit LETTA, quem sequor. – [-----] | *Primus*, *L. Ep[---]*, | *Sex. Sediediu[s---]* | *mag(istri)* [---], | *scaenam ping[nd(am)]* | *f[aci]und(am) et c[---]* | ----- temptavit SISANI. – 1 *Primus Lep(idus)* dubitanter DAY.

Memorari videntur duo magistri fortasse Herculis, qui scaenam pingendam faciendam curaverunt idemque probaverunt (etiam cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 169). Recte LETTA contulit tit. supra n. 3857, ubi memorantur Melanthus Publii Decii cuiusdam servus et collegae magistri Herculis, qui tribunal novum a solo fecerunt, theatrum et proscenium refecerunt nec non ludis scaenicis biduo dedicaverunt. Etiam vide tit. huius Corporis vol. IX 5052 [= I<sup>2</sup> 765 (cf. p. 947) = *ILS* 5404 = *ILLRP* 152; etiam vide TARPIN, *Vici* 339 n. V.1.1 et TODISCO, *Vici* 100–193. 203] a. 55 a. C. n., ubi laudantur tres magistri ingenui, qui aedem vel aediculam Herculis de vici sententia faciendam pingendam curaverunt et probaverunt. Attamen tota ratio nominis incerta manet. Primus praenomen fuisse videtur (cf. SALOMIES, *Vornamen* 87–88. 115–116); illud *Lep[---]* ad nomina gentilicia Lepidii vel Lepii vel etiam Leppii fortasse pertinet; nomen Sediedii aliunde ignotum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 166), sit sane nomen Epidii restituendum, quod nomen LETTA non excludit (etiam vide SISANI). Etiam vide infra ad tit. Albensem n. 7940.

LETTA haesitans tit. tribuit ante saec. I medium a. C. n., res autem tota incerta manet.

#### 7816 tit. sepulcralis

Cippus ex pluribus partibus fractus rep. a. 1770 *Trasacco nella vigna dell'Abazia dietro de' Fossi, permutata colli Sig(nor)i Minicucci d'Avezzano*. Periiit. Descripsi m. Sept. a. 2016 e scheda LETTA, qui pendet ex notitia EVARISTO ANGELINI.

[---]vio T(iti) f(ilio)  
[---]denti  
[---]nnius Adsertus  
[---]via Hedyle  
5 posuer(unt);  
in f(ron)te p(edes) CXVI, in  
agr(o) p(edes) XXV.

TRASACCO, *Archivio Parrocchiale*, Rogiti, III, f. inter p. 181 et 182 servatum; inde C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 21–22 n. 11 (*AE* 2017, 365).

Sequor quamquam dubitanter LETTA. – 1, 4 de nominibus, quae terminantur in *-vius* vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 274–275. 495 et LETTA, *l. l.* 22. – 2 [Pu]denti vel [Pru]denti LETTA, attamen etiam vide [Au]denti vel [Gau]denti. – 3 [A]nnius vel [Here]nnius vel [Ni]nnius vel sim. (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 253–254. 494; O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 224); cognomen Adserti, si recte traditum, adhuc ignotum. – 7–8 de locis sepulturae extensis vide supra ad tit. Pinnae repertum n. 7488.

Saec. II p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

#### 7817 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam adesa, a tergo rudis (18) × (55) × 22/17,5. Litt. 4/3,7. Rep. nescio quando a domino Angelo Vincenzo Grande haud longe a vico *Collelongo* in regione nuncupata *Colle* apud *Ponte piccolo*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40917), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
Annia N(umeri) [(iberta) Antic[---]]  
[---?] coniugi suo  
[ben]e merenti  
-----?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 367–368 n. 26 cum im. phot. fig. 32 (testimonio carente Albae Fucenti errore rettuli) (*AE* 2013, 415); C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 24–25 n. 14 cum im. phot. fig. 11 (*AE* 2017, 366).

Puncta triangularia.

1 [S]e[le]n[io] EGO; Antic[---] recte LETTA, qui supplevit ex gr. Antig[one] vel Antic[lea]; 2 [?] sibi et c[on]iugi suo, 3 [bene], 4 [posuit?] LETTA.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7818 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra cuspidata ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique fracta, in fronte perquam adesa fissuris-que laesa infra latior (114) × (82,5–78,5) × 32 circ. Litt. evanidae 6/5,5. Furtim rep. post secundum inter omnes gentes bellum in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* (vide supra ad tit. n. 3864). Ibidem servatur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



N(umerius) [An]umisius V(ibi) f(ilius).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 265 n. 162 cum im. phot. tab. LVI fig. 162 (AE 1975, 346); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 254 n. 46. – Cf. S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 124. 126; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 308–309; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 493.

Puncta triangularia esse videntur.

Supplevit LETTA, qui excludit, quominus nomen [N]umisius sit legendum, ex eo, quod, quamquam titulus in facie rudissima est insculptus, in lacuna inter litteram praenominis et partem nominis quae servatur posita duae litterae insculptae esse videntur. Attamen in dubio adhuc maneo.

In tota regione quarta nomen gentilicium Anumisii hic solo occurrit (cf. SCHULZE, *Eigennamen* 374).

Forma litterarum ad saec. I ex. a. C. n. adducit (cura ut vir cognomine careat).

#### 7819 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) supra fastigio triangulari scalpro dentato dolato magna autem ex parte deperdito praedita, in quo rosa incisa, in fronte et a tergo levigata (118) × 91/89 × 12/9. Litt. affabre insculptae sunt in fascia superiore 6,1. Rep. nescio quando a domino *Domenico Mancini* extra vicum *Trasacco* in loco, q. d. *Mole secche*. Inde ab a. 1967 servatur *Collelongo* muro cuidam exteriori affixa ecclesiae parocchialis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit. M. Mart. a. 2016 denuo recognovi cum CESARE CASTELLANI.



N(umerius) Baebidius N(umeri) f(ilius).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 79.2700.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 231–232 n. 138 cum im. phot. tab. II fig. 138 (AE 1975, 335); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 254 n. 47. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 126; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; G. GROSSI, in *Marsica* I 746.

Puncta triangularia.

Baebidii alii in regione Marsorum non laudantur.

Forma litterarum et monumenti ad saec. I ex. a. C. n. adducit vel paulo postea (nota virum cognomine carere).

#### 7820 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario corona praedita, in qua anaglyphum lunae crescentis (etiam cf. infra tit. n. 7826. 7838. 7844. 7847) effigitur ad formam portae valvatae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) in fronte levigata autem fissuris nec non lichenibus deturpata a tergo rudis 135 × 80/81 × 23. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. 5/4,5. Rep. a. 1977 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) prope sepulcrum sub n. 28a (vide infra ad tit. n. 7837). Servatur in aedificio bibliothecae municipalis eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



L(ucius) Bruttius C(ai) f(ilius).

Im. phot. a SAURO GELICHI sumpta.

S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 125–126 n. 11 cum im. phot. tab. III fig. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 254 n. 48; E. DUPRAZ, in *Écriture* 228. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 593 cum im. phot. p. 592.

Puncta triangularia.

Bruttios alios in tota regione Marsa non invenies.

Ex eo, quod Lucius Bruttius cognomine caret, non excludo quominus tit. saec. I ex. a. C. n. sit tribuendus, cui tempori forma monumenti congruit.

#### 7821 tit. sepulcralis

Stela ut videtur ex lapide calcario supra et a dextra fracta, in fronte passim levigata, infra rudis a tergo scabra (48,5) × (43) × 40. Litt. 6. Rep. nescio quando loco incerto in regione quadam vici *Trasacco*. Ibidem servatur muro cuidam exteriori affixa stabuli iuxta viam *Montello* sub. n. 36 sito, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Mart. a. 2016 denuo recognovi cum CESARE CASTELLANI.



-----  
Caesi[- -].

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 245 n. 149 cum im. phot. tab. LI fig. 149; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 50. – Cf. NATALE, *Fossacesia* 94.

In regione Marsorum nomina gentilicia Caesii, Caesidii, Caesiani invenies (etiam vide G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 126). Supplementum autem incertum manet.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7822 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in fronte levigata, infra rudis fastigio trapezii instar instructo praedita, in quo ab utroque latere v. 1 tituli rosa incisa, 117 × 100 × circ. 21. Litt. 5,2–3,7. Rep. nescio quando extra vicum *Trasacco* in loco, q. d. *Mole secche*. Servatur *Collelongo* in aedibus heredum domini *Antonio Sansoni* iuxta viam *Stretta* sub n. 25 sitis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



*P(ublius) Caesianus*  
*Sp(uri) f(ilius) v(ixit) a(nnis) XXX.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 233 n. 139 cum im. phot. tab. IL fig. 139 (AE 1975, 336); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 49. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; C. LETTA, in *Fucino* I 504; G. GROSSI, in *Marsica* I 746; NATALE, *Fossacesia* 94.

Puncta in formam circuli signata.

Rarissimum nomen gentilicium Caesiani (etiam cf. tit. huius Corporis vol. V 5326, in quo laudatur Lucius Caesianus Largus quidam). De locutione *Spurii filius* in primis vide W. KUBITSCHKE, *WS* 47, 1929, 130–143; S. PANCIERA, in *L'onomastique latine* 201 (= EUND., *Epigrafi* III 1850–1851); J. J. WILKES, *PBSR* 44, 1976, 28–43; SALOMIES, *Vornamen* 50–55; B. RAWSON, *Antichthon* 23, 1989, 10–41; etiam FRIEDL, *Konkubinat* 143–146; M. CHRISTOL, *Epigraphica* 77, 2015, 167–171.

Forma litterarum et monumenti ad saec. I ex. a. C. n. adducit vel paulo post (virum cognomine carere non est quoque praetermittendum).

#### 7823 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fastigiata undique levigata fissuris autem passim laesa 115,6 × 87 × 11. In fronte duae areae marginatae exstant 65 × 30–31,5, ubi sunt efficti in priore a sinistra circinus vel potius regula verticulis praedita et malleus in altero malleus et regula (etiam cf. F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 45, 1976, 729). Litt. exiles 4,7/3,6. Rep. fortasse in vico *Collelongo* vel in proximo, ex eo, quod in lucem detecta est a. 1973 in eodem vico adhibita in cella vinaria aedium *Giuseppe Sucopani* quondam

*Biagio* iuxta viam *S. Rocco* sitarum. Ibidem servatur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit.



*Q(uintus) Cavedius <mulieris> l(ibertus) Eros sibi*  
*et Q(uinto) Cavedio <mulieris> l(iberto) Quartioni*  
*fratri.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta (adde im. phot. neg. D. A. I. Rom 958.VW.84).

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 334 n. 193 cum im. phot. tab. LXXII fig. 193 (AE 1975, 348); ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 172 n. 98 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 51. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 35 cum im. phot. tab. XII fig. 1 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 131); E. FABBRICOTTI, *ibid.* 49; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21; BRANCATO, *Repertorium* II 93; G. GROSSI, in *Marsica* I 404.

Puncta triangularia.

2 *Quartoni* haud recte ZIMMER.

Forma nominis gentilicii Cavedii hic solum occurrit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 51); tit. Marruvii reperto n. 3683 memoratur Quintus Gavedius Verus, qui fuit saec. II p. C. n. duovir iure dicundo.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7824 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii supra fastigiata in usum posteriorem desecta ex quinque partibus inter se coniunctis fere composita, supra passim levigata, infra rudis a tergo scabra undique valde pessumdata (77,5) × (35) × 16. Litt. affabre insculptae 5,4. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur in vico *Trasacco* inserta parieti fenestreae turris medii aevi, q. d. *Torre Febonio/Fenobio* vel *Torre di Nerone*; nunc exstat in eodem vico penes praepositi vicarium *Evaristo Angelini*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.





Q(uitus) Cervius  
Sex(ti) f(ilius) Ser(gia),  
Ann(e)aea  
Q(uiti) l(iberta) Iu(c)und(a).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 27–28 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 184–186 n. 122 cum im. phot. tab. XLI fig. 122 (AE 1975, 328); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 52. – Cf. C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 410; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 462; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; G. GROSSI, in *Fucino* III 298; FORNI, *Tribù* C766; BUONOCORE, in *Annaei* 66 n. 105; EUND., in *Tribù romane* 38.

Puncta triangularia.

2–4 ANN.... AEA | Q. L. I.... UND ANGELINI. – 3 *Ann[i]aea* LETTA, cum quo consentiunt SEGNI, SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 16 et etiam O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 178; esse potest *Ann[e]aea*, ex eo, quod in spatio lacunae inter litt. N et A vocalis E potius quam I exarari potuisset (de quo nomine gentilicio cf. tit. AE 1997, 475, scil. Quintus Anneaeus Decimus; vide O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 219; de nomine gentilicio Annaei disserui in *Annaei* 39–72). – *I[uc]und[a]* LETTA.

De nomine gentilicio Cervii fusius in regione Paeligna memorato vide LETTA, *l. l.* 185–186 (cf. EUND., *Athenaeum* 57, 1979, 410).

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

7825 tit. sepulcralis

Tabula undique fracta alt. *p(almo)* <sup>1</sup>/<sub>2</sub>, lat. *pal(mi)* 2 <sup>1</sup>/<sub>2</sub>. *Nel tenimento di Trasacco* ROSSI. Periisse videtur. Descripsi a. 1987 ut potui ex scheda ROSSI.

Traditur:

*pal. 1/2*  
CIVITAS. VI  
AN. I. ET VIII  
*nel tenimento di Trasacco*

Fuisse videtur:

-----  
Civitas vi[x(it)]  
an(no) I et m(ensibus) IIII [- -]  
-----

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 8v cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 105 n. 290; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 42 n. 27; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 359 n. 1 cum im. del. fig. 18 a ROSSI deprompta.

Tit. Peltuinatae n. 3464 memoratur Cosidia Titi liberta Civitas quaedam (de quo cognomine vide S. PANCIERA, *Epigraphica* 78, 2016, 40).

Aetatis imperatoriae incertae.

7826 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra latior supra fastigio, in quo anaglyphum lunae crescentis (etiam cf. tit. n. 7820. 7838. 7844. 7847) effigitur, coronata ad formam portae valvatae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) in fronte levigata autem fissuris nec non lichenibus deturpata, in angulo inferiore sinistro fracta a tergo scabra 105,6 × 74–68,5 × 32–17,5. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. 4,6/3,6. Rep. d. 17 m. Iul. a. 1975 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) in sepulcro sub n. 28 effossionibus a legatione Universitatis Pisanae ad antiquitatum vestigia huius regionis exploranda praeposita institutis. Servatur in aedificio bibliothecae municipalis eiusdem vici, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



Instacia N(umeri) f(ilia).

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 335 n. 194 cum im. phot. tab. LXXIII fig. 194; [S.N.A.], *Stud. Class. Orient.* 25, 1976, 137. 139–140; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 54; DUPRAZ, in *Écriture* 228. – Cf. S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8,

1979, 125; M. PAOLETTI, in *Amplero* 32 cum im. phot. fig. 1; EUND., in *Fucino* I 308–309; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 593.

Puncta triangularia.

De nomine gentilicio Instacii vide supra ad tit. n. 3865 + 3884.

Ex litterarum monumentique forma saec. I ex. a. C. n. saltem tribuerim, eo magis, quod femina cognomine caret.

7827 tit. sepulcralis

*Trasacco* ROSSI. Perisse videtur. Descripsi a. 1987 ut potui ex scheda ROSSI.

Traditur:

MACIA Q. L. PRIMA  
MACIA Q.

Fuisse videtur:

Macia Q(uinti) l(iberta) Prima  
Macia Q(uinti) l(iberta) - - -

-----

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 19v cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 105 n. 291; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 47 n. 65; ID., *Epigraphica* 74, 2012, 359 n. 2 cum im. del. fig. 19 a ROSSI deprompta.

Tit. Supinate n. 3867 Marcum Macium quendam reperies (etiam cf. tit. n. 3868).

Prima aetatis imperatoriae esse potest.

7828 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigio, in quo corona una cum bullis efficta praedita, ad formam portae valvatae cum manubriis redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) in angulo inferiore dextro fracta, in fronte perquam adesa fissuris lichenibusque laesa infra latior (121) × 79 × 30 circ. Litt. evanidae 6. Rep. nescio quando in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* (vide supra ad tit. n. 3864). Ibidem servatur, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.

*Petrucleia T(iti) (filia).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 266 n. 163 cum im. phot. tab. LVI fig. 163; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 55. – Cf. S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 124; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 308–309; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 593.

Puncta distinguunt nequeunt.

In tit. Marruvii repertis, scil. n. 3745–3746, Quintos Petrucul(a) eos nonnullos invenies (de forma nominis gentilicii cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132).



Ex eo, quod femina cognomine caret, saec. I ex. a. C. n. esse videtur, cui tempori forma litterarum et monumenti sane congruit.

7829 tit. sepulcralis

*Sepolcro con più righe di lettere scritte* DE GASPERIS rep. a. 1750 *Trasacco* in operis ad stabulum quoddam prope vicum ipsum erigendum institutis; postea gradus scalarum usui fuit. Periiit. Descripsi m. Sept. a. 2016 e scheda LETTA qui, monente *Evaristo Angelini*, pendet ex BARTOLOMEO DE GASPERIS (vide infra).

-----  
[- - -]plotina[- - -]  
-----

B. DE GASPERIS in epistula s.n.d. ad MARINO TOMASSETTI missa servata *Trasacco*, *Archivio Parrocchiale, Rogiti*, III, f. 190b; inde C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 21 n. 10 (*AE* 2017, 364).

Quid subsit, non liquet. *Se la lettura è esatta, resta qualche dubbio sulla qualifica di 'pietre sepolcrali' data all'iscrizione; ma potrebbe anche trattarsi dell'iscrizione funeraria di uno schiavo o liberto dell'imperatrice, oppure di un'iscrizione pubblica reimpiegata in una sepoltura più tarda* LETTA.

7830 = *EE* VIII p. 43 n. 171 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et a sinistra fracta ad formam portae valvatae praeditae manubriis, nempe duobus superioribus caput Gorgonis alitis cum serpentibus duobus autem inferioribus caput leonis quod ore anulum continet repraesentantibus, redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) ab utroque latere columna cum capitulo Corinthio circumdata, in fronte levigata a tergo paululum rudis (125) × (83) × 13. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. affabre insculptae 4,4. Rep. m. Iun. a. 1887 extra vicum *Villavallelonga* in regione, q. d. *Casa Maggio* vel *Casemaggi* vulgo quoque nominata (de qua regione vide PALOZZI, *Villavallelonga* 160. 179 e LUSCHI *l. infra l.* 242–244; etiam cf. tit. n. 7814. 7845. 7846). Immissa saec. XIX in dono equitis *Lorenzo Botti* in museum municipale oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi denuo recognovi m. Mart. a. 2016 una cum CESARE CASTELLANI. Exemplum novicium gypsaceum exstat Romae in *Museo della Civiltà Romana*, ubi a. 1994 contuli (cf. *Museo della Civiltà Romana. Catalogo*, Roma 1964, 430 n. 33).



[. P]omponaeus Q(uinti) f(ilius) Gibba v(ixit) a(nnis) XXXIII  
ex tes(tamento).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 79.2759.

CANALE PAROLA, *ms.* I; G. FIORELLI, NS 1888, 714–715 cum im. del. ex ectypo chartaceo misso a CANALE PAROLA, inde ex lapide M. IHM et CHR. HÜLSEN, *EE* VIII p. 43 n. 171; L. ORLANDI, *I Marsi* 292 n. 56; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 267–273 n. 164 cum im. phot. tab. LVII fig. 164; PALOZZI, *Villavallelonga* 38–40 cum im. phot. fig. 5–6; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 64–65 n. 91; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 241–242 cum im. phot. tab. XV et im. del. tab. XVI a CANALE PAROLA sumpta; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 37; CATALI, *Museo Lapidario* 83 n. 71 cum im. phot.; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 169–170 n.

4 cum im. phot. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 130; D'AMATO, *Prosciugamento* 178; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 456; G. GROSSI, in *Marsica I* 761 cum im. phot. p. 766; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 489. 481. 489. 492.

Puncta triangularia.

Alii Quinti Pompon(a)ei in tit. Marruvinis laudantur, scil. n. 3710. 3749. 3750 (etiam cf. tit. Corfinii repertum supra n. 7320). De raro cognomine Gibbae vide KAJANTO, *Cognomina* 246.

Forma litterarum et monumenti ad aetatem imperii Augusti adducit.

#### 7831 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario cum aedicula et fastigio nunc magna ex parte deperdito a sinistra in usum posteriorem recte scissa ad formam portae valvatae praeditae manubriis quae supersunt, nempe duobus superioribus caput Gorgonis alitis cum serpentibus duobus autem inferioribus caput leonis quod ore anulum continet repraesentantibus (cf. tit. praecedentem), redacta ab utroque latere columna cum capitulo Corinthio circumdata (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique levigata (120) × (30) × 23–15. In aedicula, quae ab utroque latere columna cum capitulo Corinthio definita esse videtur, imago defunctae stolatae sculpta manum dextram porrigentis (agitur de

anaglypho illo *dextrarum iunctio* inter OMNES nuncupato; vide L. REEKMANS, *Bull. Ist. Belge Rome* 31, 1958, 23–95; BRILLIANT, *Gesture and Rank* passim; SINN, *Marmorurnen* 27. 63–66; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; etiam L. DI PAOLA LO CASTRO, *Il Maurolico. Giornale di storia, scienze, lettere e arti* 1, 2009, 25–41). Tit. incisus est in fascia inter aediculam et portam posita, litt. affabre insculptae 5,5. Rep. fortasse in vico *Villavallelonga* vel in proximo, ex eo, quod in lucem detecta est a. 1970 pro posti portae adhibita stabuli in regione, q. d. *Capocolle*. In eodem vico servatur penes medicum stipendio conductum *F. Bianchi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit.



[ - - ] l(iberta) Pitana.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 959.VW.84.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 275 n. 167 cum im. phot. tab. LVIII fig. 167; PALOZZI, *Villavallelonga* 42–43 cum im. phot. fig. 7–8; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 57. – Cf. S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 130; F. DONATI – L. LUSCHI, in *Amplero* 12 cum im. phot. fig. 4; DIEBNER, *I. I.* 237–238 cum im. phot. fig. 6; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 753. 754 cum im. phot. p. 764 a LETTA sumpta.


Punctum in formam aculei sagittae insculptum.

*Pitana* pro *Pithane* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 147; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183).

Ex litterarum monumentique forma priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7832 tit. sepulcralis

Pars superior cippi ex lapide calcario in usum posteriorem resecti in formam columnae redacti undique valde pessumdati ita inscripti, ut v. 1–2 et 3 fascia separarentur, (21,2) × 50 circ. diam. Litt. 7. Rep. medio saec. XIX extra vicum *Villavallelonga* a domino *Cesare Mastella* in regione, q. d. *Cona la Rovara*. In eodem vico servatur penes medicum stipendio conductum *F. Bianchi*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit.



[ - - ] Sex(ti) f(ilio) Prisc[o]  
[ - - ] Quartio  
[p]atri [ - - ].

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 961.VW.84.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 273–274 n. 165 cum im. phot. tab. LIV fig. 165; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 202 n. 20 (*AE* 1982, 228); PALOZZI, *Villavallelonga* 42–43 cum im. phot. fig. 9; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 58. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 126; F. DONATI – L. LUSCHI, in *Amplero* 12 cum im. phot. fig. 5; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 763.

Puncta in formam circuli insculpta.

3 ex. [b(ene) m(erenti) p(osuit)] dubitanter LETTA.

Ex litterarum forma fuisse videtur saec. II p. C. n.

#### 7833 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta. Area titulo inscribendo destinata marginata fuisse videtur. Unde prodierit, ignoratur. CESARE LETTA tit. a. 1982 quatenus potuit descripsit *Collelongo* penes causarum actorem *Walter Cianciusi*. Ubi exstet, nescio. Gratias ago LETTA, qui me certiorem fecit.

-----  
Saŕ+[- -]

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 22–23 n. 12.

+ litt. I vel Y vel R cum litt. T conexa LETTA, qui non excludit, quominus subsit initium cognominis cuiusdam, scil. *Saŕ[rus]* vel, quamquam dubitanter, *Saŕ[ianus]* vel *Saŕ[enus]* vel *Saŕ[enianus]*.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 7834 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii ex tribus partis inter se coniunctis fere composita supra et infra fracta, in fronte levigata autem valde pessumdata a tergo scabra (33) × 43 × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes servantur ab utroque latere ut infra, ? × 28. Litt. impares 4/3,5. In lucem rediit nescio quando in vico *Trasacco*. Ibidem servatur penes praepositi vicarium *Evaristo Angelini*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.

-----?  
Saŕ[urnino]  
vix(it) an(nis) X,  
Saturninus  
pater et  
5 [.] + ia Labis  
[mate]r f(ilio) p(osuerunt).



Im. phot. a D'AMATO sumpta.

ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 25 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 234 n. 141 cum im. phot. tab. XLVI fig. 141 (*AE* 1975, 337); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 232 n. 243. – Cf. A. RUSSI, *Riv. Filol.* 105, 1977, 370; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 466.

Puncta triangularia haud semper insculpta.

SAI[URNINO] | VIX. AN. X | SAIURNINUS | PATER ET | [- -] ALAHIS | (MATER) F. P. ANGELINI. – 5 + est hasta acclivis, inde de nomine gentilicio Aviae LETTA coniecit sub exemplo tit. eiusdem regionis n. 3679. 3720 (cum quo SEGENNI quoque consentit); attamen cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 274–275, 495. – 5 *Labis* pro *Lais* (ex. gr. cf. tit. huius Corporis vol. IV 1969). – 6 [mater] LETTA.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. dubitanter tribuerim.

#### 7835 tit. sepulcralis

Cippus vel ara ex lapide calcario supra et ab utroque latere fractus in fronte perquam adesus nec non foramine rotundo perterebratus crepidine prominente praeditus (49) × (29) × 37 circ. Litt. ad actuarias transgredientes cornibus praeditae 5–4. Rep. nescio quando extra vicum *Collelongo* in regione *Ponte Grosso* nuncupata. Servatur pro labro adhibitus *Collelongo* muro cuidam exteriori affixus aedium domini *Francesco Cesta* iuxta viam *Malpasso* sub n. 52 sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Oct. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit affixum muro aedium domini *Pisotta* iuxta eandem viam sub n. 15 sitarum.

-----?

[S]eptem[bri qui?]

[vi]x(it) a(nnis) VI m(ensibus) V[- -].

[- -]a T(iti) f(ilia) M(arci) n(eptis) [- -]

[T]itecia M[- -]

5 [- -]illa fi[lio] p(osuerunt)?].


Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 252–253 n. 152 cum im. phot. tab. LII fig. 152; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 59. – Cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 457; F. DONATI – L. LUSCHI, in *Amplero* 11 cum im. phot. fig. 1; G. GROSSI, in *Marsica* I 415.

Puncta in formam falculae insculpta.

Supplementa recepi a LETTA quamquam non sine dubiis. – 2 ex.–5 [Al][fi]a T(iti) f(ilia) M(arci) n(eptis) [M(arci) pron(eptis)] | [T]itecia M[axi][m]illa suppleri posse LETTA quoque monuit. De nomine gentilicio Titecii vide supra ad tit. n. 7813.

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. saltem adducit.



#### 7836 tit. sepulcralis

Aedicula ex lapide calcario fastigio cum acroteriis et rosa praedita vultu, q. d. protome viri defuncti (cf. S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3<sup>o</sup>, 5, 1987, 37 cum im. phot. fig. 15) autem aetate recentiore perterebrato ornata scalpro dentato passim dolata 59 × 35 × ?. Litt. in duabus fasciis inferioribus insculptae 3–1,5. Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *Trasacco*. Ibidem servatur in oratorio ecclesiae S. Caesidii, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit. Eodem loco m. Mart. a. 2016 tit. CESARE CASTELLANI denuo recognovit.



*Severo Grapenis (scil. filio)  
[Se]verus pater  
filio posuit.*

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2749.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 244 n. 148 cum im. phot. tab. LII fig. 148 (*AE* 1975, 340); A. CASTELLANI, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 5, 1995, 165–166 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (cf. *AE* 1995, 413); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 60; MANDER, *Portraits* 200 n. 181. – Cf. E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 44; G. GROSSI, in *Trasacco* 59 cum im. phot. fig. 11; M. PAOLETTI, in *Fucino* III 353 n. 2 cum im. phot. fig. 2; G. GROSSI, in *Marsica* I 723.


Puncta triangularia.

1 *Grapenis* pro *Graphenis* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 148; ANTOLINI, *Iscrizioni* 84 adn. 183).

Forma monumenti litterarumque ad saec. I medium p. C. n. saltem adducit.

#### 7837 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo scabra ad formam portae Ditis fortasse initio redacta (vide supra ad tit. n. 3324) (32) × (130) × 42/30. Litt. 6,5. Rep. a. 1977 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) prope sepulcrum sub n. 28a (vide supra ad tit. n. 7820). In situ. Titulum descripsit d. 14 m. Sept. a. 1977 et denuo a. 1987 CESARE LETTA, qui me officiose certiore fecit.



*Sa(lvius) T(- -) (vac.)*

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 23–24 n. 13 cum im. phot. fig. 10.

Punctum triangulare ad formam crucis figuram referentem redactum (qua de forma cf. R. ZUCCA, *Misc. Greca e Romana* 18, 1994, 149). Litt. S cum hastis eodem fere gradu inclinatis.

De praenomine Salvii fusius disseruit SALOMIES, *Vornamen* 88–90 et passim; ID., in *Prénoms* 33–34. Quomodo nomen solvi recte possit, incertum; LETTA non excludit, quominus nomen Tettiedii subsit, ex eo, quod aliae duae stelae, scil. tit. n. 7838. 7839, in quibus laudantur Tettiedii, in eodem loco sunt detectae (etiam cf. tit. Marruvinos n. 3687. 3762. 7740; de nomine gentilicio fusius disseruit C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 48–50; etiam vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138).

Ex forma litterarum et puncti saec. I in. a. C. n. tribuerim.

#### 7838 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra latior supra fastigio, in quo anaglyphum lunae crescentis (etiam cf. tit. n. 7820. 7826. 7844. 7847) effigitur coronata ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) in fronte levigata autem fissuris nec non lichenibus deturpata a tergo scabra 116 × 74–70 × 25–16. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. 7. Rep. casu et fortuito post secundum inter omnes gentes bellum in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* (vide supra ad tit. n. 3864). Inde a m. Sept. a. 1971

servabatur *Collelongo* ante aedificium bibliothecae municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit. Inde ab a. 1985 exstat in museo comunali (*Palazzo Botticelli*) sito in eodem vico, ubi m. Oct. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et me certiore fecit.



*T(itus) Tettiedius N(umeri) f(ilius); s(alve), v(ale).*

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* 956.VW.84.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 260 n. 156 cum im. phot. tab. LIV fig. 156 (*AE* 1975, 344); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 61. – Cf. S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 126; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 480; M. PAOLETTI, in *Amplero* 63; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; C. LETTA, in *Fucino* I 308–309; PAOLETTI, *ibid.* 504; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 593.

Puncta in formam circulorum insculpta.

*s(ibi) v(ivus)* vicissim dubitanter LETTA.

In tit., qui sequitur, Titus Tettiedius alter nominatur. De praenomine Numerii vide SALOMIES, *Vornamen* 39–41 et passim (etiam cf. EUND., in *Prénoms* 28–29). De locutione *salve, vale* fusius in tit. aetatis rei publicae labentis laudata cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 1476 (cf. p. 870. 998) = XIV 3331; I<sup>2</sup> 3146 = *ILLRP* 819 = M. MARTINS MAGALHÃES, *Stabiae romana*, Castellammare di Stabia (NA) 2006, 102 n. 17; X 2536. 2749; P. WUILLEUMIER, *Inscriptions latines des trois Gaules*, Paris 1963, 49 n. 143. De re universa vide G. CAMODECA, in *Colonie e municipi* 58–59. Etiam vide tit. sequentem.

Ex forma litterarum et monumenti alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim (etiam cura ut homo cognomine careat).

#### 7839 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fastigio coronata infra latior ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique passim levigata fissuris autem laesa 97 × 73–63 × 35–30. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. pro-

funde insculptae 5,5. Rep. d. 11 m. Sept. a. 1968 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) in sepulcro sub n. 4 effossionibus a legatione Universitatis Pisanae ad antiquitatum vestigia huius regionis exploranda praeposita institutis. Inde a m. Sept. a. 1971 servabatur *Collelongo* ante aedificium bibliothecae municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde ab a. 1985 exstat in museo communalis (*Palazzo Botticelli*) sito in eodem vico, ubi m. Oct. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et me certiore fecit.



*T(itus) Tettiedius T(it)i f(ilius) Tiro; vâ(ê).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 257 n. 154 cum im. phot. tab. LIII fig. 154 (AE 1975, 342); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 256 n. 62. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 126; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 480; M. PAOLETTI, in *Amplero* 47. 63; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 308–309; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 101 cum im. phot. fig. 4; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 493.

Puncta triangularia.


In tit., qui praecedit, Titus Tettiedius alter nominatur (etiam cf. tit. Marruvinos n. 3687. 3762. 7740). De nomine gentilicio fusius disseruit LETTA, *l. l.* 48–50; etiam vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138. Cognomen *Tiro* rarum est; etiam cf. tit. Furfensem saec. II ex. p. C. n. n. 3519; in tit. Marruvinis memorantur Quintus Tironius Crescens (n. 3732), colonus quidam fundi Tironiani (n. 3674) et familia Tironianensis (n. 3675). De locutione *vale* cf., inter al., G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 83–86.

Forma monumenti et litterarum ad aetatem Augusteam vel paulo postea adducit.

7839a tit. sepulcralis

Arca *priva d'ornamenti a rilievo* LOLLI rep. m. Mart. a. 1904 prope *Trasacco* in regione appellata *Collicelli*. Ubi

exstet ignoro. Descripsi ut potui m. Nov. a. 2019 ex LOLLI. Gratiam ago CESARE CASTELLANI qui me certiore fecit.



*C(aius) Torinius C(ai) f(ilius)  
Ser(gia).*

Im. del. ex LOLLI sumpta.

C. LOLLI, *Archivio Storico della Soprintendenza Archeologica di Roma (Roma, Palazzo Altemps) b. 292 fasc. 2* cum im. del.

De Caiis Toriniis Supinatibus vide tit. n. 7840.

Ex eo quod vir cognomine caret, aetatis primae imperatoriae vel etiam saec. I a. C. n. labentis esse potest (etiam nota rationem nominis casu nom. incisam).

7840 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa in fronte scalpro dentato dolata (70) × (91,5) × 11 circ. Litt. affabre insculptae 7,5. Rep. saec. XX in. casu et fortuito a domino *Vincenzo Corsi* extra vicum *Trasacco* in regione, q. d. *Collicino*, sub infimo colle sita, ubi exstat sacrarium *Madonna di Candeleccchia* vulgo appellatum (etiam vide tit. sequentem). Servatur *Trasacco* pavimento pergulae immissa aedium olim domini *Cesidio Corsi* nunc *Vincenzo Corsi* iuxta viam *Virgilio Marone* sub n. 14 sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Eodem loco m. Mart. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*Torinia C(ai) l(iberta) Calliopa.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 29 n. 1 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 220–221 n. 132 cum im. phot. tab. XLVI fig. 132 (AE 1975, 330); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 63. – Cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 459; G. GROSSI, in *Marsica* I 538.

Puncta triangularia sursum directa.

*Calliopa* pro *Calliope*.

Nomen *Torinii* in regione *Supini* tantum memorari videtur: etiam cf. tit. n. 3878. 7839a et infra n. 7841. 7852.

Forma litterarum et punctorum ad saec. I ex. a. C. n. vel paulo postea adducit.

7841 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa, in fronte scalpro dentato dolata (90) × (70) × 11 circ. Litt. affabre insculptae 6,25. Rep. saec. XX in. casu et fortuito a domino *Vincenzo Corsi* extra vicum *Trasacco* in regione,

q. d. *Collicino*, sub infimo colle sita, ubi exstat sacrarium *Madonna di Candelecchia* vulgo appellatum (etiam vide tit. praecedentem). Servatur ut tit., qui praecedit, *Trasacco* pavimento pergulae immissa aedium olim domini *Cesidio Corsi* nunc *Vincenzo Corsi* iuxta viam *Virgilio Marone* sub n. 14 sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Eodem loco m. Mart. a. 2016 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*C(aius) Torinius T(iti) [(libertus)?]*  
*Tripes.*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 29 n. 2 cum im. phot.; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 221 n. 133 cum im. phot. tab. XLVI fig. 133 (AE 1975, 331); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 64. – Cf. S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 459; G. GROSSI, in *Marsica* I 538.

Puncta triangularia sursum directa.

Supplere [*filii*] quoque potuissem.

Cognomen *Tripedis* aliunde ignotum (apud LIV. 35,40 laudatur triumvir Marcus Furius Crassipes a. 192 a. C. n., cum *Vibonem* colonia est deducta; Iulius Crassipes legatus Augusti pro praetore Thraciae nec non consul suffectus a. 140 p. C. n. quoque memorandus est; vide P. WEISS, *Chiron* 36, 2002, 357–367). De nomine gentilicio *Torinii* vide supra tit. praecedentem.

Forma litterarum et punctorum ad saec. I ex. a. C. n. vel paulo postea adducit.

7842 tit. sepulcralis

Plinthus potius quam tabula fortasse integra. *Trasacco*. *Collazionata addi 26 Giugno 1811* ROSSI. Periisse videtur. Descripsi a. 1987 ut potui ex scheda ROSSI.

Traditur:

*Trasacco. Collazionata addi 26 Giugno 1811*

VARICIA - Q L  
'SALVIA

Fuisse videtur:

*Varicia Q(uinti) l(iberta)*  
*Salvia.*

Im. del. a ROSSI sumpta.

ROSSI, *ms. f. 39r* cum im. del. (ex quo C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 235 n. 142; inde AE 1975, 338; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 65). – Cf. BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 128; EUND., *Codici epigrafici* 29.

Forma nominis gentilicii *Varicii* tit. huius Corporis vol. VI 156, 6 (cf. p. 4123) quoque laudatur; etiam cf. supra tit. n. 3880, ubi memoratur *Numerius Varecius* quidam.

Saec. I in. p. C. n. fuisse videtur.

7843 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario cuspidata infra latior in fronte valde levigata a tergo scabra 90 × 88–79 × 28–20. Litt. impares 7,5. Furtim rep. m. Nov. a. 1969 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) in sepulcro sub n. 18. Inde a m. Iul. a. 1970 servabatur *Collelongo* in vestibulo aedificii municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. Inde ab a. 1985 exstat in museo comunali (*Palazzo Botticelli*) sito in eodem vico, ubi m. Oct. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et me certiore fecit.



*C(aius) Vibiedius St(ati) f(ilius).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 263 n. 160 cum im. phot. tab. LIV fig. 160 (AE 1975, 345); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 67. – Cf. D'ARPIZIO, *ms. 2.1* cum im. phot.; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 112 adn. 28; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 121. 126; M. PAOLETTI, in *Amplero* 32. 63; EUND., in *Fucino* I 308–309; LETTA, *ibid.* 504; ANTOLINI, *Iscrizioni* 85 adn. 185; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 493.

Puncta triangularia.

Numerius *Vibiedius* quidam redit in tit., qui sequitur, eodem loco reperto. De praenomine *Statii* vide SALOMIES, *Vornamen* 90–91; EUND., in *Prénoms* 34–35.

Ex forma litterarum alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim (hominem cognomine carere non est quoque praetermittendum).

7844 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fastigio, in quo anaglyphum lunae crescentis (etiam cf. tit. n. 7820. 7826. 7838. 7847) effigitur, coronata infra latior ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta (de monumento, q. d. porta *Ditis*, vide supra ad tit. n. 3324) undique passim deturpata (123 × 91/84 × 27–12. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. exiles insculptae 5,8. Rep. casu et fortuito post secundum inter omnes gentes bellum in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* (vide supra ad tit. n. 3864). Inde ab a. 1968 servatur *Collelongo* muro cuidam exteriori affixa ecclesiae paroeciali *S. Maria Nuova*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.

*N(umerius) Vibiedius N(umeri) f(ilius).*

Im. phot. a D'AMATO sumpta.





C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 258 n. 155 cum im. phot. tab. LIII fig. 155 (AE 1975, 343); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 66. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 112; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 126; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; C. LETTA, in *Fucino* I 308–309; M. PAOLETTI, *ibid.* 504; ANTOLINI, *Iscrizioni* 85 adn. 185; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 492 cum im. phot. p. 422.

Puncta triangularia esse videntur.

Caius Vibiedius quidam redit in tit., qui praecedit, eodem loco reperto. De praenomine Numerii vide SALOMIES, *Vornamen* 39–41 et passim (etiam cf. EUND., in *Prénoms* 28–29).

Ex forma litterarum et monumenti alterius partis saec. I a. C. n. esse videtur (etiam nota hominem cognomine carere).

#### 7845 tit. sepulchralis

Duae partes ut opinor epistylia potius quam tabulae lapideae calcarii inter sese non coniunctae repertae a. 1885 in usu graduum adhibitae extra vicum *Villavallelonga* in regione *Casa Maggio* vel *Casemaggi* vulgo nominata (de qua regione vide PALOZZI, *Villavallelonga* 160. 179 et LUSCHI *l. infra l.* 242–244) una cum tit. n. 7814. 7846 (etiam cf. tit. n. 7830 nec non PALOZZI, *l. l.* 36–38 cum im. phot. fig. 36–38; LUSCHI, *l. infra l.* 246). Periisse videntur. Descripsi a. 2010 ut potui ex scheda CANALE PAROLA et LUSCHI.

Traditur:

C. VIB [- -] CH [- -] C. L. [- -]

Fuisse videtur:

*C(aius) Vib[ius - -]ch[- -] C(ai) l(ibertus) [- -]*.

CANALE PAROLA, *ms.* I cum im. del.; a quo L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 247–248. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 761.

Supplevit LUSCHI, quam sequor; *Ch[iteris]* perperam GROSSI.

Quominus Caius Vibius in hoc tit. laudatus libertus Caii Vibii Macri illius tit. n. 7814 fuerit, LUSCHI non excludit. Res ita se fortasse habet.

Temporis spatio inter saec. I ex. a. C. n. et I in. p. C. n. tribuerim.

#### 7846 = EE VIII p. 43 n. 173 (cf. p. 205) tit. sepulchralis

Videtur fuisse epistylum (potius quam stela) ex lapide calcario ad formam portae Ditis redactum (vide supra ad tit. n. 3324) olim 148 × 95 × 20 (CANALE PAROLA) vel 100 circ. × 75 × ? (HÜLSEN). In lucem detectum videtur a. 1885 (CANALE PAROLA) potius quam m. Febr. a. 1889 (HÜLSEN) extra vicum *Villavallelonga* in regione, q. d. *Casa Maggio* vel *Casemaggi* vulgo nominata (de qua regione vide PALOZZI, *Villavallelonga* 160. 179 et LUSCHI *l. infra l.* 242–244) una cum tit. n. 7814. 7845 (etiam cf. tit. n. 7830 nec non PALOZZI, *l. l.* 36–38 cum im. phot. fig. 36–38; LUSCHI, *l. infra l.* 246). Servabatur *Villavallelonga* in aedibus priva-

tis. Periisse videtur. Descripsi a. 2010 ut potui ex scheda CANALE PAROLA et IHM.

*P(ublius) Vibius Pac(ci) f(ilius) Siculus.*

CANALE PAROLA, *ms.* I cum im. del.; M. IHM, *EE VIII* p. 43 n. 173 ad lapidem et ectypum (ex eo C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354); CHR. HÜLSEN, *RM* 5, 1890, 294; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 246. 248; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 253 n. 39. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 113; S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 128; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 485; G. GROSSI, in *Marsica* I 761.

Tit. n. 7814 in eodem vico reperto laudatur centurio vel potius primus pilus Caius Vibius Sexti filius Sergia Macer. Vibios alios in regione Marsa fusius invenies (cf. tit. collectos a SEGENTI, *l. l.*). De praenomine Paccii vide SALOMIES, *Vornamen* 83–84 cum amplissimo commentario titulis collectis; EUND., in *Prénoms* 30; E. DUPRAZ, *ibid.* 111–132. Excludendum non est, ut LUSCHI coniecit, quin Caius Vibius Siculus una cum Caio Vibio Macro militaverit sub signis Octaviani vel Antonii bello contra Sextum Pompeium in insulam Siciliam illato. De cognomine Siculi vide KAJANTO, *Cognomina* 52. 193; de re universa J. R. W. PRAG, in C. AMPOLO (Ed.), *Immagine e immagini della Sicilia e di altre isole del Mediterraneo. Erice, 12–16 ottobre 2006 (Seminari e convegni 22)*, Pisa 2009, 87–100; EUND., in P. MARTZAVOU – N. PAPA ZARKADAS (Ed.), *New Documents and New Approaches Epigraphical Perspectives in the Study of the Postclassical Polis (4<sup>th</sup> cent. BC – 3<sup>rd</sup> cent. AD)* (*Oxford Studies in Ancient Documents*), Oxford 2013, 37–53.

Ex forma monumenti saec. I a. C. n. labenti tribuerim.

#### 7847 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario infra latior et rudis supra fastigio, in quo anaglyphum lunae (etiam cf. tit. n. 7820. 7826. 7838. 7844) crescentis effigitur, coronata ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique perquam fissuris nec non lichenibus deturpata a tergo scabra 139 × 80–75 × 25–18. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. circ. 7. Rep. a. 1969 in regione, q. d. *Cantone*, extra vicum *Collelongo* sita (vide supra ad tit. n. 3864) in sepulcro sub n. 3 effossionibus a legatione Universitatis Pisanae ad antiquitatum vestigia huius regionis exploranda praeposita institutis. Inde a m. Sept. a. 1971 servabatur *Collelongo* ante aedificium bibliothecae municipalis, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit. M. Oct. a. 2015 est translata in *Museo Archeologico* (i. e. *Palazzo Botticelli*) eiusdem vici, ubi m. Mart. a. 2016 denuo recognovi una cum CESARE CASTELLANI.



*[- -]eidi[us - -]*.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom 957.VW.84.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 260–261 n. 157 cum im. phot. tab. LV fig. 157; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 68. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 237; M. PAOLETTI, in *Fucino* I 308–309; G. GROSSI, in *Marsica* I 415. 593.

Puncta distingui nequeunt.

Quae ratio nominis subsit, mihi non liquet; de forma quadam nominis Tettiedii fortasse agatur, ex eo, quod aliae duae stelae, in quibus laudantur Tettiedii, in eodem loco sunt detectae; res autem tota incerta manet. Exempli gratia LETTA hoc modo restituit, scil. [T. vel Q. vel Sex. Tetti]e(i) [(i)lii] val(e)].

Non excludo, quominus alterius partis saec. I a. C. n. esse possit.

#### 7848 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fastigio coronata ad formam portae valvatae manubriis praeditae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, vide supra ad tit. n. 3324) undique passim deturpata a tergo rudis 115 × 70 × 40–25. Tit. incisus est in fascia superiore, litt. 5. Rep. casu et fortuito a. 1977 inter regiones, q. d. *Vado della Rimessa* et *Pretara di S. Castro*, extra vicum *Collelongo*. Ubi exstet nescio. Descripsi ut potui ex scheda GELICHI.

[ - - ]illia N(umeri) f(ilia).

S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 126–127 n. 12; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 257 n. 69.

Puncta triangularia.

Quomodo recte sit supplendum nomen gentilicium finiens in *-illia*, incertum; in tit. regionis Marsae laudatur nomen Gavillii (n. 3863).

Esse potest saec. I labentis a. C. n. vel paulo postea.

#### 7849 tit. sepulcralis

Pars superior cippi ex lapide calcario in usum posteriorem resecti in formam columnae redacti corona prominente praediti undique valde pessumdati (38) × 50 circ. diam. Supra vestigia anaglyphi serpentis flexu sinuoso exsculpti (de anaglypho fusius disseruit I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193–216 cum alia bibliographia; etiam cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 11–12 et E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 54–55; A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 115–122; vide supra tit. n. 6347. 7656 (Cerfennia) et praesertim tit. Marruvinos n. 3735. 3741. 3742. 3747. 3780. 7706. 7771). Litt. in fascia superiore insculptae 7. Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *Trasacco*. In eodem vico servatur penes caesarum actorem *Tullio di Pietro*, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit.



[ - - ]nnius C(ai) f(ilius) S[ - - ].

Im. phot. a D'AMATO sumpta.


C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 187 n. 123 cum im. phot. tab. XLI fig. 123; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 202 n. 19 (AE 1982, 227); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 258 n. 70. – Cf. G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 533; EUND., *Tribù* Y1126; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38.

[ - ? Ni]nnius C(ai) f(ilius) S[er. ? - - ] LETTA, FORNI; Quintus Ninnius Strenuus quidam redit tit. Supini reperto n. 3858 (de nomine etiam cf. S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 475; EAND., *Epigraphica* 58, 1996, 150–151); Publius Annius Niceporus tit. Marruvino n. 7706 (etiam cf. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.*, l. l. 463); non excludo, quominus illud S[ - - ] ad initium cognominis cuiusdam potius quam ad tribum Sergiam pertinere possit. Attamen supplementa tota incerta manent.

Forma litterarum monumentique ad saec. I ex. p. C. n. adducit.

#### 7850 tit. sepulcralis

Fuit fortasse epistylum ex lapide calcario corona prominente praeditum ab utroque latere et infra fractum in fronte et a tergo levigatum (22,5) × (47) × 11/9. Litt. affabre insculptae 6. Rep. a. 1970 extra vicum *Collelongo* in regione, q. d. *Revòtene*. Servabatur *Collelongo* inter reperta legationis Universitatis Pisanae ad antiquitatum vestigia huius regionis exploranda praepositae, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO. M. Oct. a. 2015 est translatum in *Museo Archeologico* (i. e. *Palazzo Botticelli*) eiusdem vici, ubi m. Mart. a. 2016 denuo recognovi una cum CESARE CASTELLANI.



[ - - ]nsidius + [ - - ].

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 254–256 n. 153 cum im. phot. tab. LV fig. 153; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 255 n. 53. – Cf. D'ARPIZIO, *ms.* 2.1 cum im. phot.; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 451; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 17; BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 358–359; C. LETTA, in *Municipal Structures* 7.

Punctum triangulare sursum directum.

+ litt. incerta.

[Fre]nsidius dubitanter LETTA exemplis titulorum in regione Marsa repertorum nonnullis collectis, ubi laudantur nomina gentilicia Fresidii (n. 3682), Frensedii (n. 3862); cf. etiam tit. Marruvinos n. 3798. 7703; tit. Albensi n. 4045 reperies [ - - ]nsiediae; [Con]sidius supplere quoque potuissem (cf. tit. Peluinatam n. 3464) vel etiam [An]sidius (cf. tit. urbanum NS 1923, 267). De nomine gentilicio Fresidii disseruit LETTA, l. l. 254–255; ID., *Athenaeum* 102, 2014, 562; ID., in *Municipal Structures* 7–9; etiam vide CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup> 246–247.

Forma litterarum ad saec. I ex. a. C. n. saltem adducit.

## 7851 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et a sinistra fracta, in fronte levigata (59) × (30) × ?. Litt. 8,5–7,2. Rep. nescio quando loco incerto in regione vici *Trasacco*. Ibidem servatur in pavimento inserta ecclesiae S. Caesidii ante primam columnam alae dextrae, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. M. Mart. a. 2016 denuo recognovi una cum CESARE CASTELLANI.



-----?  
 [---]oro  
 [---]? hered]es  
 [---]? ex testamen]to.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 245 n. 150 cum im. phot. tab. LI fig. 150; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 258 n. 71. – Cf. GROSSI, *Marsica Sacra* 113 adn. 479; EUND., in *Marsica* I 723.

1 [---]Fl]oro ex. gr. LETTA; etiam vide cognomina Graecanica, quae terminantur in *-orus* (cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1552–1553).

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. saltem adducit vel paulo antea.

## 7852 tit. sepulcralis

im. phot. fig. 4; C. LETTA, *ibid.* 215–216; G. GROSSI – U. IRTI – L. LOSARDO, in *Tesoro del lago* 29–30 (= EOSD., in *Collezione Torlonia* 64–65); C. LETTA, *ibid.* 140 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 30 cum im. phot. fig. 24); GROSSI, *Marsica* 23. 113; S. SEGENNI, in *Sviluppi recenti* 265 (cf. AE 2002, 378); ANTOLINI, *Iscrizioni* 81; R. ANTONINI, in *Pompei* 281–283 cum im. phot. fig. 7; C. LETTA, in *Valle di Comino* I 50–51 (= EUND., in *Italica ars* 363–364); F. SENATORE, *La lega sannitica*, Pompei (NA) 2006, 58–59; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 69; P. POCETTI, in *Campi aperti* 359. 370; D. LIBERATORE, in *Fucino* IV 8; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 10; M. MANCINI, *Ann. Ist. Orient. Napoli Ling.* 30, 3, 2008 (2010), 220; STEK, *Cult places* 159; BUONOCORE, in *Homenaje Armin U. Stylow* 65; V. BIANCONI, in *Mercator placidissimus* 353–361; P. POCETTI, in *Dediche sacre* 67. 71; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 72; LACAM, *Variations rituelles* 284; C. LETTA, in *Fucino* V 259; E. GROSSI, in *Valle Roveto* 3–11 (libellus publici iuris ante tempus factus); G. GROSSI, in *Marsica* I 513. 523; M. J. FALCONE, *Aevum* 85, 2011, 89; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 678. 709. 732; M. J. STRAZZULLA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 267; BOURDIN, *Les peuples* 137. 780; M. J. ESTARÁN, *ZPE* 202, 2017, 303; M. DI FAZIO, *MEFRA* 129, 2017, 125; C. LETTA, in *Peoples* 513; M. MANCINI, in *Studi Vincenzo Orioles* 373; GROSSI, *Ricerca* 16. 72–73 cum im. del.

Bina puncta directa sunt interpunctiones v. 1. 2. 4. 7; singula v. 2 et 3. – Litt. A cum lineola mediana non aequa sed a dextera ducta proclivi, neque sinistram attingente; litt. C apertissima; litt. E et F indicatae sunt hastis rectis inclinatis; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. N dextrorsum inclinata; litt. B et S cum hastis eodem fere gradu inclinatis; litt. P cum parte dextra loco semicirculi bis angulata; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis (grammaticam et rationem palaeographicam fusius tractaverunt DEL TUTTO PALMA, *l. l.* et AGAZZANI).

Potissimum sequor AGAZZANI, qui editionem plenissimam denuo curavit et de ratione titulum inscribendi, de aetate, de lectione litterarum incertarum et de usu interpretationeque inscriptionis fusius quoque disseruit (vide infra). Varias lectiones ab AUCTORIBUS propositas iterare nolo (de re universa praesertim vide PERUZZI, LA REGINA, DEL TUTTO PALMA et AGAZZANI).

In tit. laudatur Caso Cantovius Apruflucanus (de praenomine hic solum nominato vide SALOMIES, *Vornamen* 69 et nunc R. ANTONINI, *Quad. Coldragonesi* 8, 2017, 38–39; AGAZZANI de forma praenominae *Kaesol/Caeso* cogitat exemplo tit. Marsorum n. 3885; nomen gentis Cantovios ex \**Cantos* depromptum AGAZZANI est interpretatus; illud *Apruflucano(s)* i. e. Apruflucanus cognomen ad originem hominis pertinet, idest ex pago vel vico cui nomen \*Aproficulum in regione Marsa sito Apruflucanus oriundus fuisse videtur; etiam cf. G. GROSSI, in *Fucino* V 208 et C. LETTA, in *Valle di Comino* XII 35; de re universa vide PERUZZI, PROSDOCIMI, LA REGINA et AGAZZANI), qui, ut LA REGINA et DEL TUTTO PALMA coniecunt, cepit hunc balteum apud finem Gallicum in urbe Casuento et commilitones/socii donum dederunt deae Angitia pro legionibus Marsis i. e. nomine legionum Marsorum vel potius ut SISANI est arbitratus pro militibus Marsis. Contra vide, ex. gr., GOIDANICH, *l. l.* 258, qui hoc modo in sermonem Italicum vertit, scil. *Casone Cantovio prese questo cinturone (insegna) dei Fclani presso il confine esalico nella città di Casantonio, e i suoi compagni d'arme lo portarono in dono ad Angitia (o alla dea Angitia) per le legioni marse*; PERUZZI, *Maia*, *l. l.* 194, qui hoc modo in sermonem Latinum vertit, scil. *Cassus Cantovios Apruflucanus cepit apud finem Italicum vel Italicorum in urbe Casantonio sociique donum attulerunt Angitiae pro legionibus Marsis*; RIBEZZO, *l. l.*: *Caso Cantovius Apruflucanus, hic apud finem Insulicum* [Issallicorum BÜCHE-

LER, IORDAN] *in urbe Casantonio, et socii amborum iniere pacta pro legionibus Martii*). Ubi autem exstiterit oppidum \*Casuentum, adhuc est incertum (de quo nomine etiam vide D. SILVESTRI, in *Onomastica* 68): prope vicum hodie *Poppi* appellatum (vide LA REGINA, *l. l.*) vel prope vicum *Montorio* haud longe a *Narnia* (de qua coniectura nunc vide L. SENSI, *Epigraphica* 59, 1997, 370–373; etiam vide tit. huius Corporis n. XI 4209 saec. III p. C. n. ubi memoratur municipium Casuentinorum quoddam inter Interamnates Nahartes et Vindenates situm (cf. tit. n. XI 647\*), nec non tit. AE 1996, 601 tribuendum temporis spatio inter saec. III medium et II medium a. C. n. comprehenso, ubi laudatur Casuentum quoddam una cum Carsulis). Quoquo modo omnes fere AUCTORES pro comperta re habent tit. saec. III in. a. C. n. esse tribuendum vel a. 299, quo tempore Nequinum expugnatum est, vel potius a. 295 vel a. sequente, cum consul Postumius Gallus Samnites Umbros et Etruscos Sentini profligavit (cf. Liv. 10.37.1–5). Attamen AGAZZANI memorat Livium (4, 53. 55. 56), qui narrat Romanos, bello contra Aeque Volcosque inter a. 410 et 408 suscepto, arcem Caruentanam ab Aequis et mercennariis militibus Volscis ipsis captam perfacile recepisse; qua re nihil impedit, quominus munus quod *Cantovios en ceped urbid Carontonia* ab arce Caruentana nunc vico, ut A. NIBBY, *Analisi storico-topografico-antiquaria della Carta de' dintorni di Roma* 3, Roma 1837, 17 primus est suspicatus, *Rocca Massima* appellato haud longe a *Cori* sito oriundum sit. Inde populus ille *el.Jalicom* vel *fl.Jalicom* (ut AGAZZANI restituit) prope Latium vetus potius quam in finibus Gallicis incolebat. Praetermittendus quoque non est locus ille Liv. 4, 57, ubi, eodem bello, traditur castellum quoddam ad lacum Fucinum vi expugnatum esse atque in eo tria milia hominum capta, ceteris Volscis intra moenia compulsis nec defendentibus agros. Praeterea AGAZZANI incertus manet, utrum illud *attia* ad nomen Angitiae sit referendum necne (quae autem coniectura parum probanda esse videtur). Si res ita est, tit. saec. V in. a. C. n. esse quoque potest (de re autem consilium capere nolo).

7859 tit. sacer

Basis ex aere undique attrita crepidine prominente praedita 1,5 × 6,1 × 4,7 (crepido 7,9 × 6,9/6,7). In facie sursum directa exstat recessus ad imaginem infigendam aptus. Litt. incisae in quattuor lateribus basis 0,8 (nota iuncturam *V(ibi) l(ibertos)* v. 1 adiectam esse in crepidine). Constat effossam esse saec. XIX (ante a. 1936) loco incerto ad lacum Fucinum prope vicum *Luco dei Marsi*. Usque ad a. 1994 servabatur in oppido *Avezzano* in horreis principum *Torlonia*, postea translata est *Chieti* in reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 67532), ubi a. 2002 contuli. Inde a d. 10 m. Mai. a. 2003 exstat in cavaedio castelli gentis *Piccolomini* vici *Celano*, ubi CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 inspexit et me certiore fecit.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ

*L(ucios) Aebutio(s) V(ibi) l(ibertos) V(ibi) ||  
l(ibertos) Deive ||  
Angitie de- ||  
de(t) dono(m).*

Fig. α–γ: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 49524–49526.

C. LETTA, *Epigraphica* 61, 1999, 9–15 n. 1 cum im. phot. fig. 1–6 (AE 1999, 568); ID., in *Tesoro del lago* 53 n. 1 cum im. phot. (= ID., in *Collezione Torlonia* 117 n. 130 cum im. phot.); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 284 n. 229; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 264 n. 6. – Cf. A. PIETRANTONI, *Inventario della Raccolta Archeologica del Fucino conservata nel Palazzo Torlonia di Avezzano*, Avezzano (AQ) 1936 (libellus machina dactylographica redactus servatus Avezzano in archivio *Centro Studi Marsicani*; non vidi), 7 n. 35; G. GROSSI, in *Fucino* III 231; LETTA, *ibid.* 217; D. LIBERATORE, in *Fucino* IV 10 cum im. phot. fig. 3; E. GROSSI, in *Valle Roveto*, 3–11 (libellus publici iuris ante tempus factus); C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 11. 12; M. MANCINI, *Ann. Ist. Orient. Napoli Ling.* 30, 3, 2008 (2010), 208; G. GROSSI, in *Marsica* I 513; M. J. FALCONE, *Aevum* 85, 2011, 89; EHMIG, *Donum dedit* 166. 199; GROSSI, *Ricerca* 16.

Puncta in formam circulorum insculpta. – Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. B cum parte dextra inferiore fere angulata; litt. D angulata; litt. E indicata est tribus hastis libratis eiusdem longitudinis; litt. G cum hasta sinistrorsum paululum inclinata; litt. L cum hasta acclivi loco libratae.

1 litterae singulares V L ad locum libertinum dedicantis pertinere videtur, i. e. *V(ibi) l(ibertos)*, potius quam ad locutionem ex. gr. *v(otum) l(ibens)* vel *v(otum) l(ibertatis)* (vide LETTA, *l. l.*).

Intellege: Lucius Aebutius Vibii libertus Divae Angitiae dedit donum. – De nominativo singularis in *-o(s)/-io(s)* etiam cf. G. ALFÖLDY, *ZPE* 43, 1981, 9–11 (= EUND., *Estudios* 155–157). Magni momenti est ratio nominis liberti, ex eo quod antiquissimum exemplum esse videtur liberti cuiusdam cognomine carentis (de re universa vide M. CÉBEILLAC GERVAISONI, *Annales Latini Montium Arvernorum* 16, 1989, 89–103). Aebutios alios in tota regione Marsa non reperies (de quo nomine gentilicio fusius disseruit LETTA, *Epigraphica*, *l. l.* 14–15). Diva Angitia ut Diva Angerona; ut inter OMNES constat, Angitiam dictam esse ex eo quod eius carminibus serpentes angerentur tradit SERV. *ad Aen.* 7. 759 (de re universa vide L. LUSCHI, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 197–201; C. LETTA, *Abruzzo*, 31, 1993, 31–32 cum alia bibliographia; EUND., *Epigraphica*, *l. l.* 20–26 (cf. AE 1999, 570); M. J. FALCONE, *Aevum* 85, 2011, 81–98 et M. DI FAZIO, *MEFRA* 129, 2017, 124–126). De forma Divae, quam nomen deae sequitur, nunc vide P. POCETTI, in *Forme e strutture* 583 et passim.

Forma litterarum et grammatica ad saec. II medium a. C. n. adducunt.

7860 tit. sacer

Parva basis ex lapide calcario marginibus fracta undique levigata 13,5 × 21 × 23. In facie sursum directa exstant

foramina tria ad signum figendum apta. Litt. 3. Rep. m. Oct. a. 2007 in regione vici *Luco dei Marsi*. Servatur inter reposita erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. 2011 quatenus potui descripsi et im. phot. sumpsit.



*V(ibus) Varuci(us) S(a(lvi) f(ilius))  
Anc(itiae) d(onum) d(at) l(ibens) m(erito).*

Im. phot. a M. B. sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 12–14 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (AE 2017, 369).

Puncta triangularia.

2 *Anc(itiae)* pro *Ang(itiae)*; *Anc(itibus)* parum probabile sub exemplo tit. n. 3515 (etiam cf. tit. n. 3074); de dea vide tit. praecedentem.

De rarissimo nomine Varucii vide tit. huius Corporis vol. XIII 6468 = F. HAUG – G. SIXT, *Die römischen Inschriften und Bildwerke Württembergs*, Stuttgart 1900, 386; *Carte archéologique de la Gaule* 3, 157 (= tit. huius Corporis vol. XIII 10010, 1979b); 50, 23; 61, 252. Supini invenies nomina Varecii (tit. n. 3880. 7809) e Varicii (tit. n. 7842). De nominibus casu nominativo singulari compendio exaratis vide J. KAIMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42, quae autem ratio scribendi in tit. imperatoriae aetati tribuendis saepius, ut inter OMNES constat, quoque occurrit. De praenomine Salvii fusius disseruit SALOMIES, *Vornamen* 88–90 et passim; ID., in *Prénoms* 33–34.

Ex forma litterarum et grammatica saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7861 = EE VIII p. 43 n. 174 (cf. p. 205) = I<sup>2</sup> 386 (cf. p. 879) = ILS 2991 = ILLRP 190 tit. sacer

Cippus ex lapide calcario instar pyramidis truncae undique levigatus autem scalpro dentato dolatus 14/19 × 40 × 22/14. Litt. impares ad perpendicularum directae 4,5/3. Constat effossum esse nescio autem quando loco incerto ad lacum Fucinum. Usque ad a. 1994 servabatur in oppido Avezzano in horreis principum *Torlonia*, postea translatus est *Chieti* in reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 67512), ubi a. 2002 contuli. Inde a d. 10 m. Mai. a. 2003 exstat in cavaedio castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano*, ubi CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 inspexit et me certiore fecit.



*Sa(lvios) Burtio(s) V(ibi) f(ilius)  
Iue dono(m)  
ded(et) mereto.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

M. IHM et CHR. HÜLSEN, *EE* VIII p. 43 n. 174 ad lapidem (cf. p. 205); CHR. HÜLSEN, *RM* 5, 1890, 297; CONWAY, *Italic Dialects* 268; DESSAU, *ILS* 2991; E. LOMMATZSCH, *I<sup>2</sup>* 386; WARMINGTON, *Remains* 15; E. DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 121add.; VETTER, *Handbuch* 228g; DEGRASSI, *ILLRP* 190; E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 130 n. 3 cum alia bibliographia; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 354; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 668 n. 384; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 53–54 n. 2 cum im. phot. (= ID., in *Collezione Torlonia* 118 n. 33 cum im. phot.); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 284 n. 230. – Cf. E. PERUZZI, *Maia* 13, 1961, 171. 175. 177. 179; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 144; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, *I<sup>2</sup>* p. 879 ad n. 386; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 280; C. LETTA, in *Comunità indigene* 167; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 117. 120; EUND., *Abruzzo* 31, 2, 1993, 26; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 40; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 12; EUND., in *Fucino* V 259; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 188; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 261; EHMIG, *Donum dedit* 111. 139.

Puncta in formam circulorum insculpta. – Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. F hastis rectis duabus, quarum altera superne incepta in altitudine media terminatur; litt. N dextrorsum inclinata; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae acclivis.

2 Iue pro Ioue(i) (etiam cf. tit. n. 3811).

Salvius Burtius Vibii filius Iovi donum dedit libens merito.

Burtios alios in tota regione Marsa non reperies. De nominativo singulari in -o(s) vel -io(s) etiam cf. G. ALFÖLDY, *ZPE* 43, 1981, 9 (= EUND., *Estudios* 155). De praenomine Salvii vide SALOMIES, *Vornamen* 88–90, EUND., in *Prénoms* 33–34; de praenomine Vibii EUND., *l. l.* 96–97 et 37.

Forma litterarum et grammatica (de littera M ommissa in fine vocabuli *dono(m)*) cf. M. L. PORZIO GERNIA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8, 17, 1974, 143. 155. 159. 173. 177) ad priorem partem saec. II a. C. n. adducunt.

7862 tit. sacer

Basis ex lapide calcario in usum posteriorem excavata undique perquam adesa 16,9 × 10,9 × 17,8. Litt. incisae in fascia superiore circ. 2. Rep. a. 1996 a domino Giuseppe Grossi haud longe a vico *Luco dei Marsi* eodem loco, ubi a. 1975 vestigia antiquitatum ad fanum Angitiae pertinentia in lucem sunt detecta (cf. *Anxa – Angitia* passim; GROSSI, *Angitia* 17–18). Ubi exstet ignoro. Contuli quatenus potui a. 2010 ex scheda LETTA.



*D(ecimus) Ama[u(s)] Sex(ti) [f(ilius)?]*

-----

Im. phot. e LETTA repetita.

C. LETTA, *Epigraphica* 61, 1999, 15–20 n. 2 cum im. phot. a G. GROSSI sumptis fig. 7–8 (*AE* 1999, 569); BUONOCORE in *Dediche sacre* 284 n. 232. – Cf. G. GROSSI, in *Fucino* III 231; LETTA, *ibid.* 217; E. DUPRAZ, in *Genres épigraphiques* 265.

Puncta distingui nequeunt. – Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis.

Sum secutus LETTA, qui in apparatu alias coniecturas proponit. Attamen tota lectio incerta adhuc manet. Nomen A(m)mai in regione Marsa aliunde ignotum (cf. tit. Marruvinum n. 7703, ubi memoratur Ammia mulieris liberta Chione quaedam). In tit. Superaequano n. 7384 laudatur L. Amais C. (scil. f.) quidam. Ex eo, quod titulus in regione fani Angitiae est effossus, videtur fuisse donarium illi deae dicatum.

Ex forma litterarum saec. II a. C. n. tribuerim.

7863 (= 3993) tit. militis classiarii

Cippus ex lapide calcario ab utroque latere fractus supra corona prominente praeditus (115) × 24/22. Litt. 5,3 (litt. P v. 8 supra versum egrediens 8,6). Rep. circ. a. 1835 in viridario Fratrum Minorum Capuccinorum sito in vico *Luco dei Marsi* (vide infra breviarum dominorum *Vincenzo Mancini* et *Alessandro Mastroddi*). Usque ad saec. XX medium servabatur *Tagliacozzo* in aedibus gentis *Mastroddi*. Nunc exstat in eodem vico muro cuidam interiori affixus viridarii domus *Rosanna Angelini* sitae in platea *Argoli* nuncupata sub n. 15, ubi contuli a. 2015 una cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α

D. M.  
C. VL. NIO VI C.  
MIL. IAS E  
RAVEN  
M HERENNIV  
APELLES AMICO  
B. M. P

Fig. β




Fig. γ

*D(is) M(anibus) [s(acrum)].*  
*C(aio) V(ulo)nio Vict(ori)*  
*mil(iti) [ex c]las(se) pr[ae]t(oria)*  
*Raven(nate)*  
5 *M(arcus) Herenniu(s)*  
*Apelles amico*  
*b(ene) m(erenti)*  
*p(osuit).*

Fig. α: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Fig. β: Im. a MANCINI – MASTRODDI del.

Fig. γ: Im. a CESARE LETTA del.

MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* f. 7r (inde S. SEGNI, in *Fucino* III 383); BRUNN et MOMMSEN, supra n. 3993; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 250–252 n. 3 cum im. phot. a F. DE VISSCHER sumpta circ. a. 1950 tab. IV litt. fig. a et im. del.; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 39–40 n. 89; C. LETTA, in *Fucino* I 501–504 cum im. phot. et del. (*AE* 1991, 568); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 272 n. 27; M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 49, quae autem tit. Albae Fucenti tribuit. – Cf. G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 65; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 112 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* I 266–267); C. LETTA, in *Fucino* III 220; *EUND.*, in *Ricerche archeologiche* 20; G. GROSSI, in *Marsica* I 517. 523. 527. 530. 531.


Supplementa a LETTA proposita recepi. – [D] M [S] | [HEREN]NIO ◦ VICT | IAS ◦ P+ | VIN ◦ | HERENN | EL+ESAM | B M | P BRUNN et MOMMSEN supra in exemplo; [D(is)] M(anibus) [s(acrum)]. | [Heren]nio Vict(ori) | vet(erano) vel mil(iti) [ex c]las(se) pr[ae]t(oria) R[aven]n(nati) [ann(os)] | [...] Herenniu(s) | [...] edes am[ico] | b(ene) m(erenti) | p(osuit) DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui de cognomine [Nicom]edes v. 6 dubitanter cogitavere. – 2 U[lo]nio non excludit LETTA.

Caio Velonio Victori, militi ex classe praetoria Ravennate (tit. huius Corporis vol. X 3376 = *ILS* 2849 laudatur Caius Velonius Macer quidam centurio veteranus ex classe praetoria Misenatium natione Bessus, cui titulum dedicaverunt filii Caius Velonius Macer miles ex eadam classe et Valeria Velonia; etiam cf. TODISCO, *Veterani* 19), tit. sepulcralem posuit Marcus Herennius Apelles, qui ingenuus peregrinus potius quam libertus fuisse videtur (vide LETTA, *l. l.* 504). De classariis Ravennatibus, qui stationem in lacu Fucino habuere, vide supra ad tit. n. 3891–3892.

Ex eo, quod classi Ravennati appellatio praetoriae tribui videtur temporis spatium inter saec. I ex. et saec. II in. p. C. n. ascriberim, cui tempori forma litterarum et locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruunt.

7864 (= 3893) tit. operis publici

Cippus ex lapide calcario corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita, in fronte scalpro dentato dolata autem perquam adesa et fissuris laesa utrimque et a tergo paululum scabra 104,5 × 44/32,5 × 43/21. In facie sursum directa exstant recessus duo ad imaginem honorati figendam adhibiti. Litt. 3,5–3. Rep. a. 1814 extra vicum *Luco dei Marsi in Ruderibus ubi vulgo corno di Penna, prope Lacum Fucinum nunc in ecclesia SS. [i. e. Sanctissimi] Ioannis Baptistae et Evangelistae. Luci die 3. Consultata a(ddi) 17 Maggio 1815. Latitudo pal(mi) 1 un(ciae) 8. Altitudo pal(mi) 4 un(ciae) 4 (ROSSI), “ad viam et pontem antiquum” (GUATTANI). In eodem vico servatur in ecclesia S. Maria Gratiarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D’AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit.*



Reporta in Ruderibus ubi vulgo, corno di Penna, prope Lacum Fucinum nunc in Ecclesia S. Joannis Baptistae et Evangelistae. Luci die 3

Fig. α



Fig. β

[Ser]g(ius) Octav-  
[ius Lae]n[as]  
P[ont]ianus,  
p[ont]ifex, pecunia  
5 pub(lica) fac(iendum)  
curavit.

Fig. α: Im. a Rossi del.

Fig. β: Im. phot. D. A. I. Rom n. 964.VW.84.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 162; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 96; EUND., *Codici epigrafici* 28. – Exemplum repeterunt ROSSI, *ms. f. 29r* cum im. del.; MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 5604; ID., supra n. 3893; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4059; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 280–281 n. 170 cum im. phot. tab. LX fig. 170; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 271 n. 18; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 65 n. 54; GROSSI, *Marsica Sacra* 107; CAMPEDELLI, *Amministrazione* 107. – Cf. G. A. GUATTANI, *Memorie enciclopediche sulle antichità e belle arti di Roma VII*, Roma 1822, 3; ID., *Monumenti sabini* III, 61; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 36. 37; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 364–365; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 147 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 34); GROSSI, *Marsica* 114. 119; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 16; G. GROSSI, in *Marsica* I 205. 517. 530; EUND., *Ricerca* 36. 42.

Puncta in formam aculei rosae insculpta.

1–3 COCP | [---] | COCT ROSSI; [---]COCTV[---] | [---]N[---] | [---]I MOMMSEN. – 3 P[ont]ianus Rossi. – 4

PONT ROSSI, MOMMSEN secundum BRUNN; *pont(em)* GUATTANI.

Restituit LETTA, quem sequor.

Memoratur Sergius Octavius Laenas Pontianus, qui fuit consul a. 131 p. C. n., in tit. Marruvinis, scil. n. 3688. 7673 quoque laudatus; de consule inter al. vide K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> O 46; ANDERMAHR, *l. l.*; S. SEGENNI, in *Epigrafia e territorio* VII 133–134. Octavius Laenas Pontianus pontifex municipii Angitiae fuisse quoque videtur; etiam cf., ex. gr., tit. huius Corporis vol. VIII 20853 Icosii repertum a. 74–76 p. C. n., ubi legitur *pontifex primus in colonia ex [d(e)creto] d(e)curionum*). Attamen quod opus ipse pecunia sua faciendum curaverit, est incertum.

Ex eo, quod supra scripsi, priori parti saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis litterarum forma congruit.

7865 = EE VIII p. 44 n. 176 cippus terminalis

Columna ex lapide calcario infra latior in formam plinthe fortasse desinens (cf. tit. sequentem) in summa facie passim laesa alt. circ. 70. Litt. in vertice insculptae. Rep. fortasse ad lacum Fucinum in operibus ad emissarium faciendum saec. XIX medio institutis. Servabatur *Avezzano* in horreis principum *Torlonia*, ubi a. 1888 CHR. HÜLSEN descripsit et a. 1890 M. IHM recognovit. Periisse videtur. Descripsi a. 2010 ex scheda IHM.



*F(ines) p(opuli) A(lbensis),  
Mar(sorum).*

Im. del. ab EE sumpta.

CHR. HÜLSEN et M. IHM, *EE VIII* p. 44 n. 176; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 291. 354; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 60–61 n. 153; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 273 n. 33. – Cf. E. AGOSTINONI, *Il Fucino*, Bergamo 1908, 27; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 123–124; EUND., *Athenaeum* 65, 1987, 273; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 37; C. LETTA, in *Tesoro del lago* 148–149 (= EUND., in *Collezione Torlonia* 36); A. RUSSI, in *Usi e abusi* 55. 58; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 55; H. BORGHESI, in *Poco grano, molti frutti* 175; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 19; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 222; DI FAZIO, *Feronia* 102; GROSSI, *Ricerca* 91; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 352. 358.

Solvit MOMMSEN apud EE, qui autem *Mar(s)* quoque coniecit. C. LETTA, in *Tesoro del lago*, *l. l.* non excludit *A[lb(ensis)]*.

Agitur de determinatione finium inter Albenses et Marsos id est Marruvium (etiam cf. tit., qui sequitur).

Est saec. II p. C. n. (vide infra).

7866 cippus terminalis

Columna ex lapide calcario infra latior in formam plinthe (29 × 37) desinens in summa facie passim scalpro dentato dolata fissuris autem laesa alt. 74, diam. 28 (supra), 25,2 (infra). Litt. in vertice insculptae 3,7/2,7. Rep. circ. a. 1969 extra vicum *Luco dei Marsi* in regione, q. d. *Petogna* (etiam vide supra tit. n. 3656) haud longe ab *Avezzano* sita. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23931), ubi a. 1979 contuli.





Fig. α



Fig. β

*F(ines) p(opuli) Albens(is),  
An-  
giti(ae)  
et Ma-  
5 rso(rum).*

Fig. α: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26464.  
Fig. β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26466.  
W. CIANCIUSI, in ephemeride *Il Mezzogiorno* d. 12 m. Apr. a. 1973 cum im. del.; G. DE ROSA, *ibid.* d. 13 m. Apr. a. 1973 cum im. phot.; G. SQUILLA, *Un cippo terminale a Luco dei Marsi (L'Aquila). Una pioggia di monete a S. Restituta di Morrea (L'Aquila)*, Casamari (FR) 1973, 9–19 cum im. del. ex ectypo sumpta in involucro; ANGELINI, *Trasacco prima di*

*Roma* 22, qui pendet e SQUILLA; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 287–300 n. 176 cum im. phot. tab. LXI fig. 176 (AE 1975, 347); TOLLIS, *Massa d'Albe* 16–17 cum im. phot. (p. 19); D'AMATO, *Prosciugamento* 23–24. 164–171 cum im. del. fig. 2; GROSSI, *Angitia* 20 cum im. phot. fig. 8; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 90 n. 245; G. GROSSI, in *Storia di Ortucchio* 105 et adn. 106; DI STEFANO MANZELLA, *Mestiere di epigrafista* 104 adn. 199 cum im. phot. fig. 139; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 36; C. LETTA, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 206–207; G. MESSINEO, in *Fucino cento anni* 142; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche II* 273 n. 35; G. ROCCA, *Ann. Ist. Orient. Napoli Ling.* 16, 1994, 230–231 (AE 1996, 514); C. LETTA, in *Tesoro del lago* 149 n. 1 cum im. phot. (etiam cf. p. 148 = EUND., in *Collezione Torlonia* 36). – Cf. G. DE FLORENTIIS, in *Storia di un lago* 36; C. LETTA *Athenaeum* 65, 1987, 273; M. PAOLETTI, in *BTCGI* 9, Pisa – Roma 1991, 273; C. LETTA, *Abruzzo* 31, 2, 1993, 28; P. SOMMELLA – M. TASCIO, in *Fucino I* 458; G. GROSSI, in *Fucino III* 233; C. LETTA, *ibid.* 218–219; GROSSI, *Avezzano* 64; EUND., *Marsica* 115; A. RUSSI, in *Usi e abusi* 55. 58; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana I* 55; H. BORGHESI, in *Poco grano, molti frutti* 175; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino IV* 64; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 19; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 222. 224; E. GROSSI, in *Valle Roveto* 3–11 (libellus publici iuris ante tempus factus); G. GROSSI, in *Marsica I* 508–509. 517. 530 cum im. phot. p. 516; M. J. FALCONE, *Aevum* 85, 2011, 89; GROSSI, *Ricerca* 91; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 352. 358; C. BLASETTI FANTAUZZI, *Ann. Ist. It. Stud. Stor.* n. s. 26, 2019 (2020), 265.

1 puncta triangularia.

*F(ines) p(opuli) Albens(is) | et Ma|rso(rum), | An|giti(ae)* fere OMNES (vide infra) praeter LETTA (*Tesoro del lago*), quem sequor. – 2 *it* pro *et* CIANCIUSI, DE ROSA et SQUILLA, qui solverunt *i(nitium) t(erritorii)* (etiam vide DE FLORENTIIS); LETTA (*Tesoro del lago*), ne sit *et* restituendum, non excludit, quominus *it(em)* solvi posse. – *Ma|rso(rum) An|giti(orum)* GROSSI (*Storia di Ortucchio*) haud recte.

Agitur de trifinio, in cuius vertice nota decussis non est, inter Albenses, Marsos id est Marruvium et fanum vel nemus Angitiae, quod fanum ad municipium Marsorum Anxatium vel Anxatinorum pertinebat (de locorum descriptione nemoris Angitiae et municipii etiam vide R. CAIROLI, in *Tesoro del lago* 258–261). Hunc titulum cum locupletissimo commentario LETTA, *l. l.* tractavit, inde iterare nolo; etiam cf. supra ad tit. praecedentem. De re universa vide A. DONATI, in *Pluralidad e integración* 215–218, C. CORTÉS BÁRCENA, *Epigraphica* 77, 2015, 117–132 et R. DUBBINI (Ed.), *I confini di Roma. Atti del convegno internazionale (Università degli Studi di Ferrara, 31 maggio – 2 giugno 2018)*, Pisa 2019.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis sane congruunt depalatio et determinatio illae, quae, teste Lib. col. I 244, 13 L. II 253, 5–14 L, in mappa Albensium factae sunt, intervenientibus viginti mensoribus, ante d. 6 id. Oct. a. 149 p. C. n. per Lucium Marculeium Saturninum centurionem cohortis septimae scil. praetoriae nec non curatorem operum publicorum (cf. tit. Albensem n. 3923). De re universa, praeter *Structures agraires* 67–68, vide L. FIRPO, in *Fonti latine e greche, l. l.* 402–406 cum amplissimo commentario et alia bibliographia.

7867 tit. sepulcralis

Stela vel tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta (27) × (18) × 13. Litt. 5–4. Rep. loco incerto nescio quando. D. 7 m. Apr. a. 1977 CESARE LETTA una cum GIUSEPPE GROSSI et SAURO GELICHI tit. descripsit *Luco dei Marsi* muro cuidam exteriori affixam domus *Nunziatina Ripaldi* sitae iuxta viam *Conte Berardo*. Recognovi quatenus potui m. Sept. a. 2016 ex im. phot. CESARE CASTELLANI per litteras d. 12 m. Nov. a. 2016 me certiore fecit titulum hominum incuria totum calce oblitum est.



[.] Nimm[io .]  
 [(i)berto] Proty[mo]  
 Nimmia [(i)berta]  
 [(i)bilon[-]  
 -----

Im. phot. a LETTA sumpta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 10–11 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (AE 2017, 367).

Puncta triangularia esse videntur.

2 *Proty[mo]* pro *Prothy[mo]*. – 4 *[P]bilon[is]* dubitanter LETTA potius quam *[C]hilon[is]*.

Sequitur LETTA, quamquam tota lectio incerta manet. De nomine Ninnii in regione Marsa memorato vide supra ad tit. n. 3858.

Parti alteri saec. II p. C. n. tribuenda esse videtur.

#### 7868 tit. sepulchralis

Epistylum ex lapide calcario ab utroque latere fractum in fronte levigatum autem passim scalpro dentato dolatum a tergo levigatum (45) × (40) × 18. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso supra et infra cingebatur 18,5 × ?. Litt. affabre insculptae 7,4–3,6. Rep. vere adulto a. 1979 extra vicum *Luco dei Marsi* in regione, q. d. *Agguachiata*, prope *Villino di Sor Paolo*, ubi sepulchrum aetatis Romanae in lucem est detectum. Servabatur *Luco* in domo paroeciali *Michele Morgani* sita apud ecclesiam *Madonna dell'Ospedale* appellatam. Ubi autem nunc extet, ignoratur. Descripsi a. 2011 ut potui ex scheda GROSSI et ex im. phot. et denuo m. Sept. a. 2016 ad LETTA.



[- -]via M(arci) l(i)berta  
 [P]rima  
 [- -]s]uo fecit.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 962.VW.83.

G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 65; C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 11–12 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (AE 2017, 368).

Puncta in formam aculei sagittae insculpta.

1 *[Sal]via* GROSSI, attamen crebra sunt nomina, quae terminantur in *-vius* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 274–275. 495 et LETTA, l. l. 12). – 2 *[P]rima* GROSSI, *[P]rima* LETTA. – 3 *[vi]vo* vel *[patri]s]uo* vel *[filio]s]uo* GROSSI; *[solo]s]uo* potius quam *[de]s]uo* vel *[sumptu]s]uo* LETTA; attamen supplementum incertum manet.

Ex litterarum forma saec. I medii p. C. n. esse potest.

#### 7869 tit. sepulchralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte scalpro dentato dolata nec non perquam adesa (52,5) × (25,5) × ? Litt. valde attritae 3,5/3. Rep. nescio quando fortasse extra vicum *Luco dei Marsi*. Ibidem servatur immissa muro cuidam exteriori a sinistra primae portae ecclesiae Sanctae Mariae Gratiarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. quoque sumpsit.



-----  
 [viv]us sib[us]  
 [- -] + ariae  
 [Vi]ndici  
 [- -] hene  
 s [me]renti.

Im. phot. a D'AMATO sumpta.

C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 285 n. 174 cum im. phot. tab. LIX fig. 174; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 273 n. 34; GROSSI, *Marsica Sacra* 107. – Cf. EUND., in *Anxa – Angitia* 64; EUND., in *Marsica* I 530.

Puncta triangularia esse videntur.

Supplevi quamquam non sine dubiis; [viv]us sibi | [et] Mariae | [- -]o[i]idici | [Apol]lini | [me]renti vel [Co]rint[us] dubitanter LETTA.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

7870 = EE VIII p. 44 n. 175 tit. sepulcralis

Tabula vel potius plinthus ex lapide calcario ab utroque latere in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata 33 × 68 × ?. Litt. affabre insculptae 9,5/9. Rep. nescio quando extra vicum *Luco dei Marsi* in regione, q. d. *Agguachiata* vel *Selva dei Cappuccini*. Servabatur in eodem vico muro immissa domus scribae publici (Italice *notaio*) *Cherubini* nunc muro cuidam exteriori affixa aedium gentis eiusdem inter vias *Guido Reni* et *Vittorio Emanuele* sitarum, ubi a. 1982 contuli una cum ALESSANDRO D'AMATO, qui im. phot. sumpsit. CESARE CASTELLINI tit. m. Dec. a. 2015 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*Statedia*  
= mulieris = l(iberta) Seleniûm.

Im. phot. D. A. I. Rom n. 969.VW.84.

A. DE NINO, in *Actis Archivi Romani* sign. MPI. AA.BB.AA. *Antichità e Scavi. Il versamento, 1° serie, b. 11, fasc. 179*, epistula missa d. 17 m. Oct. a. 1885; ID., apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 486 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei*, s. 4°, 1, 1885, 660) (= ID., *Scoperte archeologiche* 225); ex ectypo non satis expresso M. IHM, *EE VIII* p. 44 n. 175; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 280 n. 169 cum im. phot. tab. LIX fig. 169; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 273 n. 32. – Cf. C. LETTA, in *Fucino cento anni* 127; G. GROSSI, in *Marsica* I 531.

Puncta in formam aculei sagittae in fine v. 1 quoque exarata.

*Statedia Numerii* filia quaedam tit. Marruvino n. 3758 quoque laudatur. Etiam cf. L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 53, 2007 (2010), 219.

Ex forma litterarum saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

7871 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario ab utroque latere et infra ut videtur fracta, immo in usum posteriorem a dextra recte scissa, in facie superiore recessus excavatus, (16,5) × (20) × circ. 29. Litt. 4,7–3,8. Rep. haud longe a vico *Luco dei Marsi* a FABIO REDI a. 2001 muro cuidam exteriori affixa monasterii finitimi ecclesiae Sanctae Mariae Gratiarum. In eadem ecclesia d. 23 m. Iul. a. 2001 CESARE LETTA plinthus inspexit et im. del. sumpsit. Postea *L'Aquila* in museum nationale antiquitatum est translata, attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 periisse videtur. Recognovi m. Sept. a. 2016 ex im. del. et ex scheda LETTA.



[- -]+eiu[s]  
[- -]stus  
-----

Im. a LETTA del.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 15–16 n. 5 cum im. del. fig. 5 (AE 2017, 371).

1 + litt. H vel I vel N vel T. Quomodo recte sit restituendum nomen gentilicium, incertum; [At]teiu[s] i. e. *At(t)ius* vel [A]teiu[s] vel [An]neiu[s] vel etiam [Fon]teiu[s] LETTA. – 2 [Lu]stus vel [Fe]stus vel etiam [Fau]stus ID.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. esse tribuenda.

7872 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario, quae postea usui limini fuit, undique fracta (26) × (20,5) × circ. 23/25. Litt. 4,3. Rep. haud longe a vico *Luco dei Marsi* a FABIO REDI a. 2001 muro cuidam exteriori affixa monasterii finitimi ecclesiae Sanctae Mariae Gratiarum. In eadem ecclesia d. 23 m. Iul. a. 2001 CESARE LETTA tabulam inspexit et im. del. sumpsit. Postea *L'Aquila* in museum nationale antiquitatum est translata, attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 periisse videtur. Recognovi m. Sept. a. 2016 ex im. del. et ex scheda LETTA.



-----  
[- -]+L+[- -]  
C[.]ES[- -]

Im. a LETTA del.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 17 n. 6 cum im. del. fig. 6.

Supplementa incertissima manent. – [Ca]lli[opa] vel [Ca]lli[noe] | C[a]es[aris] [s(erva)] vel [A]lli[us] - - | C[a]es[ia] vel C[a]es[idia] ex. gr. LETTA.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

PARS SEPTIMA: AEQVI

LXXXVI. ALBA FVCENS (*Massa d'Albe* p. 19\*. 370. 682). *Tribus Fabia*

369\* Cf. G. MARINI, *RASLA* 9, 1894, 174, qui titulum diudicat genuinum.

372\* Cf. A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 57–58 n. 146; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 267); FRACASSI, *San Pelino* 70. Non excludo, ut iam MOMMSEN coniecit, quin titulus genuinus sit.

374\* Cf. M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 49.

375\* = *EE* VIII p. 46 n. 189 = X 2288. – IHM apud *EE*, ORLANDI – VERI et CATALLI titulum oriundum ex urbe Puteolis esse non iudicant et ineditum haud recte suspicantur. Est tabula ex marmore undique levigata infra et a sinistra fracta (24) × 27 × 2. Litt. actuariae 2/2,5. Puncta triangularia. Servabatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi denuo recognovi a. 2012 una cum CESARE CASTELLANI qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002598. 13045).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 285 n. 49; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 58 n. 147 cum im. phot. tab. XXXVI fig. 70; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 62 n. 81; CATALLI, *Museo Lapidario* 88 n. 77 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 157; DI BIASE, *Alba Fucens* 145 n. 64; C. LETTA, in *Aia dei musei* 26 n. 8 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 267–268); H. SOLIN, *Arctos* 29, 1995, 176 (= EUND., *Analecta epigraphica* 381); BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 231; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 490. 491. 492.



2–3 *felicie* IHM, CATALLI; *Felicle* SOLIN, LETTA. – 4 XXXVIII haud recte IHM.

Alteri parti saec. II p. C. n. tribuo.

3726 = I<sup>2</sup> 1768 (cf. p. 1036) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 268). Exemplum repetiverunt LETTA – D'AMATO, *Epigrafia* 347; CASTELLANI, *Epigrafi*

*albensi* 7 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 412 n. 1. – Cf. BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 96.

De nomine Aburrui etiam vide L. FIORINI, *Epigraphica* 63, 2001, 228 et CORDELLA – CRINITI, *Sabina settentrionale* 93. Ut iam LETTA apud supplementum I<sup>2</sup>, l. l. recte monuit, titulus, cum in agro oppidi *Avezzano* repertus sit, ad Albam Fucentem referendus (etiam vide EUND., in *Fucino* VI 285 adn. 12).

Aetatis rei publicae labentis esse potest.

3906 = I<sup>2</sup> 1814 (cf. p. 1045) = *ILS* 4022 = *ILLRP* I<sup>2</sup> 88 add.

Stela, potius quam cippus, ex lapide calcario infra imminuta anaglypho portae cum clupeis et clavis infra ornata (de monumento, q. d. porta Ditis, fusius in regione Marsa adhibita disseruerunt C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 268–269 et passim nec non S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 117–130; etiam vide, quae adnotavi in *MEFRA* 94, 1982, 735–741 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 698–705); bibliographiam ampliorem reperies apud S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3<sup>o</sup>, 5, 1987, 38–39; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 241–242 adn. 3; M. DONDERER, *Epigraphica* 56, 1994, 41–45; D. MONACCHI, *Arch. Class.* 51, 1999/2000, 118–119; S. ANTOLINI – G. PACI, *Picus* 20, 2000, 91–93; E. ZUDDAS, *Epigraphica* 66, 2004, 320–321; S. FERRACUTI, in *Poco grano, molti frutti* 125–129; M. TRAMUNTO, in *Comunicazione* 255–258; EAND., in *Est enim ille flos Italiae* 521–525; M. CORONA, *Picus* 29, 2009, 75–110; J. ORTALLI, *Ostraka* 19, 2010 (2012), 87–88; E. DUPRAZ, in *Écriture* 223–233; supra perterebrata utrimque nec non a tergo in usum posteriorem resecta (63) × (65) × (34); a sinistra dexteraque tituli lapicidae duo stantes insculpti sunt, scil. alter malleum et scalprum alter gromam tenens. Litt. affabre insculptae 3,5–2. A. 1982 titulum inspexi *Avezzano* humi iacentem in viridario aedium *Genio Civile* iuxta viam *Marruvio* sitarum; postea translata est in museum municipale oppidi ipsius, ubi a. 1998 contuli. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi denuo recognovi a. 2012 una cum CESARE CASTELLANI qui im. phot. quoque sumpsit. Neg. D. A. I. Rom 83.1013. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002564. 16141).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 186 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 710); EUND., *Tradizione manoscritta* 119. 855; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 46 n. 51. Exemplum repetiverunt ROSSI, ms. f. 15v cum im. del. (*Massa. Consultata addi 20 Giugno 1808*); RITSCHL, *Monumenta* tab. LXX litt. F; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3468; E. PAIS, *Mem. Accad. Lincei* s. 5<sup>o</sup>, 17, 1924, 328; WARMINGTON, *Remains* 45; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 55; E. V. MARMORALE, *Giorn. Ital. Filol.* 19, 1966, 184–185; M. BOLLINI, *PP* 21, 1966, 480–482 (cf. *AE* 1969/70, 182); ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 50. 56–57. 72; TOLLIS, *Massa d'Albe* 6–7, cuius errores sprevis; FIORANI, *Una città romana* 45–46 cum im. phot.; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 247–249 n. 1. 255–257 cum im. phot. tab. II litt. c; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 7 n. 2 cum im. phot. tab. I fig. 1; BUONOCORE,

MEFRA 94, 1982, 735–737 n. 15 cum im. phot. fig. 10 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 698–701 n. 15); ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 153–154 n. 75 cum im. phot.; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 264–265; ID., in *Fonti latine e greche* II 412 n. 2; DONDERER, *l. l.* 41–43 cum im. phot. fig. 1 (ex neg. *D. A. I. Rom* n. 83.1013) cum alia bibliographia (*AE* 1994, 548; etiam cf. *SEG* XLIV, 1699); CATALI, *Museo Lapidario* 36 n. 21 cum im. phot.; FERRACUTI, *l. l.* 125–129 cum alia bibliographia; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 201; C. LETTA, in *Aia dei musei* 42 n. 37 cum im. phot.; DUPRAZ, *l. l.*, 222–223 n. 12. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 52; H. GUMMERUS, *JDAI* 28, 1913, 98–99 cum im. phot. fig. 18. 121 n. 47; W. DEONNA, *BCH* 56, 1932, 484–485; E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 126; DEGRASSI, *Imagines* 40; C. LETTA, *l. l.* 270–271; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 120; ANGELINI, *Trasacco nell'Impero*, im. phot. tab. XV; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 99; C. FERONE, in *La cultura classica a Napoli* 188 (= EUND., *Opuscula* III 178); FORNI, *Tribù* Rep. 234–236; F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 285; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti*, *l. l.* 171; M. DONDERER, *Gymnasium* 102, 1995, 107; A. CALDERINI, in *Studi Luciano Agostiniani* 71; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; FORNI, *Tribù* N170; C. FERONE, in *Garrucci a Benevento* 44–45; STEK, *Cult places* 162. 165; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 101; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; C. LETTA, in *Scritti Gaetano Messineo* 228; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492; GROSSI, *Ricerca* 91.

1 primas duas litteras singulares (scil. P et T) ZIMMER sine idonea causa solvit *p(osuit) titulum*; forma *Herennieis* est nominativus pluralis (de dativo plurali male cogitavit TIBILETTI BRUNO *l. l.*); de ratione palaeographica etiam vide E. BADIAN, *Chiron* 27, 1997, 18. – 3 de dea *Epointa* cogitaverunt, ex. gr., MOMMSEN supra p. 770; DEGRASSI apud *ILLRP* et RADKE, *Die Götter Altitaliens*<sup>2</sup> 113; DEGRASSI autem in commentario in supplemento I<sup>2</sup> supra laudato (cf. etiam quae scripsit in *Acta Cambridge* 164 [= EUND., *Scritti vari* IV 56]), interpretationes et MARMORALE et BOLLINI sequens, deam *Epointa* ex deorum numero tollendam animadvertit; quid autem – ut ipse scribit – vocabulum *epointe* significet, ambigitur; pro verbo ἑποιοῦντο habuit MARMORALE, de quo DONDERER quoque cogitavit, pro ἑποίησαν BOLLINI; cur autem verbo Graeco usi sint, adhuc incertum.

Ut sane elicitur et ex anaglyphis duos lapicidas representantibus et ex locutione *ex ingenio suo* v. 2 (locutionem tractavit J. VELAZA FRÍAS, in *Homenaje José Remesal Rodríguez* 1100), titulum potius quam ad monumentum sepulcrale, quod Herennii tres ex vico Supino oriundi sibi confecerunt, ad officinam lapidariam pertinere viro docto DONDERER videtur, cum quo caute consentio (etiam cf. infra ad tit. Nursinum n. 8459 olim n. 4549). Herennios alios habes in tit. eiusdem loci, scil. n. 3992. 3993 = 7863. 3994 (de nomine vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 453; DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *l. l.* 242–257; S. T. ROSELAAR, *MEFRA* 123, 2011 (2012), 536; EAND., *ibid.* 127, 2015, 420).

Tit. saec. I medio a. C. n. exaratum esse puto, cui temporis et ratio palaeographica (etiam cf. E. BADIAN, *Chiron* 27, 1997, 18) et grammatica congruunt.

3907 = I<sup>2</sup> 1815 (cf. p. 732. 840. 1045–1046 cum im. phot. tab. 88 fig. 4) = *ILS* 2489 = *ILLRP* I<sup>2</sup> 146. Basis ex lapide calcario in margine dextro imminuta undique levigata supra capite bovis, rosa et pateris inter triglypha ornata 81 × 35 × 30. In facie sursum directa exstant recessus, ubi vestigia foraminis ad signum dei cuiusdam olim superimpositum figendum pertinentis inspicere adhuc possunt. Litt. 3,2/2.

Puncta triangularia sursum directa in fine versus quoque signata. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo contuli una cum CESARE CASTELLANI qui im. phot. quoque sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* 79.2783. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0000756. 2565. 16142–43).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 186 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 710); EUND., *Tradizione manoscritta* 172. 748; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 106. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 32r* cum im. del. (*In Avezzano. Avezzano*); RITSCHL, *Monumenta* tab. LXXVII litt. L; B. IATOSTI, *La storia di Avezzano, Avezzano* (AQ) 1876, 26; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3489; WALTZING, *Corporations* III 410 n. 1569; WARMINGTON, *Remains* 100; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 99; L. ORLANDI, *I Marsi* 169. 254–256 n. 3; M. TORELLI, *Dial. Arch.* 2, 1, 1968, 43. 51 n. 28 cum im. phot. fig. 5; PAGANI, *Avezzano* 73–74; CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 8 n. 3 cum im. phot. tab. I fig. 2; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 716–718 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (= ID., *L'Abruzzo e il Molise* I 682–684 n. 1); ID., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 268–269; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 42–43 n. 44; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 412 n. 3; CATALI, *Museo Lapidario* 17 n. 1 cum im. phot.; D. LIBERATORE, in *Effetto Alba Fucens* 59 n. 122 cum im. phot.; L. AMELA VALVERDE, *SEBac* 6, 2008, 25–37 cum im. phot. fig. 2 e BUONOCORE repetita (*AE* 2008, 455); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285 n. 236; C. LETTA, in *Aia dei musei* 36 n. 1 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 81–82 n. 6; ID., in *Fucino* VI 256 n. 1 cum im. phot. fig. 1. – Cf. DEGRASSI, *Imagines* 74; ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* 17; C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 408; CERASANI, *Annotazioni* 46; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 63. 98; RIZZELLO, *Culti orientali* 14; A. LATINI, *Riv. Arch.* 19, 1995 (1996), 65; E. BADIAN, *Chiron* 27, 1997, 18; FRACASSI, *San Pelino* 69; CHIOFFI, *Caro* 71; F. WULFF ALONSO, *Roma e Italia de la Guerra Social a la retirada de Sila (90–79 a.C.)*, Bruxelles 2002, 75; LIBERATORE, *Alba Fucens* 16. 19–20; C. LETTA, in *Poco grano, molti frutti* 195; BUONOCORE, in *Pluralidad e integración* 127–128; G. GROSSI, in *Marsica* I 289 cum im. phot. p. 265; EHMIG, *Donum dedit* 111. 143. 207; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 489. 492.



1 HERCVL. L. D., – 2 ex. AERICA male Rossi; – AECILIANIS ORLANDI. – 1 *Herculei pro Herculi*. – 3 *Caecilianis pro Caeciliani*: agitur de nominativo plurali secundae declinationis in *-is*, quae forma in titulis non vetustae aetatis quoque memoratur; de re universa vide E. DUPRAZ, *Rev. Philol.* s. 3°, 78, 2006, 239–255.

Africani Caeciliani, ut OMNES fere consentiunt, esse videntur milites veterani qui sub Quinto Caecilio Metello Pio (MÜNZER, *RE* III Caecilius 98) contra Iugurtham pugnaverunt et in regione Albensi, postquam Sulla imperium accepit, agri ipsis assignati; de re universa vide E. GABBA, *Rev. de la Univers. Complutense* 18, 1979 (= EUND., *Homenaje Garcia y Bellido* IV 61–63) (cf. *AE* 1984, 358), ubi aliam bibliographiam invenies; etiam vide E. V. MARMORALE, *Giorn. Ital. Filol.* 19, 1966, 185 et DEGRASSI, *Scritti vari* IV, Trieste 1971, 30–31. Attamen etiam cf. AMELA VALVERDE, *I. l.*, qui non excludit, quominus milites veterani Albam sint deducti post bellum Sertorianum ex lege Plotia agraria anni 70 a. C. n. Hercules, cui milites donum dederunt, fuscus in tit. Albensibus laudatur. Titulos Herculi sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150). Etiam vide infra ad tit. n. 3961. 7878–7884. Nomen Saltorii, qui magister donarium faciendum curavit, redit tit. n. 7996.

Est saec. I medii a. C. n.

#### 3908 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3544; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 8 n. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 412 n. 4; ID., in *Dediche sacre* 286 n. 240. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 141; M. J. STRAZZULLA, in *Effetto Alba Fucens* 50; D. RIGATO, *Riv. Stor. Ant.* 48, 2018, 60. 69 n. 7. – De Larum cultu vide, inter al., G. VITUCCI, *Diz. epigr.* IV 398; LATTE, *Religionsgeschichte* 90–91. 97. 101; RADKE, *Die Götter Altitaliens* 166–168.

Titulos in regione quarta repertos Laribus dicatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 224 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 152–153); etiam cf. tit. Albenses n. 3909. 3960 (ubi cultores Larum Augustorum memorantur). Vilici alii Albae non redeunt (de quibus cf. SIRAGO, *L'Italia agraria* 141; vide etiam, quae disseruerunt L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; AUBERT, *Business Managers* 454 n. B121); vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Antiquitas* 42–43. De re universa vide CARLSEN, *Vilici* passim et U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124.

Saec. I p. C. n. fuisse potest.

#### 3909 Desideratur.

Fufios alios non reperies in tit. eiusdem loci. De seviris Augustalibus saepius in titulis Albensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3932.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3937 Stela ex marmore a sinistra et a dextra in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata, a tergo paululum scabra 77 × (35) × 27. Litt. 3,5–2,5. Puncta triangularia. Exstat Celano inter reposita castelli olim gentis Piccolomini (inv. n. 40905), ubi a. 1992 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 40905. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002596–97).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, ZPE 52, 1983, 186–187. 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 711. 715); EUND., *Tradizione manoscritta* 115; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 46 n. 46. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 14v* cum im. del. (*In casa di Felice Valente alle Forme al secondo grado della Scala tratta da Albe da circa 100 anni. Consultata addi 20 Giugno 1806 da me nella seconda S(ant)a Visita. Alta palmi 3 1/2, Larga un palmo 1/2, Profonda un palmo circa come base*); LOLLI, *ms.*, III *versamento*, 2° serie, b. 13, fasc. 4 (epistula missa d. 5 m. Feb. a. 1898); F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 74 n. 27\* cum im. phot. tab. XXXIII (AE 1974, 307); FIORANI, *Una città romana* 59; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 19–20 n. 33 cum im. phot. tab. X fig. 18 (etiam cf. p. 78 n. 209); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 418 n. 33; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 112–113 n. 204 cum im. phot.; C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 317–318. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 141.



6–7 *coniug(i)* recte iam CASTELLANI pro *coniug(i)*.

De seviris Augustalibus saepius in titulis Albensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3932. Q. Gargilius Sabinianus idem, si recte supplevi, redit tit. n. 4035.

Ex forma litterarum saec. II medii p. C. n. tribuerim, cui temporis formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

3938 (cf. *EE* VIII p. 44) = ILS 7470. Basis ex lapide calcario corona crepidineque undique prospicientibus praedita, a sinistra in usum posteriorem perterebrata, in fronte fissuris laesa, a tergo scabra 119 × 56 × 51. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso a sinistra magna ex parte nunc deperdito cincta 56 × 43. Litt. frontis 7–4,5; litt. laterum 13,5–7. Puncta triangularia haud semper insculpta. In museo municipali Avezano a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in Museo del Fucino (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi cum CESARE CASTELLANI, qui m. Sept. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 21. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002599–2603).



De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, ZPE 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 711); EUND., *Tradizione manoscritta* 117. 296; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 46 n. 49; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 15r* cum im. del. (A. S. Nicola in Avezano. Consultata da me a(ddi) 21 Maggio 1810); GUATTANI, *Monumenti Sabini* III 70; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3915; WALTZING, *Corporations* III 411 n. 1572; L. ORLANDI, *I Marsi* 168. 251–254 n. 2; PAGANI, *Avezano* 33–34. 83–84; FIORANI, *Una città romana* 57; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 20 n. 34 cum im. phot. tab. X fig. 19; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 56–57 n. 60; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 262–263; ID., in *Fonti latine e greche* II 418 n. 34; CATALI, *Museo Lapidario* 41–42 n. 27 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 114 n. 207 cum im. phot.; C. LETTA,



in *Aia dei musei* 35–36 n. 27 cum im. phot.; M.-A. LE GUENNEC, *JRA* 32, 2019, 311. 315 cum im. phot. fig. 3. – Cf. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 63; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 133. 135. 141; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 724 adn. 24 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 689–690 adn. 24); CERASANI, *Annotazioni* 46; RIZZELLO, *Culti orientali* 37; K. MAES – F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 25, 1985 (1986), 137 adn. 47; FRACASSI, *San Pelino* 71; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 357–358; ABRAMENKO, *Municipale Mittelschicht* 249; BOLLMANN, *Vereinshäuser* 403; LAFER, *Omnnes collegiati* 252. 278; M. J. STRAZZULLA, in *Effetto Alba Fucens* 50; DIOSONO, *Collegia* 69; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; C. EVERS – N. MASSAR, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 112; G. GROSSI, in *Marsica* I 270; C. EVERS – N. MASSAR, in *Belgica et Italia* 121; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 491. 492 cum im. phot.

Errores ROSSI et PAGANI omisi. – 5 *dendrophoro* ORLANDI – VERI haud recte; *dendrophoro* pro *dendrophoro* (de collegio dendrophorum, qui saepius una cum centonariis in tit. laudantur, inter al. vide R. PALMIERI, *Epigraphica* 33, 1971, 155; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 74–78; R. RUBIO RIVERA, *Gerión* 1, 1993, 175–183).

De officio coqui (de forma vocabuli coci saepius in titulis laudata cf. *ThLL* IV 4, col. 929) vide imprimis H. VON PETRIKOVITS, in *Handwerk* 93; EUND., *ZPE* 43, 1981, 299. Marcii alii in tit. eiusdem loci saepius occurrunt (cf. supra ad tit. n. 3911). De seviris Augustalibus Albensibus vide supra ad tit. n. 3932.

Saec. I p. C. n.

### 3939 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 20 n. 35; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 260 n. 5; ID., in *Fonti latine e greche* II 418 n. 35; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 71. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; P. GARNSEY, *Historia* 20, 1971, 324; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 115; FORNI, *Tribù* I H185; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; BRANCATO, *Repertorium* II 98.

Nomina Camerii et Hostilii redeunt tit. n. 3961. 3980 et 3997 [de nomine gentilicio Camerii vide F. VAN WONTERGHEM, in *Fucino* I 428; de nomine Hostilii etiam vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 470].

Ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis in fine tituli, ut traditur, scripta saec. II p. C. n. esse potest.

### 3940 = EE VIII p. 45 n. 179 (etiam cf. p. 44) Desideratur.

Exemplum repetiverunt M. IHM, *EE VIII* p. 45 n. 179, qui cum CHR. HÜLSEN titulum recognovit in museo *Avezzanensi*; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 20–21 n. 36; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 418 n. 36. – Cf. C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 480. 488. 494.

Sic legerim: *C(aius) M[- - -] | Mq[- - -] | et L(ucius) Ti[- - -] | Prisc[us - - -] | [a]ed[iles] q[ui] ob honorem? | [ae]dilitat[is] - - - | [- - -] pecuni[a] publica - - - | [- - -] IEN[- - -] | - - - - -*.

Aetatis incertae.

### 3941 = EE VIII p. 45 n. 180 (etiam cf. p. 44). Basis ex lapide calcario corona pulvini instar cum vitta acroteriisque pseudofloralibus ornata et crepidine undique prospicientibus praedita, in fronte perquam adesa et fissuris laesa 174 × 86–72 × 72–65. In latere dextro volumen apertum in sinistro urceus inspicuntur (de anaglyphis cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 160 cum im. phot. tab. III litt. a). Litt. 10,5–6. Puncta triangularia. Exstat *Avezzano* prope aditum musei municipalis, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot.

quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002604–05. 16160).

Exemplum repetiverunt CANALE PAROLA, *ms. IV, b. 11, fasc. 185* (i. e. epistula missa d. 10 m. Febr. a. 1889); L. ORLANDI, *I Marsi* 278 n. 29; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 21 n. 37 cum im. phot. tab. XI fig. 20; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 70–71 n. 103; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 9; ID., in *Fonti latine e greche* II 418 n. 37; CATALI, *Museo Lapidario* 47 n. 31 cum im. phot. – Cf. M. IHM, *EE VIII* p. 45 n. 180; KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 136; FRACASSI, *San Pelino* 50; FORNI, *Tribù* I N99; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; G. GROSSI, in *Marsica* I 297; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 492.

De Noniis Albensibus fusius memoratis vide GUASTALLA, *l. l.*

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

### 3942 Tabula ex lapide calcario in tres partes inter se coniuncta fracta undique levigata 58 × 211 × 7. Litt. affabre insculptae 11–5,4. Puncta rotunda. A. 1982 in viridario aedium gentis Pace in vico Massa d'Albe sitarum contuli et im. phot. sumpsit. Neg. D. A. I. Rom 83.1004. 1005. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002606–08. 16161–62).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3911; FIORANI, *Una città romana* 60; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 136; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 10; ID., in *Fonti latine e greche* II 419 n. 38. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; TOLLIS, *Alba Fucense* 28; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 21–22 n. 38 cum im. phot. tab. XI fig. 21; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 133; FORNI, *Tribù* I N105. O6; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; G. GROSSI, in *Marsica* I 297; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476.

4 *Opsequens* pro *Obsequens*.

Nota tribum Palatinam non Fabiam, quae civium Albensium ingenuorum plerumque fuit (de tribu Palatina, ex. gr., vide G. FORNI, in *L'onomastique latine* 94). De seviris Augustalibus Albensibus vide supra ad tit. n. 3932. De locutione *amico optimo* vide REALI, *Amicitia* 157 n. 104 et passim. De amicitia praeter REALI, *l. l.* vide *Aspects of friendship*; M. REALI, in *Corolla Epigraphica* 612–620; N. MATHIEU, in *Société romaine* 373–383; B. BEUJARD, *ibid.* 385–391. De Noniis Albensibus vide supra ad tit., qui praecedat.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. esse mihi videtur.

### 3943 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 711); EUND., *Tradizione manoscritta* 161. 760; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 95. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 28r* cum im. del. (*Esiste in Cappelle nelle pareti della Chiesa al di fuori*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 22 n. 39; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 12; ID., in *Fonti latine e greche* II 419 n. 39; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 120 n. 21. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; MANNI, *Storia dei municipi* 178; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 123; FORNI, *Tribù* I P620; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; EUND., *Epigraphica* 73, 2011, 331; G. GROSSI, in *Marsica* I 286.

Titulum sic legerim: [-] *Pompuclei(us) M(arci) [f(ilius)] | Fab(ia) | [- - -] Iarii(us) IIIvir [- - -]; - 3 [- - -] Iarii IIIvir(i) [aed(ilis)]* dubitanter GROSSI.

De nominativo singulari breviato *-i(us)* vide J. KAMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42; praetermittendum non est hoc

nominativum brevium in tit. imperatoriae aetati tribuentis fuis quoque occurrere.

Si recte sum interpretatus, tit. saec. I labentis a. C. n. esse potest.

- 3944 Tabula ex lapide calcario in fronte levigata, a tergo scabra  $43 \times 60 \times 15$ . Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta  $29 \times 46$ . Litt. affabre insculptae 5–3,5. Puncta triangularia. In museo municipali Avezzano a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in Museo del Fucino (olim Mattatoio Comunale), ubi a. 2012 denuo contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 28. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002609–10).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 283 n. 42; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 22 n. 40 cum im. phot. tab. XII fig. 22; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 52 n. 52; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 419 n. 40; CATALLI, *Museo Lapidario* 53 n. 38 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 29 n. 14 cum im. phot. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 136. 137; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 147; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 490. 492.



1 PVBLCIA D L ORLANDI – VERI haud recte. – 4 Aescino pro Aeschino.

De seviris Albensibus vide supra ad tit. n. 3932. Nomen Publicii redit in titulis n. 3945. 4021. 4022 (Arbuscula, ut sane elicitur ex nomine, filia servae publicae cuiusdam fuisse videtur); de Noniis Albensibus supra ad tit. n. 3941.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

- 3945 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 22 n. 41; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 13; ID., in *Fonti latine e greche* II 419 n. 41. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 137; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476 cum im. phot. fig. 1.

2 Marsille pro Marsillae (de quo cognomine vide O. SALOMIES, *Arctos* 53, 2019, 194).

Publicii alii fuis in titulis Albae repertis redeunt (cf. tit. praecedentem et GUASTALLA, *l. l.*). Etiam vide infra ad tit. n. 4022.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis, ut traditur, scripta saec. II p. C. n. esse potest.

- 3946 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3912; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 143; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 23 n. 42; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 419 n. 42. – Cf.

KUBITSCHKEK, *Imperium* 49. M. SILVESTRINI, *Quad. Storia* 58, 2003, 203; FORNI, *Tribù I S167*; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34.

Litterae singulares A P Q R P in v. 2–3 solvendae, ut iam MOMMSEN recte est arbitratus (cf. p. 776), *a(edilicia) p(otestate), q(uaestori) r(ei) p(ublicae)*.

De nomine gentilicio Scantii vide C. LETTA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 85, 2012/13, 324.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

- 3947 Stela ex lapide calcario a sinistra in usum posteriorem recte scissa in duas partes inter se coniunctas fracta, anaglypho fastigii rotundati ornata, in quo roseus flos incisus, in fronte levigata infra et a tergo scabra  $122 \times (45) \times 14$ . Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso a sinistra nunc deperdito cincta, alt. 48; infra titulum bipalium et rutrum insculpta, quae anaglypha ad officium topiarii pertinere videntur. Litt. 5,2/3 (nota formam litteras F cursive et L). Puncta triangularia. In museo municipali Avezzano a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in Museo del Fucino (olim Mattatoio Comunale), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2770. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015335. 16163).



Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3923; L. ORLANDI, *I Marsi* 276–277 n. 27; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 23 n. 43 cum im. phot. tab. XII fig. 23; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 17–18 n. 2; ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 173 n. 100 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 419 n. 43; CATALI, *Museo Lapidario* 56 n. 42 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 112 n. 204 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 37 n. 29 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 732 adn. 52 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 696 adn. 52); EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 229; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; STEK, *Cult places* 156; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492 cum im. phot. fig. 1; FABBRI, *Mater florum* 195–196.

2/3 PHILADESPO[TD lapis i. e. *Philadespo[τ'ο*]; PHILADESPO[TO ORLANDI – VERI et ZIMMER haud recte.

De ludis Floralibus vide, inter al., L. POLVERINI, in *Diz. epigr.* IV 1975, 2008–2009. De re universa nunc FABBRI, *l. l.* 115–173.

Nomen Septimii redit tit. n. 4026. 4030.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse potest.

3948 Stela ex lapide calcario marginibus effracta in fronte et a tergo levigata infra scabra, in fastigio fortasse rotundato corona vittata praedita (de corona vittata in tit. Albae repertis fusius insculpta cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 159) 110 × (36) × 22. Area titulo inscribendo destinata haud excavata simplici sulco cincta 50 × 31. Litt. 4–3 (nota extremum versum 10 supra sulcum exaratum). Puncta triangularia. Exstat *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5463), ubi a. 1992 contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Nov. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* 5463. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002611. 16164).



Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 23–24 n. 44 cum im. phot. tab. XIII fig. 24; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 420 n. 44. – Cf. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 107. 135. 144; M. KLEIJWEGT, *Act. Class.* 37, 1994, 95; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

2–3 de iunctura *iuveni acerbissimo* cf. tit. huius Corporis vol. VIII 5001 = *ILAlg* I 1837 = *CLE* 1539, ubi legitur *iuveni pio acerbissimo*. – 6 SOROP lapis i. e. *soro<sup>o</sup>r<sup>7</sup>*. – 8–9 *V(e)l musta lege*. – 9–10 *infelissimo posuerum pro infelissimo posuerunt*.

De seviris Albensibus vide supra ad tit. n. 3932. Tite-dios alios non repperi in tit. eiusdem loci (etiam cf. DEMOUGIN, *Prosopographie* 646).

Ex litterarum forma priori parti saec. II p. n. C. tribuerim.

3949 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 49–50. 79. 162; FIORANI, *Una città romana* 71; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 143; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 24 n. 45; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261–262 n. 17; ID., in *Fonti latine e greche* II 420 n. 45; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 28 n. I.92; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 110–111 n. 15 (etiam cf. p. 97–98. 117). – Cf. KUBITSCHEK, *Imperium* 48 adn. 68; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 141; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 127; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 356 (scr. 3849); A. FUJISAWA, *Acme* 49, 3, 1996, 200; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 27; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; FORNI, *Tribù* I T214; STEK, *Cult places* 71; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; EUND., in *Valle di Comino* IX 30; G. GROSSI, in *Marsica* I 286.

Errores ORLANDI et FIORANI omisi. – 3 in. *Nae[uius]* suppleverim.

Etiam vide supra ad tit. n. 3923. Nomen Titii redit tit. n. 7888. 7905. 7906 (etiam vide ad tit. n. 7944).

Ex formula *Diis Man(ibus) sacr(um)* compendiis, si recte traditur, scripta saec. I ex. p. C. n. saltem esse potest.

3950 (cf. p. 682) = VI 859 (cf. p. 3007) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 711); EUND., *Tradizione manoscritta* 194. 197. 303. 606. 812; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 56 n. 129 et 131; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 291. Exemplum repetiverunt MARINI in codice sign. *Vat. lat.* 9125 f. 319rv; Rossi, *ms.* f. 39rv cum im. del. (*Albe*. In *Albe trovata nel 1793*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3910; L. ORLANDI, *I Marsi* 46–47. 71–72. 161. 248; FIORANI, *Una città romana* 63–64; TOLLIS, *Massa d'Albe* 22–23; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 143 (etiam cf. 132); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 24–25 n. 46; G. MENNELLA, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 379 n. 6; PETRACCIA LUCERONONI, *Questori municipali* 173–174 n. 256; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 260 n. 2; ID., in *Fonti latine e greche* II 420 n. 46; PITONI – SALVI, *Antrosano* 30–34; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 28 n. I.93; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 111 n. 16 (etiam cf. p. 97–98. 117); DONAHUE, *Roman Community* 201 n. 160; ENGFER, *Private Munificenz* 143 n. 215 (etiam cf. p. 206). – Cf. KUBITSCHEK, *Imperium* 49; E. PERUZZI, *Maia* 13, 1961, 176; LIOU, *Praetores* 30; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139; C. LETTA, *Athenaeum* 65, 1987, 272; FRACASSI, *San Pelino* 49–50; O. SALOMIES, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 282; G. GROSSI, in *Anxa – Angitia* 36; FORNI, *Tribù* I A581; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113 (= EUND.,

Abruzzo e Molise I 268); LIBERATORE, *Alba Fucens* 19; M. BONAMENTE, in *Aulo Virgilio Marso* 22; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 13. 22; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; STEK, *Cult places* 71; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; A. RUSSI, in *Lago Fucino* 83; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 33; BOURDIN, *Les peuples* 138; G. GROSSI, in *Marsica* I 205. 517; S. ANTOLINI, in *Colonie e municipi* 30; C. LETTA, in *Peoples* 516; GROSSI, *Ricerca* 15; C. LETTA, in *Roman Imperial Cities* 354; C. BLASETTI FANTAUZZI, *Ann. Ist. It. Stud. Stor.* n. s. 26, 2019 (2020), 254.

Errores ORLANDI, FIORANI et TOLLIS sprevis; 1–4 BONKOFFSKY omisit.

Etiam vide supra ad tit. n. 3923. De officio alimentarii cf. ECK, *Organisation* 188 (= EUND., *L'Italia nell'impero romano* 193). De munificentia et litteris quibus sestertii significati vide MROZEK, *Distributions* 20; EUND., *Anc. Soc.* 30, 2000, 122. Nomen Titiedii non redit in aliis tit. Albensibus (de quo nomine vide DEMOUGIN, *Prosopographie* 646 et H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138); de Amareidiis fusius Albae memoratis vide GUASTALLA, *l. l.*

Dedicata d. 27 m. Sept. a. 168 p. C. n. ex eo, quod memorantur consules iterum ordinarii, scil. L. Sergius Paulus (K. WACHTEL, *PIR*<sup>2</sup> S 530) et L. Venuleius Apronianus Octavius [Priscus] (K. WACHTEL – M. HEIL, *PIR*<sup>2</sup> V 374).

3951 Urna cineraria ex lapide calcario ("in basi urnae cinerariae marmoreae" haud recte MOMMSEN) supra rotunda [diam. (46)] triglyphis ornata infra quadrata [(22) × (31) × 13] undique fracta et scalpro dentato dolata. Litt. 4,5. Puncta triangularia. Exstat *Avezzano* in museo municipalii, ubi a. 1982 et 1996 contuli. Neg. D. A. I. Rom 79. 2765. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002612).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 283 n. 41; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 24–25 n. 46 cum im. phot. tab. XIII fig. 25; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 22 n. 9; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 18; ID., in *Fonti latine e greche* II 420 n. 47; CATALI, *Museo Lapidario* 62 n. 48 cum im. phot. – Cf. MANNI, *Storia dei municipi* 178; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 738 adn. 63 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 702 adn. 63); D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.



1 ex. *T(it)i f(ilius)* vidi in lapide.

Nomen Titucii redit tit. n. 4036.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

3952 = *EE* VIII p. 45 n. 181. Cippus ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis instar, in quo imago capitis Solis, ut videtur, leviter incisa, cum pseudoacroteriis floralibus ornatus nec non corona crepidineque undique paululum prominentibus praeditus in fronte levigatus a tergo scaber 135 × 55 × 53. In latere dextro gallicae duae et cista, in sinistro pecten speculum acus et lecythi duo insculpta [de quibus anaglyphis vide BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131); praesertim L. SENSI, in *Civiltà dei Romani* 176–186]. Area titulo inscribendo destinata excavata ab utroque latere face cincta 61 × 47. Litt. 5,8–4 (nota versum 1 in corona extra aream marginatam incisum). Puncta triangularia. Exstat *Tagliacozzo* in atrio aedium municipalium, ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Apr. a. 2019 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Exemplum novicium gypsaceum servatur *Sorbo* in platea *del Milliaro* vulgo dicta. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002613. 16165).

Exemplum repetiverunt M. IHM, *EE* VIII p. 45 n. 181; GATTINARA, *Tagliacozzo* 86–87 n. 1, cuius errores sprevis (qui asserit titulum in lucem detectum prope vicum *Sorbo* in regione appellata *Rianni* a. 1826; etiam cf. DI MASSIMO *l. infra l.*); FIORANI, *Una città romana* 60; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 25–26 n. 48 cum im. phot. tab. XIV fig. 26; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–729 n. 10 cum im. phot. fig. 7 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 638–694 n. 10); ID., in *Fonti latine e greche* II 420–421 n. 48. – Cf. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 137; M. DI MASSIMO, in ephemeride *Sorbo '80*, d. 19 m. Aug. a. 1979, p. 4; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; DEMOUGIN, *Prosopographie* 324; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 101; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 49; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.

De seviris Augustalibus saepius in titulis Albensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3932.

Sextuleios et Tituleios alios fusius Albae invenies (de Tituleiis supra ad tit. n. 3926).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma prioris partis saec. II p. C. n. esse potest.

3953 (cf. p. 682) = VI 3501\*. Delenda est, utpote non Albensis, sed urbana falsa ut videtur. Etiam nunc hodie eodem loco, quo AMELUNG recognovit, nempe Romae in Museo Vaticano infra parietem XLII Ambulacri Iuliani (scil. *Galleria Lapidaria*) sita (inv. n. 9249), ubi a. 1998 contuli.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 304; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 268); Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 26 n. 49; G. MENNELLA, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 378 n. 1 et PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 174–175 n. 256, qui autem titulum non iudicant urbanum; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 421 n. 49. – Cf. MARINI in codice sign. *Vat. lat.* 9125 f. 320r; W. AMELUNG, *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums* I, Berlin 1903, 187; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 33.

5 *karissimo* pro *carissimo*. – 6 *m(emoriam) p(osuit)* solve.

De locutione *amico optimo* vide REALI, *Amicitia* 157 n. 105 et passim. De officio alimentarii etiam cf. ECK, *Organisation* 188 (= EUND., *L'Italia nell'impero romano* 193).

Saec. II p. C. n. esse saltem videtur.

## 3954 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 759. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3927; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 26 n. 50; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 421 n. 50. – Cf. ENGFER, *Private Munifizenz* 218.

De munificentia, inter al., vide S. MROZEK, *Epigraphica* 30, 1968, 168; EUND., *Athenaeum* 50, 1972, 295. 296; EUND., *Distributions* 23–24 26. 39. 94; M. CORBIER, *Epigraphica* 67, 2005, 357; A. M. MORELLI, in *Valle di Comino* XV 132. De plebe urbana etiam cf. A. LA ROCCA, *Sc. Ant.* 23.1, 2017, 225.

Ex locutionibus adhibitis (imprimis vide illud *plebem urbanam*) saec. II medio p. C. n. vel potius temporis spatio inter a. 120 et 150 comprehenso titulum tribuerim.

3955 = CLE 79. Tabula ex lapide calcario supra, a sinistra et infra fracta, in fronte paululum scalpro dentato dolata, a tergo levigata (24) × (28) × 10,5. Litt. 3,5–2,5. Puncta triangularia. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002614).

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*<sup>2</sup> 805; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 26–27 n. 51 cum im. phot. tab. XV fig. 28; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 43–44 n. 61 (= id., *Abruzzo e Molise* I 185 n. 61); id., *Epigraphica* 59, 1997, 265; id., in *Fonti latine e greche* II 421 n. 51; CATALI, *Museo Lapidario* 64 n. 51 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 10 n. 47. – Cf. ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 61 n. 75 sine autem tituli transcriptione; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990, 76 EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 230 (AE 2006, 385); C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 490. 491. 492.



Supplementa incerta; sunt iambii senarii. – Supra [– –]V̄S̄IQ legere tantum potui; omiserunt CETERI. – 1 [– –]–? quoi post acerbam mortem dominu]s se optulit cogitavit BÜCHELER; *optulit* pro *obtulit*. – 2 [– –]–? *monumentu]m ut faceret* BÜCHELER, omisso tamen signo certe amplioris lacunae. – 3 ex. *gemuerat* EGO, *cemuelat* CETERI; *quippe et ipse gemuerat* proposuerat BÜCHELER. – 4 [– –]–? *natu] quadrimus* BÜCHELER et CHOLODNIK (de verbo *quadrimus* cf. etiam L. GASPERINI, *Abruzzo* 23/28, 1985/1990, 510).

In apparatu CLE BÜCHELER ad sensum iambos versusum 1–3 sic quoque interpretatus est: [*iam se ad discen-*

*dum studio]sse optulit | [artifice]m ut faceret [dominus] de se quem velit. Versus hoc modo est conata vertere FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 117 ad n. CLE, scil.: [*a quien después de su muerte prematura su propio señor] se ofreció para hecer él mismo [su tumba].* Etiam cf. *Lege nunc, viator* 105 ad CLE/Pad. 4; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 186.*

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

## 3956 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 550. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 27 n. 52; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 26; id., in *Fonti latine e greche* II 421 n. 52; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 115 n. 4. – Cf. EUND., in *Cappelle dei Marsi* 120.

Esse potest: [– –] III]vir quinq(uennalis) [– –]–?, | [– –] III]vir iur(e) di[c(undo) – –]–?].

Ex eo, quod litterae ut MOMMSEN recognovit olim aere expletae, non excludo, quin de titulo plateae sternendae agatur [quibus de titulis vide inter al. G. SUSINI, *AcR* 1977, 155–158 (= EUND., *Epigraphica* dilapidata 185–191); J. M. ABASCAL – G. ALFÖLDY – R. CEBRIÁN, *Arch. Esp. Arq.* 74, 2001, 117–130; A. MONTEROSO – D. GOROSTIDI, *MEFRA* 117, 2005, 699–746; J. M. ABASCAL – J. M. NOGUERA – M. J. MADRID, *ZPE* 182, 2012, 291–294; A. U. STYLOW – Á. VENTURA VILLANUEVA, in *Tarraco Biennal* 301–339; A. BUONOPANE, *SEBarc* 13, 2015, 69–86 cum alia bibliographia; D. R. HERNANDEZ, *JRA* 30, 2017, 39–63].

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3957 Epistylum ex lapide calcario ab utroque latere fractum (30) × (186) × 50. Litt. profunde incisae 17. Usque ad a. 2000 eodem loco servabatur, ubi MOMMSEN recognovit, scil. pro limine aedium gentis *Blasetti* hodie *Lanciani* in vico *Albe* sitarum. Nunc exstat inter reposita erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. 2011 contuli, attamen im. phot. sumere non potui. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016166–67).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 128. 739. 745; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 47 n. 61. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f.* 19r cum im. del. (*Massa. Lunga palmi* 7. *Le lettere sono alte cinque pollici*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 27 n. 53; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 25; id., in *Fonti latine e greche* II 421 n. 53; M. DI MIERO, in *Poco grano, molti frutti* 163 cum im. phot. fig. 123.

Ex forma litterarum ad saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

## 3958 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 114; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 554. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 27 n. 54; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 54. *iter(um)* sane solvendum.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 3959 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 81; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 38. 40 n. 8. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f.* 3v cum im. del. (*Antrosano*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3916; TOLLIS, *Massa d'Albe* 22, cuius errores sprevis; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 27 n. 55; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 55. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 136; FIORANI, *Una città romana* 59; BOLLMANN, *Vereinshäuser* 403; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 171; W. SPICKERMANN, in *Handwörterbuch* I col. 297.

De locutione v. 3–4, scil. *sevir Aug(ustalis) decr(eto) decur(ionum) | gratis factus sua pe[c(unia)]*, cf. ex. gr. tit. n. 5448 ubi legitur *[V]IIIvir August(alis) | d(ecurionum) c(onsulto) gratis factu[s] | posuit* vel tit. huius Corporis vol. XI 1344 = F. FRASSON, *Le epigrafi di Luni romana. I. Revisione delle iscrizioni del Corpus Inscriptionum Latinarum*, Alessandria 2013, 82–84, ubi legitur *Augustalis d(ecreto) d(ecurionum) | gratis factus* [inter al. vide L. VANDERVOORDE, *Mnemosyne* 70, 2017, 823]. De seviris Augustalibus saepius in tit. Albensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3932.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3960 Desideratur. Fuit, ut ex apographo a ROSSI delineato elicitur, stela anaglypho fastigii triangularis, in quo rosa vel potius, ut mihi videtur, corona vittata incisa, ornata. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002615).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 91; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 42 n. 19 cum im. phot. tab. III (e ROSSI deprompta). Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 7v* (*Lapida scavata in Tagliacozzo, e propriamente nell'orto contiguo alla casa del Sig(nor)e D(on) Angelo Guidarelli nel dì 20 Aprile anno 1807. Oggi più non si vede, dicesi fabricata in un muro del giardino*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* f. 3r (inde S. SEGENNI, in *Fucino* III 383); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3921; WALTZING, *Corporations* III 411 n. 1573; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 27–28 n. 56; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 56; M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 48–49. – Cf. SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 280; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 136; J. M. SANTERO, *Athenaeum* 61, 1983, 114, 117; FISHWICK, *Imperial Cult* II 537 adn. 375; BOLLMANN, *Vereinshäuser* 403; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 35; EUND., in *Dediche sacre* 285; G. L. GREGORI, *ibid.* 327; P. WOJCIECHOWSKI, *Electrum* 21, 2014, 160; EUND., *Cultores Deorum* 120, 129.

Nomen Bodii rarissimum est: tit. huius Corporis vol. XI 210 tantum redit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 36). De appellatione Augusti vel Augustorum, quae significat Italice *sacro, grande, venerabile* neque ad domum imperatoriam pertinet, vide GREGORI, *l. l.* 308–330.

Non excludo, quin saec. I p. C. n. sit tribuenda.

3961 Cippus ex lapide calcario corona prominente acroteriiis floralibus ornata praeditus in duas partes inter se coniunctas fere compositus infra fractus (70) × 40. Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 4/3. Puncta triangularia sursum directa. Servatur *Tagliacozzo* muro cuidam interiori affixus aedium olim gentis *Mastroddi* nunc dominae *Licina Casale*, ubi m. Apr. a. 2015 contuli una cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016168–69).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3922; WALTZING, *Corporations* III 411 n. 1574; GATTINARA, *Tagliacozzo* 40, cuius autem errores sprevis; F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 30, 1961, 98; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 28 n. 57 cum im. phot. tab. XV fig. 29; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 57; ID., in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 82–83 n. 10; ID., in *Fucino* VI 256–257 n. 2 cum im. phot. fig. 2. – Cf. SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 267; F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 63; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 50; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 87; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 115; J. MERTENS, *Dial. Arch.* s. 3<sup>o</sup>, 6, 1988, 104 (scr. 3691); F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 290; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 71; BOLLMANN, *Vereinshäuser* 403; CHIOFFI, *Caro* 71; VAN WONTERGHEM, in *Iti-*

*nera archaeologica* 198 cum im. phot. fig. 14; L. AMELA VALVERDE, *SEBarc* 6, 2008, 26; F. CERRONE, in *Epigrafia* 2006 II 838; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; P. CAMERIERI, in *Nursia e l'ager Nursinus* 33; F. PESANDO, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 119; N. MUROLO, in *Saline e sale* 41; WOJCIECHOWSKI, *Cultores Deorum* 37.

4 sala[- -] MOMMSEN in indice supra p. 770. 776. 792; *Sala(rii)* solvendum videtur, quae autem appellatio aliunde ignota; etiam cf., inter al., C. LETTA, in *Epigrafia* 227 adn. 17; M. TORELLI, *Dial. Arch.* n. s. 2, 1988, 71–72; EUND., in A. MASTROCINQUE (Ed.), *Eracle in Occidente*, Trento 1993, 291–293; G. M. GENOVESE, *Arch. Class.* 51, 1999/2000, 351; F. DIOSONO, in *Forme e strutture* 257; G. CERA, *ATTA* 20, 2020, 144 (de re universa cf. A. GIOVANNINI, *Athenaeum* 63, 1985, 373–387); *Sal'u'(ta-ris)* emendare et solvere est conatus DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 30 *l. l.*, cum quo M. JACZYNOWSKA, in *ANRW*, II, 17, 2, Berlin – New York 1981, 647, quoque consentit. Excludo, quin illud SALA fuerit simile quoddam ad clausulam *salve* pertinet (etiam cf. MOMMSEN ad tit. n. 4023, qui, ut asserit GATTINARA, in eodem vico scil. *Camerata* prope *Tagliacozzo* sito in lucem detectus esse videtur).

Titulos Herculi sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150). De collegio Herculis etiam cf. E. PAIS, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* n. s. 6, 1918, 118. Nomen Camerii redit tit. Albensibus n. 3939 et 3980; de nomine etiam vide S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 467.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

3962 = ILS 7640. Cippus ex lapide calcario in marginibus effractus in fronte levigatus a tergo scaber 50 × 43 × 24. Litt. 2,5–7. Puncta rotunda. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002616).



De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 139; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 48 n. 72. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 21v* cum im. del. (*esiste in Albe*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* f. 15r (inde S. SEGENNI, in *Fucino* III 383);

DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4201; L. ORLANDI, *I Marsi* 270–271 n. 17; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 28 n. 58 cum im. phot. tab. XVI fig. 30; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 26 n. 15; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 58; CATALI, *Museo Lapidario* 22 n. 6 cum im. phot.; A. CAMPANELLI, in *Effetto Alba Fucens* 29 n. 25 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 34 n. 24 cum im. phot. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 134. 141; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132; FIORANI, *Una città romana* 75; CERASANI, *Annotazioni* 46; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 40. 44; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 228; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 489. 492.

2 *Philargurus* pro *Philargyrus*. – 3 GLADIARV ORLANDI – VERI, GLADARIVS CATALI.

De Marc(u)leis Albensibus vide supra ad tit. n. 3923. De officio gladiarii etiam vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 71. CATALI et LETTA, non excludunt, ex eo, quod vocabulum *gladiarius* litteris maioris mensurae est insculptum, quin tit. fuerit signum officinae gladiatorum cuiusdam, cum qua coniectura autem non consentio.

Ex litterarum forma prioris partis saec. I p. C. n. mihi esse videtur.

3963 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3717; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 28–29 n. 59; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 422 n. 59; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 65–66 n. 56 (etiam cf. p. 41); HAACK, *Prosopographie* 87 n. 61; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 115 n. 5; BRANCATO, *Alumni* 86–87 n. 315. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 135; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 120, qui titulum parieti moenium vici *Scurcola* insertum vidit; R. WIEGELS, *Mitt. Hist. Ver. Pfalz* 86, 1988, 20; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 39. 43; STALINSKI, *Ritrovamento* 207; M.-L. HAACK, *REA* 104, 2002, 116. 125; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 65. 86; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285.

7 *harisp(ex)* pro *harusp(ex)* (de qua forma vide *ThLL* VI 3, col. 2544–2545 et F. DEMMA, *Stud. Etr.* s. 3°, 77, 2014 (2015), 245; *haruspice* alterum Albensem in tit., qui sequitur, reperies). De *haruspice* publicis et privatis vide, praeter THULIN, *Etruskische Disciplin* 155–156, EUND., *Diz. epigr.* III, Roma 1922, 645. 648. 650, praesertim M.-L. HAACK, *l. l.* cum bibliographia ampliore. De *alumnis* vide H. S. NIELSEN, *Class. Med.* 38, 1987, 141–188; J. BELLEMORE – B. RAWSON, *ZPE* 83, 1990, 1–9; C. SIVIATO, *Epigraphica* 61, 1999, 288–292; BRANCATO, *l. l.* passim.

Quinti Naevii alii in tit. Albensibus fusius inveniuntur (vide GUASTALLA, *l. l.*), inter quos Q. Naevius Q. f. Cordus Sutorius Macro ille saltem memorandus est (cf. infra tit. n. 7913); de nomine etiam vide HAACK, *Prosopographie*, *l. l.* 87.

Ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis, si recte traditur, scripta saec. II in. p. C. n. esse potest.

3964 Tabula ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis composita infra in usum posteriorem recte scissa in fronte et a tergo levigata in facie sursum directa recessibus ad figendum qui adhuc cernuntur praedita 44 × 181 × 26. Litt. affabre insculptae 9–5 (cognomina v. 1–2 postea adiecta esse videntur). Puncta triangularia sursum directa. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 25; neg. *D. A. I. Rom* 79.2796 (pars

sinistra). 79.2797 (pars dextra). – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002986–89).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3918; L. ORLANDI, *I Marsi* 282 n. 38; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 29 n. 60 cum im. phot. tab. XVI fig. 31; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 32 n. 28; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 423 n. 60; CATALI, *Museo Lapidario* 51 n. 35 cum im. phot.; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 66 n. 57 (etiam cf. p. 41–42); HAACK, *Prosopographie* 96–97 n. 72; C. LETTA, in *Aia dei musei* 38 n. 35 cum im. phot. – Cf. R. WIEGELS, *Mitt. Hist. Ver. Pfalz* 86, 1988, 20; STALINSKI, *Ritrovamento* 207; M.-L. HAACK, *REA* 104, 2002, 116. 122. 125; EAND., *Haruspices* 80–81; RAMELLI, *Cultura* 213; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 229; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.

Nomen Pilieni hic solum occurrit (SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 143; etiam vide M. J. PENA, *MEFRA* 127, 2015, 196). De *haruspice* Albensibus vide supra ad tit., qui praecedat.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse videtur vel paulo antea.

3965 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 301. 557. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 29–30 n. 61; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 423 n. 61.

Supplementa incerta. – 1 nomen Abucii vel Abuciaae fortasse supplendum. – 5–6 [- - -] *dellicato* ut iam MOMMSEN cogitaverat (delicia vel etiam delicatos in tit. regionis IV passim reperies, de quibus vide H. S. NIELSEN, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 19, 1990, 79–88; V. LA MONACA, in *Est enim ille flos Italiae* 211–218; EAND., *Epigraphica* 69, 2007, 169–180; EAND., *Anc. Soc.* 43, 2013, 191–212).

Saec. I p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

3966 Tabula ex marmore in duas partes inter se coniunctas fracta in margine inferiore sinistro et a dextra imminuta in fronte et a tergo levigata 25 × (42) × 4. Litt. affabre insculptae 4. Puncta triangularia sursum directa. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002617).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 276 n. 26; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 30 n. 62 cum im. phot. tab. XVII fig. 32; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 38 n. 37; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 423 n. 62; CATALI, *Museo Lapidario* 24 n. 9 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 228; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 171; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 86; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.



1 in. littera V solvenda, ut constat, *v(vit)* (de quo verbo usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172); contra, male cogitantes, ORLANDI et etiam CATALI *V(ibia)* (cf. etiam, quae

scripsit KAJAVA, *Praenomina* 84–85); V ACESTIA D L ICON[- -] male ORLANDI – VERI; *Icon[e]* vel *Icon[io]* vel *Icon[ium]* vel etiam *Icon[ia]* suppleverim (de cognomine vide H. SOLIN, in *Latin vulgare* VII 534; de cognomine *Iconium* vide EUND., in *Modelli epistemologici* 124); *Icon[ium]* MOMMSEN restituit apud p. 703 col. 2 sub indice nominum virorum et mulierum; *Icon[ia]* CATALI. – 3 SP[- -] ORLANDI – VERI haud recte; de praenomine Spurius disseruerunt KUBITSCHKEK, *WS* 47, 1929, 130–143; S. PANCIERA, in *L'onomastique latine* 201 (= EUND., *Epigrafi* III 1850–1851); J. J. WILKES, *PBSR* 44, 1976, 28–43; SALOMIES, *Vornamen* 50–55; B. RAWSON, *Antichthon* 23, 1989, 10–41; etiam FRIEDL, *Konkubinät* 143–146; M. CHRISTOL, *Epigraphica* 77, 2015, 167–171. – 4 in *ag[r(o) p(edes) -]* suppleverim.

Nomina Aestii Crustidiique in titulis huius loci non redeunt.

Ex litterarum forma et ex eo, quod locutio *v(ivit)* memoratur, alteri parti saec. I p. C. n. tribuo.

3967 (cf. *EE* VIII p. 44). Stela ex lapide calcario anaglypho fastigii rotundati ornata nonnullis fissuris laesa in area tituli caelo dolata minus scabra quam infra, a tergo rudis  $96 \times 38 \times 15$ . Area tituli inscribendo destinata cymatio inverso cincta  $41 \times 29$ . Litt. passim a quadratario haud recte insculptae 2,8–1,8. Puncta triangularia. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo contuli. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002618).



Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 284 n. 43; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 30 n. 63 cum im. phot. tab. XVII fig. 33; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 28 n. 18; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 423 n. 63; CATALI,

*Museo Lapidario* 26 n. 11 cum im. phot.; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 120 n. 22. 131 cum im. phot. fig. 12; C. LETTA, in *Aia dei musei* 22 n. 1 (scr. 3867) cum im. phot. – Cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116. 117. 118. 132; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 729 adn. 45 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 694 adn. 45); STERNINI, *Romanizzazione* 53; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BRANCATO, *Repertorium* II 93; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 481. 492.

4 CEDIVS, 8 LAPIA ORLANDI – VERI haud recte. – 4 *E dius* pro *Aedius* (de nomine etiam vide P. BUONGIORNO – I. CAO, in *Studi Fulviomario Broilo* 89); – 6–7 *dulcissimo* pro *dulcissimo*; – 8 *Fortunte* pro *Fortunatae* ut videtur; *Lap<p>iae* emendat LETTA, nescio an recte (attamen non excludo *Lap<p>ae*); – 9 *aeius* pro *eius* vel etiam pro *suis*.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II in. p. C. n. esse potest.

3968 (cf. *EE* VIII p. 44) = *CLE* 498. Tabula ex lapide calcario a dextra imminuta a tergo scabra  $56 \times (39) \times 23$ . Area tituli inscribendo destinata excavata scalpro dentato dolata cymatio inverso cincta, cuius partes infra, a sinistra et supra servantur,  $42 \times ?$ . Litt. actuariae 4–1,8. Puncta triangularia in initio singulorum quoque versuum quoque signata. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* 1. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002619–21).



Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 279–280 n. 33; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 46 n. 108 cum im. phot. tab. XXVIII fig. 55; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 29 n. 21; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 431 n. 107; CATALI, *Museo Lapidario* 45 n. 29 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 23 n. 3 cum im. phot. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 133; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 724 adn. 26 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 690 adn. 26); D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BRANCATO, *Repertorium* II 93; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 480. 492.



4 *pientissimo*, 6 *santissimae* ORLANDI – VERI haud recte.

De Marciis Albensibus vide supra ad tit. n. 3911; titulus autem originis urbanae mihi esse videtur (de re universa in dubio adhuc maneo).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

4013 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4215; CALABI LIMENTANI, *Studi* 156 n. 30; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 46 n. 109; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 431 n. 108; D. LIBERATORE, *ZPE* 206, 2018, 253. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 141–142; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 17.

4 *pict(or)*, si lectio certa est, fortasse solvendum (cf. MOMMSEN ad p. 794 col. 1 sub indice artium et officiorum privatorum et DE RUGGIERO – VAGLIERI, *l. l.*; etiam vide CALABI LIMENTANI, *l. l.*).

Excludendum non est, quin pictor Primigenius figlinae domini Quinti Naevii et officinatoris Hybridæ operam suam dederit (de re universa vide LIBERATORE, *l. l.* 241–254; etiam cf. infra tit. n. 7913).

Si recte interpretatus sum, titulus saec. I medii p. C. n. saltem est.

4014 Desideratur.


BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 35. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 46–47 n. 110; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 431 n. 109; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 116 n. 8. – Cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 120; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 120; EUND., in *Scurcola Marsicana* I 67.

Lectio tota incerta manet; 4 *sueis* pro *suis*.

Nomen Mutti in tit. Albensibus non redit (de nomine etiam vide G. CAMODECA, in *Modalità insediative* 428). De *delicia* vel *delicatis* vide supra ad tit. n. 3965.

Cui aetati titulus tribuendus sit, nescio.

4015 (cf. *EE* VIII p. 44). Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa, a dextra in usum posteriorem recte scissa, a tergo levigata 61 × (48) × 15. Litt. passim detritae 4,5–3,8. Puncta triangularia. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* n. 14. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002655).



De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 257 n. 5, qui asserit tit. in lucem esse detectum a. 1738 a domino *Alessandro Aloisi*; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 47 n. 111 cum im. phot. tab. XXIX fig. 56; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 57 n. 61; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 431 n. 110; CATALI, *Museo Lapidario* 46 n. 30 cum im. phot. – Cf. PAGANI, *Avezzano* 83; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 135; CERASANI, *Annotazioni* 46; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 228; G. GROSSI, in *Marsica* I 270; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 480. 490. 492.

3–4 MARA MOMMSEN (cf. autem ad p. 717 col. 2 sub indice nominum virorum et mulierum, ubi legitur: *Mar..a*), *Marcia*, ORLANDI – VERI, *Mar<ci>a* CATALI; *Mari)a* lego. – 6 ex. ET F F ORLANDI – VERI haud recte; SIB MOMMSEN, SIB[I] CATALI, *sibi* EGO. – 8 in. *annos* ORLANDI – VERI haud recte.

Quintos Naevios fusius in tit. eiusdem loci invenies (cf. supra ad tit. n. 3963; de re universa etiam vide HAACK, *Prosopographie* 87); nomen autem *Marii* non redit in aliis tit. Albensibus.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II medii p. C. n. esse videtur.

4016 (cf. *EE* VIII p. 44) = *CLE* 88. Epistylum ex lapide calcario a dextra imminutum in marginibus fissuris laesum in fronte scalpro dentato dolatum, a tergo paululum scabrum  $22,5 \times (108) \times 34$ . In latere sinistro vasculum inter triglyphis insculptum; in facie sursum directa recessus ad figendum adhuc inspicitur. Litt. affabre insculptae 8–3,8. Puncta triangularia sursum directa. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsi. Inde ab a. 2012 servatur in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi denuo contuli a. 2012. Ibidem CESARE CASTELLANI m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* 29; *neg. D. A. I. Rom* 79.2808. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002983–85).

Exemplum repetiverunt CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*<sup>2</sup> 239; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4255; L. ORLANDI, *I Marsi* 269–270 n. 16; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 47 n. 112 cum im. phot. tab. XXIX fig. 57; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 33 n. 29; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 44 n. 63 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 187 n. 33); *id.*, *Epigraphica* 59, 1997, 265; *id.*, in *Fonti latine e greche* II 431 n. 111; CATALI, *Museo Lapidario* 48 n. 32 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 110 n. 202 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Tempanda viast* 11 n. 49; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 122 n. 29 cum im. phot. fig. 17 (etiam cf. p. 132); C. LETTA, in *Aia dei musei* 32 n. 20 cum im. phot. et *Italica* versione (vide infra). – Cf. BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990, 76; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 124; F. VAN WONTERGHEM, in *Fucino* I 424; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 229; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 81; G. GROSSI, in *Marsica* I 286; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 492.



2–3 fuerunt quattuor, ut videtur, iambi senarii, quos BÜCHELER ad sensum explevit primum supra ad n. 4016

hoc modo: *studium habui, ut facerem viva mihi aet[ernam] domum: iam postquam mors praeripuit me, vir optime*, | *tua bonitas fecit: titulus declarat meus, quo[d] nomen mihi, quae patria, qui coniunx fuit*] inde CHOLODNIK; deinde apud *CLE*: *studium habui, ut facerem viva mihi aet[ernam] domum: mors intercessit, iam mihi, coniunx optime*, | *tua bonitas fecit: titulus declarat meus, quo[d] fuerit studium me erga pietatis tibi*. Quos senarios, supplementis a BÜCHELER propositis apud *CLE* adhibitis, hoc modo vertit LETTA, l. l.: *Desiderai costruirmi da viva la dimora eterna, ma la morte me lo impedi: ora la tua bontà, o migliore tra i mariti, me l'ha costruuta. Il mio epitaffio manifesta quale ardente devozione tu abbia avuto nei miei confronti* (sermonem Hispanicum invenies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 120 ad n. *CLE*). De locis similibus vide, praeter AUCTORES supra laudatos, GALLETIER, *Étude* 29; G. BARBIERI, *Misc. Graeca e Romana* 4, 1975, 402; SANDERS, *Lapides memores* 300; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 195.

Nomen *Novani* redit in signaculo n. 6083, 121 reperto in regione Antini Marsorum, scil.: *Protogenes Novani servus*.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. medio tribuerim.

4017 Tabula ex lapide calcario servata *Borgorose* eodem loco, ubi DRESSEL recognovit nempe muro cuidam exteriori affixa ecclesiae S. Anatoliae loco edito, ubi una cum amico GIUSEPPE RANUCCI d. 29 m. Iun. a. 2007 quatenus potui contuli. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016179–81).

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 120 n. LXXVIII; SALETTA, *S. Anatolia* 50; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 47–48 n. 113; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 112. – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 49; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 114; S. MROZEK, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 309; FORNI, *Tribù* I P195; G. ALVINO, in *Lazio & Sabina* IV 78; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 88; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 271; EUND., in *Tribù romane* 34; T. GIOVANNELLI, in *Paesaggi rurali* 418.

De nomine *Petronii* etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 476.

Saec. I in. p. C. n. esse potest.

4018 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 14. 151. 733. 744; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 49 n. 84; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 24v* cum im. del. (*Nel pavimento della Chiesa di S. Pietro in Albe*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 48 n. 114; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 113. – Cf. EUND., *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); C. LETTA, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 198; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172.

Pompeios et Alfios alios *Albae* non reperies; de amicitia vide REALI, *Amicitia* passim (hic titulus autem non recenseatur; aliam bibliographiam recensui supra ad tit. n. 3942. 4009).

Ex formula *D(is) [M(anibus)]* compendiis, ut videtur, scripta saec. II medii p. C. n. esse videtur.

4019 Cippus ex lapide calcario in fronte scalpro dentato dolatus a tergo scaber ab utroque latere levigatus  $57 \times 99 \times 25$ . Litt. affabre insculptae 7–6. Puncta triangularia sursum directa. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* 18. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002656–57. 2985).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 281 n. 36; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 48 n. 115 cum im. phot. tab. XXX fig. 58; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 34 n. 30; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 114;

CATALI, *Museo Lapidario* 53 n. 37 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 229; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.

2 *sepulta* est verbum (i. e. hic *sepulta*): vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170–171; de cognomine *Sepultae* haud recte cogitaverat KAJANTO, *Latin Cognomina* 356, qui huius Corporis tit. n. VI 26820 et IX 3758 collegit (cum quo SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 401 quoque consenserant).

Pomponii alii in tit. Albensibus non redeunt (de nomine etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 478).

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. esse videtur.

4020 Ara ex lapide calcario in fronte ab utroque latere et a tergo levigata et passim scalpro dentato dolata corona crepidineque undique prospicientibus praedita 85 × 73/55 × 58/53. Litt. optime insculptae 5–4,6. Puncta triangularia sursum directa. Exstat Albae in ecclesia S. Petri, ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsit; a. 1990 G. ALFÖLDY vidit et im. phot. sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 3635. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002658–59. 16183–84).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 12. Exemplum repetiverunt CANALE PAROLA, *ms. IV, b. 11, fasc. 185* (i. e. epistula missa d. 13 m. Oct. a. 1889); RAGUSA, *Brevi cenni* 26; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 48 n. 116 cum im. phot. tab. XXX fig. 59; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 115.

Nomen Poppuleii non redit in aliis tit. Albensibus (etiam vide P. POCETTI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 764). De praenomine Tiberii vide SALOMIES, *Vornamen* 55–56, EUND., in *Prénoms* 35.

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam adducit.

4021 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt GUSTALLA *Atti CESDIR* 1, 1967/68 [1969], 131 n. 5; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 48–49 n. 117; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 116; RAIMO, *Storia* 27, qui tit. non genuinum perperam diiudicavit.

De iunctura *mibi et tibi* vel *tibi mihique* cf. M. C. CAPANNA, in *Antiquarium Celio* 300. De locutione *ob memoriam* etiam cf. supra ad tit. n. 3935.

Etiam vide infra ad tit. n. 7992.

4022 (cf. *EE* VIII p. 44). Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra fracta in fronte scalpro dentato dolata a tergo scabra 22 × 35 × 4. Litt. passim cornibus praeditae 4,2–3. Puncta triangularia. Exstat Avezzano in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002660).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 282 n. 39; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 49 n. 118 cum im. phot. tab. XXXI fig. 60; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 42 n. 43; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 432 n. 117; CATALI, *Museo Lapidario* 54 n. 39 cum im. phot.; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 122 n. 30. 133 cum im. phot. fig. 18. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 137; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 67; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 481. 492.

1–2 *Severine*, *kar(issimae)* pro *Severinae*, *car(issimae)*. – 4 IVSTA MOMMSEN, qui titulum a sinistra integrum, ut ex scheda sua in Corpore sane elicitur, inspexit. Attamen non excludo quin, ex. gr., [Ve]nusta legendum quoque sit. – 5 [posuerunt] vel sim. fortasse restituendum.



Publicii fusius Albae redeunt; etiam nota Caium Publicium Artemidorianum quendam tit. n. 3945 saec. II p. C. n. quoque nominatum.

Ex litterarum forma saec. II labenti p. C. n. vel paulo postea tribuerim.

4023 = I<sup>2</sup> 1820 (cf. p. 1047). Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 166; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 100. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 31r* cum im. del. (*Nei Cappuccini di Tagliacozzo*); GATTINARA, *Tagliacozzo* 40, cuius errores sprevi; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 49 n. 119; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 433 n. 118; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 71. – Cf. WALTZING, *Corporations* III 411 ad n. 1574; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 115; F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 291; N. MUROLO, in *Saline e sale* 41.


2 ex. significatur, teste DEGRASSI apud I<sup>2</sup> p. 1047 ad n. 1820, fortasse quoddam officium ut *sal(sator)* vel *sal(tuaris)* vel etiam *sal(samentarius)*; *sal(arius)* GROSSI, exemplo tit. n. 3961, dubitanter quoque legere mavult, nescio an recte. Attamen non excludo, quin de illo *sal(ve)* agatur, quam autem coniecturam MOMMSEN non receperat (scil.: “fortasse non est *salve*, sed simile quiddam enuntiatur atque in clausula n. 3961”). Notandum utrumque titulum in eodem vico scil. *Camerata* prope *Tagliacozzo* sito esse repertum.

Nomen Quinticii non redit in titulis Albensibus.

Ex eo, quod litterae “vetustae” fuisse videntur, saec. I medio a. C. n. tribuerim.

4024 (cf. *EE* VIII p. 44). Cippus ex lapide calcario corona nunc magna ex parte deperdita crepidineque undique paululum prospicientibus praedita, in marginibus superioribus sinistro dextroque laesus inscriptionis detrimento, in fronte levigatus a tergo scaber (69) × 27 × 23. In latere dextro forfex, cos in sinistro insculptae (de quibus anaglyphis ad officium lanarii fortasse pertinentibus cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 19, 1988, 100 cum im. phot. fig. 6–7; etiam cf. A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 73–82; de forfice C. ZACCARIA, in *Opinione pubblica* 290–295). Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 3–1,5. Puncta triangularia. Rep. prope Avezzano in vico *San Pelino* (“Avezzani rep. in aedibus quibusdam” MOMMSEN) inter a. 1871 et 1878 immisus est dono *Francesco Lanciani* in museum municipale (vide CASTELLANI, *Museo* 4 adn. 6), ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi una cum CESARE CASTELLANI, qui m. Oct. a. 2014 im. phot. quoque sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* 79.2761. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002661–62).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 256–257 n. 4; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 49–50 n. 120 cum im. phot. tab. XXXI fig. 61; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 18–19 n. 3; ZIMMER, *Berufsdarstellungen* 120–121 n. 33 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 433 n. 119; CATALLI, *Museo Lapidario* 29 n. 14 cum im. phot.; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 169 n. 2 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 111 n. 203 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 34–35 n. 25 cum im. phot. – Cf. H. GUMMERUS, *JDAI* 28, 1913, 120 n. 29; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 133. 137. 142; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 136; I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 203; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 127; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 228; F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 292–293 cum im. phot. fig. 10; C. LETTA, in *Ricerche archeologiche* 21; BRANCATO, *Repertorium* II 96; G. GROSSI, in *Marsica* I 263. 270 cum im. phot. p. 265 (corr. 4924 pro 4024); C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 489. 492.



1–3 *D(is) M(anibus) s(acrum)*. | *A(ulus) Ranius Pullo* | et *Avidia Succes[sa]* nunc vidi in lapide. – 2 in. ARADIVS ORLANDI – VERI, [*Ara*]nius haud recte CATALLI; ex. PVLLO FERNIQUE, qui titulum integrum vidit, apud MOMMSEN ex quo OMNES. – 7 *meses* pro *menses*. – 8 *VIII* vidi in lapide, *VIII* FERNIQUE apud MOMMSEN.

Ranii alii non redeunt in tit. Albensibus; nomen autem Avidii Albae saepius occurrit (cf. supra ad tit. n. 3933).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiosis scripta saec. II medii p. C. n. esse videtur, cui temporis litterarum forma congruit.

4025 Stela ex lapide calcario supra rotundata cum acroteriis pseudofloralibus magna ex parte nunc deperditis supra et infra in usum posteriorem, ut videtur, resecta, a tergo scabra (45) × (40) × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta, cuius pars infra tantum deest, crass. 28,5. Litt. 4/3,5. Puncta triangularia vix distingui possunt. Exstat *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibi-

dem m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002664–65. 2667).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 284 n. 44; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 50 n. 121 cum im. phot. tab. XXXII fig. 62; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 37 n. 36; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 433 n. 120; CATALLI, *Museo Lapidario* 55 n. 40 cum im. phot. – Cf. D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 483. 492.

2 *Amphioni* pro *Amphioni*.

Nomen Rubrii redit tit. n. 7996–7997; etiam cf. ad tit. n. 7944).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

4026 Desideratur. (De anaglyphis ad mundum muliebrem pertinentibus in lateribus effictis etiam vide S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240 et F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15. Aliam bibliographiam recensui supra ad tit. n. 3952).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 176. 329. 611. 747; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 110. Exemplum repetiverunt Rossi, *ms.* f. 33r cum im. del. (*esiste per terra nell'abitato di Albe. Consultato addi 22 Ottobre 1807*); GUATTANI, *Monumenti Sabini* III 70; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 50 n. 122; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 731–732 n. 12 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 695–696 n. 12); ID., in *Fonti latine e greche* II 433 n. 121. – Cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981 cum im. phot. tab. I litt. b (e GUALTIERI); D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; STEK, *Cult places* 156.

3 *Satura*, si recte traditur, pro *Satyra* ut videtur.

De nomine Septimii supra ad tit. n. 3947.

Saec. I p. C. n. tribuo.

4027 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione manoscritta* 177; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 111. Exemplum repetiverunt Rossi, *ms.* f. 33r (*Antrosano*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 50 n. 123; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 433 n. 122.

2 quomodo cognomen certe supplendum, nescio.

Servilios alios non habes in tit. Albensibus.

Saec. II p. C. n. esse quoque potest.

4028 Tabula ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta infra, a sinistra et a dextra imminuta, in fronte levigata, a tergo scabra 39 × (93) × 16. Area titulo inscribendo destinata in formam tabulae securiclaetae efformata cymatio inverso cincta 25 × 77. Litt. 4–3,8 (nota formam litterae T in fine v. 3). Puncta triangularia inter syllabas et vocabula signata (etiam cf. infra ad tit. n. 4039; de punctis inter syllabas et vocabula signatis cf. ex. gr. W. GARDNER HALE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 7, 1896, 265 et J. B. HOFMANN, *Indog. Forsch.* 56, 1938, 116–117). In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002666).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 259 n. 8; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 51 n. 124 (err. n. 12) cum im. phot. tab. XXXII fig. 63; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 31 n. 24; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 433 n. 123; CATALLI, *Museo Lapidario* 58 n. 44 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 24 n. 4 cum im. phot. – Cf. M. G.

TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 123. 133. 136. 144; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 715); BRANCATO, *Repertorium* II 92; G. GROSSI, in *Marsica* I 291. 292; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 492.



Errores ORLANDI et ORLANDI – VERI omisi; 1 *Sextuleius Ametyssianus* pro *Sextuleius Amethystianus*; 2 *Sextuleio* pro *Sextuleio*; 2–3 *Ametysto* pro *Amethysto*; 3 *posuerum* pro *posuerunt*, *vixxit* pro *vixit*; – 4 *messes* pro *menses*.

Sextulii fusius in tit. Albensibus redeunt; nomen autem Plotii non occurrit in aliis tit. Albae repertis.

Ex litterarum forma et ex eo, quod viri praenomine carent, saec. III p. C. n. titulus tribuendus saltem mihi videtur.

4029 Tabula ex lapide calcario in quattuor partes inter se coniunctas fracta, in fronte levigata, a tergo scabra 48 × 62 × 6; in marginibus sursum et deorsum directis recessus ad figendum adhibiti adhuc inspicere possunt. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 33,5 × 47,5. Litt. 6,5–4,4. Puncta triangularia. Exstat *Avezzano* in museo municipalis, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 5. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002668–70).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 271–272 n. 19; CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 51 n. 125 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 64; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 58 n. 63; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 124; CATALI, *Museo Lapidario* 57 n. 43 cum im. phot. – Cf. D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.



4 *Sextuleia* ORLANDI – VERI haud recte.

De *Sextuleiis* Albensibus supra ad tit. n. 3909. 3925. 3952. 3967. 4028; nomen *Orbii* non redit in aliis tit. eiusdem loci.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

4030 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 712); EUND., *Tradizione*

*manoscritta* 182. 758; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 52 n. 116. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 34r* cum im. del. (*esiste in Cappelle. osservata addì 8, 9 Giugno 1815*); CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 51–52 n. 126; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 125; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 123 n. 31. – Cf. EUND., in *Cappelle dei Marsi* 123; EUND., in *Scurcola Marsicana* I 67; D'EREDITÀ, *Aveia* 126; STEK, *Cult places* 156; GROSSI, in *Marsica* I 286.

Nomen *Septimii* redit tit. n. 3947. 4026.

Ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II medii p. C. n. esse videtur.

4031 (cf. *EE* VIII p. 44). Cippus ex lapide calcario in duas partes inter se ex parte fere coniunctas fractus, in fronte levigatus, a tergo scaber 87 × 44 × 41. Area titulo inscribendo destinata haud excavata simplici sulco cincta 62,5 × 39,5. Litt. 5,7–4,8. Puncta triangularia. In museo municipalis *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002671–72).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 280–281 n. 35; CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 52 n. 127 cum im. phot. tab. XXXIII fig. 65; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 21 n. 7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 126; CATALI, *Museo Lapidario* 39 n. 24 cum im. phot.; G. L. GREGORI, in *Terminavit sepulcrum* 113; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 123 n. 32. 133 cum im. phot. fig. 19; C. LETTA, in *Aia dei musei* 24 n. 5 cum im. phot. – Cf. G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 67; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 481. 492.



4 *ESVBOCRI* ORLANDI et ORLANDI – VERI haud recte.

Nota nomen *Subocrini* in tota regione quarta hic solum memoratum (de nomine etiam vide G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 168. 180 et P. POCCHETTI, in *Campi aperti* 368).

Ex litterarum forma saec. II ex p. C. n. tribuo.

4032 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 52 n. 128; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 127; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 123–124 n. 33. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 135; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 130. 136. 144; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 67; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; BRANCATO, *Repertorium* II 92; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476.

Si titulus integer est, sic legendus: *M(emoriae) | Sudio Ienuari|o qui vixit an(nos) | VII meses VI, | Sudius Ercul|anius pater | et Veneria m(ater) | filio infe(licissimo).* – 2–3 *Ienuario pro Ianuario*, – 4 *meses pro menses*, – 5–6 *Erculanius pro Herculanus*.

Nomen Sudii in tota regione quarta hic solum occurrit.

Cui aetati tribuendus sit, incertum; esse potest saec. III p. C. n. (nota viros praenomine carentes).

4033 = I<sup>2</sup> 1821 (cf. p. 1047). Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 52–53 n. 129; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 128. – Cf. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 113; M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 49.

2 in. illud *H(- -)* ad praenomen *Herius* vel *Herennus* pertinet; de re universa vide SALOMIES, *Vornamen* 72–75 cum amplissimo commentario titulis collectis; EUND., in *Prénoms* 22; de praenomine Herii etiam vide H. SOLIN, *Ciceroniana* n. s. 10, 1998, 73. – Legerim non sine dubiis: *-----? | P+++[- - -] | H(erius vel -erenus) Tetidi(us) [- - -], | C. Rufri(us) S[- - -] | M(- - -) Q(- - -)*.

De nominativo singulari breviate *-i(us)* vide supra ad tit. n. 3943. Nomina Tetidii et Rufrii non redeunt in al. titulis Albae repertis; de nomine Rufrii vide E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 245. Quomodo litterae singulares *M(- - -)* et *Q(- - -)* recte sint solvendae, ignoro. Videant meliores.

Ex eo, quod litterae vetustae fuerunt (titulum MOMMSEN recognovit diligenter descriptum a VON BRUNN) saec. I a. C. n. esse quoque potest.

4034 (cf. *EE* VIII p. 44). Desideratur. Videtur fuisse tabula ex lapide calcario marginata 40 × 52, litt. 5/4,5 (BLASETTI).

Exemplum repetiverunt F. BLASETTI, ms. servatus Romae apud *Archivio Centrale dello Stato*. *MPI. AAB-BAA. Antichità e Scavi, II versamento, 1° serie, b. 14, fasc. 240* (agitur de, epistula missa d. 19 m. Dec. a. 1885 cum ectypo chartaceo); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 53 n. 130; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 434 n. 129; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 116–117 n. 9. – Cf. EUND., in *Cappelle dei Marsi* 120; EUND., in *Scurcola Marsicana* I 67. 74; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 490. 494.

4 *posit* pro *posuit*.

Tettioleios alios non invenies in tit. Albensibus.

Formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis, si recte traditur, scripta ad saec. II p. C. n. adducit.

4035 Stela ex lapide calcario in tres partes inter se coniunctas fracta in margine superiore et infra imminuta, corona pulvini instar acroteriis pseudofloralibus ornata praedita (70) × (89) × 9/13. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta, cuius partes supra, a dextra et a sinistra servantur, ? × 71. Litt. 6,5–5. Puncta triangularia in fine versus quoque signata. Exstat *Avezzano* in museo municipalis, ubi a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Ibidem m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002974–75. 16185).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 282–283 n. 40; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 53 n. 131 cum im. phot. tab. XXXIV fig. 66; ORLANDI – VERI, *Museo Lapi-*

*dario* 17 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 130; CATALI, *Museo Lapidario* 60 n. 46 cum im. phot. – Cf. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 715); EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 230; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 488. 492.



1 *s(acrum)* omisit MOMMSEN. – 2 *T[- - -]TIEDIO*, 4 *MENSES ORLANDI* et *ORLANDI – VERI* haud recte. – 5–6 *Q. Gar[gi]liu[s] Sabinia[nus]* iam suppleverunt EGO et CATALI.

Q. Gargilius Sabinianus esse potest idem ac Q. Gargilius Sabinianus tit. n. 3937 memoratus. – De nomine Titiedii vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138. Tit. n. 7986 laudatur Parata *M(arci) Lolli Onesimi* delicata; delicatos in titulis regionis quartae passim reperies (de quibus vide supra ad tit. n. 3965).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse potest.

4036 = *EE* VIII p. 45 n. 182 (etiam cf. p. 44). Stela, potius quam cippus, ex lapide calcario in margine inferiore dextro imminuta anaglypho portae cum clupeis et clavis infra ornata (de lapidibus hoc anaglypho ornatis vide supra ad tit. n. 3906, ubi bibliographiam collegi); supra fastigio triangulari, in quo flores tres insculpti, praedita, in fronte levigata a tergo scabra 94 × 55 × 12. Litt. in fascia sub fastigio insculptae 4–3,8. Puncta triangularia. In museo municipalis *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* 79.2758. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002976).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 261 n. 11; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 248 adn. 22 cum im. phot. tab. II litt. b; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 53–54 n. 132 cum im. phot. tab. XXXIV fig. 67; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 737–738 n. 16 cum im. phot. fig. 11 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 701–702 n. 16); ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 63–64 n. 86; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 131; CATALI, *Museo Lapidario* 61 n. 47 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 33 n. 22 cum im. phot. – Cf. M. IHM, *EE* VIII p. 45 n. 182; F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; S. FERRACUTI, in *Poco grano, molti frutti* 129; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 67–68 cum im. phot. fig. 36; EUND., in *Marsica* I 270; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 492.

Nomen Titucii tit. n. 3951 quoque redit (etiam vide S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 458).

Ex litterarum forma monumentique nec non ex eo, quod mulier cognomine caret, alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

4037 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 54 n. 133; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 132; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 124 n. 34.

2 [- - ex t]esta[m]en[ti]o [fec(it)] dubitanter MOMMSEN, cum quo GROSSI et EGO non sine dubiis quoque consentimus.

Cui aetati tribuendus sit, incertum.

4038 (cf. *EE* VIII p. 44). Stela ex lapide calcario in fronte perquam adesa, infra et a tergo scabra, corona pulvini instar cum acroteriis pseudofloralibus ornata praedita 95 × 33 × 14. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 41 × 24. Litt. 6,3–3,5. Puncta distinguinequeunt. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002977).

Exemplum repetiverunt DE GUIDOBALDI, *Iscrizione arcaica* 9; L. ORLANDI, *I Marsi* 250. 287–288 n. 54; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 54 n. 134 cum im. phot. tab. XXXV fig. 68; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 24–25 n. 13; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 134; CATALI, *Museo Lapidario* 63 n. 49 cum im. phot.; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 124 n. 35 cum im. phot. fig. 30; C. LETTA, in *Aia dei musei* 25 n. 6 cum im. phot. – Cf. G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 124; EUND., in *Scurcola Marsicana* I 67; EUND., in *Marsica* I 286; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 481. 492.



2–4 *Verniae Plocillae* GROSSI nescio an recte; P[OCIL]AE ORLANDI; POCILL[E] ORLANDI – VERI haud recte; *Pocille* pro *Pocillae*; P. [f.] | [-]OC[- -]ille perperam EGO in editione priore. – 4–5 COIVGI MOMMSEN et ORLANDI et ORLANDI – VERI haud recte; *coniugi* sic vidi in lapide, recte iam CATALI (littera N extra aream insculpta).

Nomen Vernii in tota regione quarta hic solum occurrit. LETTA non excludit, quin Nobilis idem ac Nobilis tit. n. 3886 laudatus esse possit; attamen res incerta manet.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiiis scripta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse potest.

4039 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 187 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 713); EUND., *Tradizione manoscritta* 200; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 54 n. 134. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f.* 40v cum im. del. (*Forme*); G. MINERVINI, *Bull. Arch. Nap.* 1857, 144; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 54 n. 135; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 134. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 139; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139; F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195; BUONOCORE, in *Tribù romane* 31–32.

P ◦ VET ◦ TI ◦ O ◦ P ◦ F ◦ F ◦ AL[- -] sic traditur (nota puncta triangularia inter syllabas et vocabula signata; cf. supra ad tit. n. 4028), ex quo MOMMSEN in commentario sic refert: “F ◦ AL exempla, expectes F ◦ AB” (cf. etiam p. 774 col. A); de tribu Falerna GUASTALLA, *l. l.* quoque cogitat; mea quidem sententia in hoc titulo post nominis rationem, scil. *P. Vettio P(ubli) f(ilio)*, initium cognominis habes, exempli gratia *Fal[co]* vel similia (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 329) potius quam *Falax* pro *Phalanx* vel similia (cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1693); titulus *P(ublio) Vettio P(ubli) f(ilio), f(ilio), Al[- -]* quoque legi potest (de explanatione locutionis in exemplum *P. f. f.* vide imprimis O. SALOMIES, *Arctos* 27, 1993, 95–101, cum quo EGO quoque nunc consentio; contra, ex. gr., SESTON, *Scripta varia* 321–331 et S. PRIULI, *NS* 33, 1979, 340–341).

Publios Vettios alios in tit., qui sequitur, invenies.

Aetatis imperatoriae incertae.

4040 Stela ex lapide calcario in fronte perquam adesa infra et a tergo scabra corona pulvini instar cum rosa ornata praedita 112 × 43 × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 44 × 33. Litt. affabre exaratae 5,3–3,8. Puncta triangularia. In museo municipali *Avezzano* a. 1982 et 1996 contuli et im. phot. sumpsit. Inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi. Ibidem m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2014 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* 26. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002978–80).

Exemplum repetiverunt L. ORLANDI, *I Marsi* 271 n. 18; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 54–55 n. 136 cum im. phot. tab. XXXV fig. 69; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 50 n. 50; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 135; CATALI, *Museo Lapidario* 64 n. 50 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 28 n. 12 cum im. phot. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 139; F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195; D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 476. 478. 492.

De Publiis Vettiis Albensibus vide supra tit. qui praecedit.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.



4041 (cf. p. 682) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* f. 18r (inde S. SEGENTI, in *Fucino* III 383); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 55 n. 137; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 435 n. 136. – Cf. SCLOCCHI, *Storia dei Marsi* 114; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 353.

Lucios Vibios tit. n. 7874. 7947 quoque invenies. De Vibiiis Albensibus fusius memoratis vide GUASTALLA, *l. l.* 139–140; cf. etiam titulum urbanum huius Corporis vol. VI 2517, in quo T. Vibius T. f. Munatianus tribu Oufentina Albensis eques cohortis III praetoriae memoratur (vide FORNI, *Scripta minora* 198; EUND., *Tribù* V851); nomen autem Ofillii non redit in titulis Albensibus. De cognomine Epistolionis vide S. M. MARENGO, *SEBarc* 12, 2014, 195.

Cui aetati tribuendus sit, incertum; saec. I p. C. n. esse potest.

4042 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 55 n. 138; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 361–362; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 137.

2 cognomen Tiumo ex gr. *θύμος* vel *θυμός* elici videtur (etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 100. 130. 147); etiam vide tit. huius Corporis vol. VI 18757, ubi laudatur Aulus Furius Thymoites (cf. LETTA, *l. l.*).

Tota lectio incerta manet. LETTA hoc modo quamquam dubitanter emendare est conatus, scil.: *C(aius) Volceius C(ai) f(i)lius, L(ucius) Marc(ius) P(ubli) f(i)lius Timo*.

Cui aetati tribuendus sit, incertum.

4043 Vide infra tit. n. 7900.

4044 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 553. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 55–56 n. 140; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 139.

Cui aetati tribuendus sit, incertum.

4045 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 56 n. 141; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 140. – Cf. D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. LETTA, in *Municipal Structures* 7.

Sic legerim: *D(is) M(anibus). | [- - -]nsiediae A[- - -]ile | [- - -] f(i)li- S[- - -] Velinus | - - - - -*; quomodo autem nomen gentilicium, quod terminatur in *[- - -]nsiedius*, supplendum sit, in dubio SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 215 adhuc manent; LETTA non excludit, quominus sit restituendum *[Fren]siediae*; Velinus est cognomen (vide EOSD., *l. l.* 418).

Ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis, si recte traditur, scripta saec. II p. C. n. esse potest.

4046 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 56 n. 142; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 141. – Cf. C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 478. 488. 494.

Supplementa non temptavi.

Cui aetati tribuendus sit, incertum.

4047 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 56 n. 143; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 142.

Supplementa non temptavi.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

4048/9 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 56–57 n. 144; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 437 n. 143. – Cf. G. GROSSI, in *Marsica* I 286. 288.

Tota lectio incerta manet.

4050 = ILCV 647 adn. Desideratur.

Exemplum repetiverunt A. SILVAGNI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 49; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 57 n. 145; G. G. PANI, *ICI* III 46 n. 35; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 437 n. 144; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 21 n. 15; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 91; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 20 n. 37; M. LA VALLE, *BDASP* 105, 2014 (2015), 50. – Cf. G. B. DE ROSSI, *Bull. Arch. Crist.* s. 5°, 4, 1894, 98.

3 *que pro quae*.

Saec. IV p. C. n. SILVAGNI tribuit fortasse recte.

4177 = I<sup>2</sup> 385 cum im. del. (cf. p. 879) = VI 3672 (cf. p. 3007. 4177) = *EE* IV p. 259 n. 720 = *ILS* 4032 = *ILLRP* I<sup>2</sup> 42. Desideratur. Titulus est Albensis non Amiterninus, ut recte testatur S. SEGENTI, *Suppl. It.* 9, 1987, 31.

Exemplum repetiverunt SCHNEIDER, *Dialecti* 14 n. 98; ZVETAEFF, *Inscriptiones Italiae Inferioris* 19 n. 46; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3452; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 9 add.; ERNOUT, *Recueil*<sup>4</sup> 80; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 68 n. 175; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 437 n. 145; ID., in *Dediche sacre* 285 n. 233. – Cf., inter al., E. PERUZZI, *Maia* 14, 1962, 135; RADKE, *Die Götter Altitaliens*<sup>2</sup> 60; E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 282; C. AMPOLO, in A. PASQUALINI (Ed.), *Alba Longa. Mito Storia Archeologia. Atti dell'Incontro di studio. Roma – Albano Laziale 27–29 gennaio 1994 (Studi pubblicati dall'Istituto Italiano per la Storia Antica 60)* Roma 1996, 142–143; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 113–114. 118 (= EUND., in *Abruzzo e Molise* I 269. 274); D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 166; DI FAZIO, *Feronia* 77; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 698.


Pater Albensis idem ac pater vel conditor gentis Albensis fuisse videtur; C. LETTA, in *Valle di Comino* II 89 arbitratur eundem cum Patre Indigite Latinorum in fano Lavinii culto vel cum Sardo Patre Sardiniae vel cum Patre Reatino tit. n. 4676 vel etiam cum Patre Pyrgensi esse aequandum. De appellatione etiam vide S. PANCIERA, *Med. Antico* 16, 2013, 619.

Saec. III a. C. n. esse videtur.

6349 = I<sup>2</sup> 3275 (cum im. phot. tab. 91 fig. 3) = *ILS* 3297 = *ILLRP* 287. Cippus ex lapide calcario instar pyramidis truncae in fronte perquam adesus, a tergo paululum scaber 115 × 50,5–43 × 48–40. Litt. 3,5. In facie sursum directa recessus ad statuam superimpositam figendam adhuc inspicere potest. Puncta triangularia sursum directa. Servabatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5459), ubi a. 1992 contuli et im. phot. sumpsit. Nunc exstat inter reposita erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. 2011 denuo recognovi. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* 3655. 5459. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0001219. 2981–82. 16186–87) et ectypum (inv. n. EC0010542).

Exemplum repetiverunt GIROLAMO AMATI, qui saec. XIX ex vestigia regionis Marsorum investigavit, in epistula Romae d. 5 m. Iul. a. 1885 missa ad GIOVANNI BATTISTA DE ROSSI, servata in codice Bibliothecae Vaticanae sign. *Vat. lat.* 14273 (n. 447) f. 516r, qui autem v. 3 VOLIANO pro VOLCANO legit (in qua epistula tituli huius Corporis Superaequani n. 3303. 3306. 3307 quoque laudantur); LOLLI, *ms., Il versamento, 1° serie, b. 11, fasc. 185* (epistula missa d. 16 m. Aug. a. 1893); F. STELLA MARANCA, *Rend. Accad. Lincei* s. 6°, 1, 1925, 519 in sylloge complectente titulos ex senatus consulto vel de senatus senten-

tia municipiorum nonnullorum positos; TOLLIS, *Alba Fucense* 28; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 60 n. 151 cum im. phot. tab. XXXVII fig. 73; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 438 n. 149; C. LETTA, in *Poco grano, molti frutti* 196–197 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 286 n. 247; C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 311–312. – Cf. F. DE VISSCHER, *Bull. Acad. Belgique* s. 5<sup>o</sup>, 36, 1950, 270; DEGRASSI, *Imagines* 116; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 21; LIBERATORE, *Alba Fucens* 35; M. J. STRAZZULLA, in *Effetto Alba Fucens* 50; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 35; D. NONNIS, in *Scritti Gino Bandelli* 398; EHMIG, *Donum dedit* 111. 167. 188.



793\* Tit. servatur muro cuidam exteriori stabuli domini *Emilio Greco* sitae iuxta viam *Castello Orsini* in vico *Albe*, ubi a. 1982 contuli.



[ - - ] S [ - - ]

Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta. CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 100 n. 271 cum im. phot. tab. LXXV fig. 156.

Forma litterae, quae superest, aetatis recentioris mihi esse videtur.

794\* Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40910), ubi a. 1992 contuli et lectionem CASTELLANI emendavi ut supra. Etiam vide infra ad tit. n. 8021.



Errores TOLLIS omisi. – 1 de nominativo singulari brevato *-i(us)* vide J. KAMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42. – 3 *Volcano* pro *Volcano*; 3 ex. *donum* litteris NVM conexas iam recte DEGRASSI.

Titulos in regione quarta repertos *Volcano* dicatos [de quo vide CAPDEVILLE, *Volcanus* passim] recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 [1992], 229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 160)]. Nisi *Helvacius* praetor fuit coloniae Latinae deductae a. 303, vocabulo praetoris significari DEGRASSI putat quattuorvirum municipii, quod post bellum sociorum coloniae Latinae successit. *Helvacios* alios tit. *Albensibus* n. 7921. 7980 quoque invenies.

Ex litterarum forma saec. I medii a. C. n. saltem esse videtur (temporis spatio inter saec. II ex. a. C. n. et I in. comprehenso LETTA tribuit).

6350 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 60 n. 152; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 438 n. 150. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 139.

Supplementa non temptavi; reperienda videntur nomina *Vibii* (v. 1) et *Ocrinii* (v. 3); si nomen *Vibii* fusius in titulis *Albensibus* nominatur (vide GUASTALLA, *l. l.* 139–140), nomen *Ocrinii* autem in aliis tit eiusdem loci non invenies; attamen pratermittendus non est L. *Ocrinius* L. f. laudatus tit. rei publicae *Aequiculano* n. 8155 (de nomine *Ocrinii* etiam vide G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 180); de voce *ocris* vide *ThLL* IX 2, col. 417, nec non UNTERMANN, *Wörterbuch* 791–793. – 2 fortasse subest cognomen *Cox(s)ae* vel *Cox(s)ini*.


Cuius aetatis sit, definire nequeo.

----- | [ - - ] QPRIMO [ - - ] | [ - - ] XVIII  
AVGVSTI [ - - ] | [ - - ] DCXIX QVI SV [ - - ] |  
[ - - ] + LAPIDE [ - - ] | [ - - ] BVS PO + [ - - ] |  
[ - - ] q] VIESC [ - - ] | -----.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 101 n. 274 cum im. phot. tab. LXXVII fig. 159.

795\* Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40915), ubi a. 1992 contuli et lectionem CASTELLANI emendavi ut supra.



-----|[- -]NO|[- -]RIBVS|[- -]+ICIPVA  
 |[- -] VALLE AC|[- -]b]QNESTISS|[IM.  
 --]VRINT|[- -]IVNCTISS|[IM. --]+ ET|  
 -----.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 CASTELLANI, *Epigrafi albensis* 101–102 n. 275 cum im. phot.  
 tab. LXXVII fig. 160.

796\* *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*  
 contuli a. 1992 fragmentum ex lapide calcario (inv. n.  
 40961) undique levigatum (9) × (10,5) × 5,5, litt. 2,3.

-----|[- -]AMI[- -]|[- -]+DELE[- -]|  
 [- -]++[- -]|-----.




Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 Cf. CASTELLANI, *Epigrafi albensis* im. phot. tab. LVII fig. 117.  
 Aetatis recentioris mihi esse videtur.

#### 7873 Fasti Albenses

Litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis.

Herclei pro Herculi (vide supra ad tit. n. 7877–7878); de qua forma etiam vide inter alios tit. rep. *Posta di Mesa* (antiquus *mutatio ad Medias*) iuxta viam Appiam *AE* 1999, 428 = 2007, 357; etiam vide F. COARELLI, in G. M. DELLA FINA (Ed.), *Gli Etruschi e Roma: fasi monarchica e alto-repubblicana. Atti del XVI Convegno Internazionale di Studi sulla Storia e l'Archeologia dell'Etruria*, Roma 2009, 376–377; SANTINELLI, *Santuari* 171–172 n. 14 cum im. phot.

Ex litterarum forma saec. II ex. a. C. n. esse saltem videtur vel paulo postea.

7882 = I<sup>2</sup> 3272 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario a dextra fracta, in fronte passim deturpata, a tergo paululum rudis  $(32) \times (50) \times 20$ . Litt. 5. Rep. a. 1953 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis in ruinis ecclesiae S. Nicolai vici *Albe Vecchia*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40900), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.

*Hercoli [- -?]*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 62–63 n. 1 cum im. phot. tab. XXVIII (*AE* 1956, 3); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 70 n. 182 cum im. phot. tab. XLV fig. 89; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3272 cum im. phot. tab. 88 fig. 3; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 440 n. 165; DI BIASE, *Alba Fucentis* 36 n. 6 cum im. phot. tab. III fig. 6; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285 n. 238; ID., in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 81 n. 5; ID., in *Fucino* VI 257–258 n. 3 cum im. phot. fig. 3. – Cf. EUND., *MEFRA* 94, 1982, 718 adn. 4 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 684 adn. 4); F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 285; L. AMELA VALVERDE, *SEBarc* 6, 2008, 26.

Litt. C apertissima; litt. L cum hasta degrediente loco libratae; litt. O rotunda.

*Hercol[i sacrum - -?]* DE VISSCHER, cum quo consentit DI BIASE.

Forma litterarum ad priorem partem saec. I a. C. n. adducit.

## 7883 tit. sacer

Tabella ex aere undique fracta concretionibus in fronte et a tergo pessumdata  $(4,3) \times (6,95) \times 0,2$ . Lett. 1/0,8. A dextra servatur forum ad tabellam donario cuidam affigendam aptum. Rep. a. 2011 effossionibus in sacello Herculis Albae Fucentis ad deposita votiva in lucem detegenda ab Aprutinae antiquitatum praefectura institutis. Servatur *Celano* inter reposita musei *Paludi* nuncupato, ubi aestate a. 2015 descripsi una cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit. Gratiam ago EMANUELA CECCARONI, quae me certiore fecit.



-----?

[- - -] *vovit ded(icavit)*

[- - - L(o)]*ucilius Ti(beri) f(ilius)*,

[fecerun]t *C(aius)*, *V(ibi)us Magie(i) [- f(i)lii]*.

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

BUONOCORE, in *Fucino* VI 262–263 n. 11 cum im. phot. fig. 11 (*AE* 2017, 380). – Cf. E. CECCARONI, *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 231 cum im. phot. fig. 21; EAND., *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 85, 2012/13, 269 cum im. phot. fig. 17 et im. phot. fig. 3.

Puncta in formam circuli insculpta.

Supplevi non sine dubiis. – 1 in lacuna nomen Herculis splendendum videtur. – 3 *Magiei* pro *Magii*.

De iunctura *vovit ded(icavit)* cf. ex. gr. tit. saec. I ex. p. C. n. Aquini repertum huius Corporis vol. X 5382 = *ILS* 2926 = *AE* 1981, 223 (etiam vide C. MOLLE, in *Valle di Comino* V 91–102). De praenomine Tiberii vide SALOMIES, *Vornamen* 68–69; ID., in *Prénoms* 35. Praetermittendum non est vas eius generis vasorum, quae dicuntur Campana, rep. Albae Fucentis ante aedem Herculis signatum *C(aius) Lou(cilius)* vel *Lou(cius)* vel etiam *Lou(cceius)* [tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 3552; vide M. DI IORIO, in *Poco grano, molti*



frutti 203 n. 8 cum im. phot.; de re universa vide L. PEDRONI, *MEFRA* 104, 573–595 et V. DE CARO, *Arch. Class.* 63, 2012, 561–573 (cf. *AE* 2012, 429)]. Incertum autem utrum de eodem viro agatur necne. C. Magius [- f.] et V. Magius [- f.] (nomen gentilicium non redit in aliis tit. Albensibus; de nomine inter al. vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 472) donarium fecerunt; cf. tit. Puteolis repertum huius Corporis vol. X 1569 = I<sup>2</sup> 1617 (cf. p. 1012) = *ILS* 3427 = *ILLRP* 140 (etiam cf. P. KRUSCHWITZ, *Epigraphica* 63, 2001, 157). CESARE LETTA per litteras sic ex ingenio restituere est quoque conatus, scil.: [Herculi?] | [- - - -] | [- -] vovit ded(icavit). | [Ti(berius)? L]ucilius Ti(beri) fil(ius) | [ber(es)? e]t C(aius), V(ibius) Magie(i)[- fili(i)] | [amici? ref(iciundum) cur(averunt) ?].

Ex forma litterarum et grammatica temporis spatio inter saec. II ex. et saec. I in. a. C. n. comprehenso tribuerim.

7884 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (13,5) × (10) × 21. Litt. 4,3–5. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40931), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



H(erculi?) [- - -]  
L(ucius) Vet(tius) - - -  
[- - - I]IIIV[ir - - -]  
-----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. VAN WONTERGHEM, in *Héraclès* 331 adn. 79; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 440 n. 166; DI BIASE, *Alba Fucens* 35 n. 5; F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195–196 cum im. phot. fig. 11; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 285 n. 239; ID., in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 82 n. 8; ID., in *Fucino* VI 258 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 2017, 376). – Cf. EUND., *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 20 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 343 n. 20).

2 punctum triangulare.

Supplementa a VAN WONTERGHEM proposita non sine dubiis recipio. – 1 *h(onoris) [c(ausa)]* vel *h(ic) [c(onditus)]* vel *c(ubat)]* parum probabile. Tit. Albensi n. 8009 reperies nomen gentilicium *Vetuleii*. Nescio utrum *Lucius Vettius* idem ac *Lucius Vettius Quinti filius Te+[- -]* laudatus tit. musivo n. 7918 sacelli *Herculis* sit necne; *Lucios Vettios* alios tit. Albensibus n. 8007–8008 quoque invenies; etiam cf. tit. n. 7982.

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. adducit.

7885 = *EE* VIII p. 46 n. 184 = I<sup>2</sup> 1816 (cf. p. 1046) tit. sacer  
Parva ara ex lapide calcario, in angulo superiore sinistro fracta, corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita undique levigata attamen passim valde deturpata 48 × 31 × 24. Litt. 3–2. Rep. anno incerto saec. XIX ex. a domino *Giuseppe Barnaba* in regione nuncupata *Conca d'oro* prope vicum *Scurcola* sita. Servatur in viridario aedium gentis olim *Ottaviani – Di Giacomo* nunc *Pompei – Lucarini* sitarum iuxta viam *Porta Reale* sub n. 4 vici *Scurcola*, ubi a. 1982 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fausta Veidia  
votum so[?]vit  
l(ibens) m(erito) Io[?]vi.

Im. phot. a G. GROSSI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 10184).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 321 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 497) (= ID., *Scoperte archeologiche* 148); ex quo M. IHM, *EE* VIII p. 46 n. 184; E. LOMMATZSCH, I<sup>2</sup> 1816; WARMINGTON, *Remains* 82–93 n. 98; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 61 n. 155 cum im. phot. tab. XXXVIII fig. 74; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 438 n. 152; DI BIASE, *Alba Fucens* 37 n. 7 cum im. phot. tab. IV fig. 7; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 117 n. 10. 129 cum im. phot. fig. 4; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 286 n. 240. – Cf. A. DEGRASSI, I<sup>2</sup> p. 1046 ad n. 1816 cum im. phot. tab. 89 fig. 2; F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 22, 1983, 35 adn. 63; EUND., in *Fucino* I 437 cum im. phot. fig. 13 a F. DE VISSCHER sumpta; M. J. STRAZZULLA, in *Effetto Alba Fucens* 50; LIBERATORE, *Alba Fucens* 35; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 529; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 61 cum im. phot. fig. 29. 67; EHMIG, *Donum dedit* 25. 117.

Puncta nulla.

Litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. M et N cum hastis angulatis.

1 V[EI]DIA CASTELLANI. – 3 M IOVI GROSSI. – 2 SOIVIT, 3 LMIONI lapis.

Caius Veidius quidam tit. Amiternino n. 4429 saec. I ex. a. C. n. quoque laudatur (de quo nomine gentilicio vide R. SYME, *JRS* 51, 1961, 23–24). De praenomine *Faustae* vide KAJAVA, *Praenomina* 37. 133. 142–143 (tit. memoratur ad p. 37) et H. SOLIN, *Tyche* 10, 1995, 207–208 (cf. p. 208). Titulos

Iovi sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 151–152).

Litterae ad saec. I p. C. n. medium saltem adducunt.

7886 tit. fortasse sacer

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte perquam adesa (95) × (33) × circ. 17. Litt. 4,5/4. Rep. loco incerto nescio quando. Servatur muro cuidam exteriori affixa stabuli dominorum *Loreto* et *Candido Di Pancrazio* siti iuxta viam *Massa d'Albe*, sign. n. 61 (nunc n. 8) in vico *Albe* ubi a. 1982 contuli (etiam cf. infra ad tit. n. 8025). M. Sept. a. 2014 titulum cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi autem totum evanidum.



T(itus) Avid[ius] - - -,  
IIIvir i(ure) [d(icundo) - - -]  
Valetud[ini]?' - - -.

Im. phot. a M. B. sumpta.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 67 n. 11 (*AE* 1974, 304); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 74 n. 192 cum im. phot. tab. IL fig. 99; BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 188–189 n. 3 cum im. phot. tab. VI litt. b (*AE* 1988, 465) (= ID., *Abruzzo e Molise II*, 713–715 n. 13); DI BIASE, *Alba Fucens* 32–34 n. 4 cum im. phot. tab. III fig. 4; PROSPERI VALENTI, *Valetudo* 150 n. 4 cum im. phot. tab. II (e BUONOCORE); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche II* 442 n. 176; BISPHAM, *Municipalization* 491 n. Q57; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 286 n. 246. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103. 112; EUND., *Abruzzo* 31, 1993, 27 adn. 27; EUND., in *Assisi e gli Umbri nell'antichità* 333 adn. 43; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 260 n. 4 (= EUND., *Abruzzo e Molise I* 341–342 n. 4); EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 53; G. PROSPERI VALENTI, in *Usus veneratioque fontium* 281; STEK, *Cult places* 163; TODISCO, *Vici* 195.

Puncta triangularia esse videntur.

3 melius rebus perpensis mihi videtur cogitare de supplemento *Valetud[ini]* potius quam *valetud[inarium]*, ut multis ante annis suspicatus eram (de valetudinariis vide D. CAMARDO, *Oebalus* 4, 2009 273–287 et I. ANDORLINI, *ZPE* 184, 2013, 271–273).

Avidios alios in tit. Albensibus invenies [cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 133; etiam L. SALADINO, in *Fucino V* 393]; de nominibus, quae incipiunt in *Avid-*, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 29. 480. De dea Valetudine vide imprimis PROSPERI VALENTI, *l. l.* passim cum amplissima bibliographia; etiam cf. tit. Marruvinos n. 3790. 3812. 3813.

Ex forma litterarum temporis spatio inter saec. I ex. a. C. n. et saec. I in. p. C. n. comprehenso tribuerim.

7887 tit. sacer

Donarium lapidis calcarii ex quinque partibus inter se coniunctis fere compositum duabus imaginibus feminarum magna ex parte deperditum praeditum (67) × 35 × 18; a sinistra imago fortasse *Naeviae Fortunatae*, quae donarium dicavit, genibus nixae ante deam *Dianam*, quam fortasse illa cerva sequitur. Basis donarii in fronte levigata ab utro-

que latere scalpro dentato dolata a tergo rudis 10,8 × 34 × 18; litt. 2–1,5. Rep. a domino *Romano Lepore* d. 6 m. Aug. a. 1970 in effossionibus factis in introitu cryptoportici amphitheatri, quae ad latus in occidentem versum pergit. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (n. inv. 6147), ubi a. 1979 contuli.



V(otum) s(olvit).  
Naevia For-  
tunata pro  
salute sua d(onum) p(osuit).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26491.

F. DE RUYT, *Bull. Acad. Belgique s. 5<sup>o</sup>*, 57, 1971, 205–216 cum im. phot. fig. 3–5 (*AE* 1976, 177) (= ID., *Scripta Minora* 192–202 cum im. phot. fig. 80); A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8<sup>o</sup>, 28, 1973, 506 n. 10 cum im. phot. tab. IV fig. 2; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 89–90 n. 243; DE RUYT, *Alba Fucens* 1982, 100–102 n. 120 cum im. phot. tab. XXXII; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche II* 441 n. 168; DI BIASE, *Alba Fucens* 27–31 n. 3 cum im. phot. tab. II fig. 3; LEGROTTAGLIE, *Sistema delle immagini* 243 n. 397 cum im. phot. tab. XXXII; S. FERRACUTI, in *Poco grano, molti frutti* 222–224 cum im. phot. fig. 35; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 286 n. 248. – Cf. G. FREYBURGER, *Latomus* 36, 1977, 292; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 96; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 530; EHMIG, *Donum dedit* 57. 235.

3 puncta in formam rosae aculei insculpta.


1 s(olvens) nescio qua causa FERRACUTI.

DE RUYT non excludit, quominus donarium a *Naevia Fortunata Dianae* dicatum antiquitus fuerit in templo fortasse *Apollinis* pone amphitheatrum posito; attamen vide LEGROTTAGLIE, *l. l.*, quae coniecit donarium in sacello quodam amphitheatri esse positum; cum qua coniectura consentio, ex eo, quod non solum *Naevia Fortunata* affinitate *Quinto Naevio Cordo Sutorio Macroni*, qui amphitheatrum Albensibus testamento dedit (vide infra tit. n. 7913), coniuncta esse videtur verum etiam dea *Diana* cum re amphitheatrali cohaeret (ex. gr. cf. tit. a gladiatoribus et venatoribus deae dicatos; de re universa vide VILLE, *Gladiature en Occident* 333–334; etiam M.-TH. RAEPSAET-CHARLIER, *Diis deabusque sacrum. Formulaire votif et datation dans les Trois Gaules et dans les deux Germanies*, Paris 1993, 73). Titulos *Dianae* sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 220 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 147); etiam vide D. SABBATUCCI, *Diz. epigr.* IV, 3, 1973, 2325; D. ISAC, *Chiron*, 21, 1991, 345–351; VINCENTI, *Diana* passim et L. FOUBERT, *Anc. Soc.* 45, 2015, 187–204. De nomine gentilicio *Naevii* fusius disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 48–49.

Primae partis saec. I p. C. n. esse potest.

7888 tit. sacer

Ara ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo et ab utroque latere levigata (78) × (56) × 44. Litt. affabre insculptae 7,5/6 (altera litt. G v. 5 minoris mensurae 2 litt. G inscripta). Rep. casu et fortuito a. 2011 Albae Fucentis muro inserta tabernae cuiusdam sitae iuxta *Via del Miliaro*. Servatur ante reposita erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. 2011 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
 Aug(usti) n(ostri) verna  
 dispensator  
 ex viso re-  
 stituit an-  
 5 no magg. (i. e. magistrorum duorum) Titi  
 Maximiani et  
 Populeni Vic-  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 341–343 n. 2 cum im. phot. fig. 2; ID., in *Valle di Comino* IX 29–30 cum im. phot. fig. 3. – Cf. E. CECCARONI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 85, 2012/13, 259 cum im. phot. fig. 3 (AE 2012, 435); E. CECCARONI – H. BORGHESI – F. TERRACCIANO, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 277–278 cum im. phot. fig. 6.

Puncta triangularia haud semper insculpta.  
 7 fortasse supplendum cognominis Vic[toris] vel Vic[torini] vel sim. (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 422. 505).

Supra deperdita est ratio nominis dispensatoris Augusti nostri vernae (verna dispensator ex. gr. redit tit. huius Corporis vol. XIV 2856 = *ILS* 376 a. 179 p. C. n. et XIV 3567 = *ILS* 4237 saec. III p. C. n.), qui ex viso (de qua locutione ex. gr. vide A. GRAMAGLIA, *Augustinianum* 29, 1989, 520–534; S. BURNELLI, *Acme* 55, 2002, 117–149; etiam cf. C. ZACCARIA, in *Epigrafia* 2006 II 746) aram fortasse cum signo superimposito restituit anno, quo fuerunt magistri duo vici intramurani Albensis cuiusdam vel potius fani vel etiam pagi vel vici; cf. aram tit. huius Corporis vol. II 1120 = *ILS* 1354, quae ara dedicata est anno Licinii Victoris et Fabii Aeliani Ilviror(um); praeterea cf. supra tit. Superaequanum n. 7391, ubi laudantur magistri pagi eponymi. Titius Maximianus et Populenus

Vic[- -] aliunde ignoti. Nomen gentilicium Titii redit tit. n. 3949. 7905. 7906; illud Populeni tantum laudatum esse videtur Albae Fucentis (cf. infra tit. n. 7946; SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 487).

Ex forma litterarum priori parti saec. III p. C. n. tribuerim (etiam nota magistros praenomine carere).

7889 tit. fortasse sacer

Basis parva rotunda ex lapide calcario supra et infra fracta undique levigata attamen perquam adesa 11 × circ. 9 diam. Litt. profunde incisae in fascia 3. Rep. a. 1951 Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis factis haud longe a macello, q. d. *mercato rotondo*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40918), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β

-----  
 [- -?] IIII(vi)r d(onum) d(edit) +[- -].

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 80 n. 42 cum im. phot. tab. XXXV; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 83 n. 224 cum im. phot. tab. LIX fig. 122.

+ vestigium litt. incertae.

IIIIK D D DE VISSCHER, CASTELLANI. *Her(culi) d(onum) d(edit) [(ibens) [m(erito)] EGO*, in *Dediche sacre* 285 n. 237 sine idonea causa temptavi.

Puncta triangularia.

Non sine dubiis interpretor.

Forma litterarum ad medium saec. I a. C. n. adducit.

7890 tit. fortasse sacer

Cippus ex lapide calcario supra, a sinistra et infra fractus, in fronte levigatus, a tergo paululum rudis (40) × (60) × 40. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a dextra servatur. Litt. 5,3. Rep. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis ad tabernam in lucem detegendam institutis sitam ante basilicam Albae Fucentis, ubi a. 1982 contuli. Ubi autem hodie exstet, ignoro.



-----?  
 [---]DIO+[---]  
 [---]atissima  
 [---?] v(otum) s(olvit) l(ibens) d(onum) d(edit) d(edicavit).

Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 72 n. 23; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 77 n. 205 cum im. phot. tab. LIV fig. 111; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 441 n. 169; ID., in *Dediche sacre* 286 n. 249.

1 + vestigium litt. incertae; [---]ino F. DE VISSCHER inde OMNES. – 2 [gr]atissima dubitanter DE VISSCHER; agitur mea sententia de cognomine, quod terminatur in -atissima (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 454–455). – [---] § L D D OMNES.

Saec. I p. C. n. esse potest; res autem sub iudice relinquatur.

7891 = I<sup>2</sup> 3275a tit. sacer

Saxum ponderis circ. 3 kg ex lapide calcario undique levigatum (11,2) × 19,2 × 6, in cuius spatio leviter excavato tabella ansata aenea gypso fixa est 5,2 × 9,5. Litt. incisae 1–0,7. Rep. casu et fortuito *Albe* inter a. 1949 et 1950 pone domum parochi. Immissum d. 8 m. Iun. a. 1953 dono domini *Andrea Rapisarda* in museum nationale antiquitatum urbis *Chieti* (inv. n. 2701), ubi a. 1979 descripsi.



*Exfatom.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

BUONOCORE, *Stud. Rom.* 30, 1982, 369–370 cum im. phot. tab. VIII (= ID., *Abruzzo e Molise* I 355–357. 360 cum im. phot. fig. 25); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 96 n. 260 cum im. phot. tab. LXIX fig. 144; H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3275a cum im. phot. tab. 139 fig. 3; A. L. PROSDOCIMI, *PP* 46, 1991 37–43 cum im. phot. (cf. *AE* 1991, 572); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 441 n. 167; DI BIASE, *Alba Fucens* 38–39 n. 8 cum im. phot. tab. V fig. 8; D. LIBERATORE, in *Tesoro del lago* 198 n. 17 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287 n. 253. – Cf. H. SOLIN, *Gnomon* 67, 1995, 611; C. DE SIMONE, in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 88; D. NONNIS, in *Scritti Gino Bandelli* 398; P. POCETTI, *REL* 92, 2014 (2015), 26–27.

*Exfatom* pro *effatum* (de forma fusius disseruit DE SIMONE, l. l. 88–89).

Agitur de lamella aerea adsimili stellae, quae infigebatur loco templi augurati (cf. *FEST.* 476 L); nam *effari* est verbum linguae auguralis (de forma inter al. vide M. DE VAAN, *Etymological Dictionary of Latin and the other Italic Languages*, Leiden – Boston 2008, 231 et POCETTI, l. l.); inde titulus pertinet ad inaugurationem fani cuiusdam Albensis. De re universa, praeter PROSDOCIMI, l. l., vide P. CATALANO, *Contributi allo studio del diritto augurale*, Torino 1960; A. MAGDELAIN, *MEFRA* 88, 1977, 11–20; P. CATALANO, in *ANRW* II, 16, 1, Berlin – New York 1978, 440–553. Etiam vide D. KRAMER, *Index* 39, 2111, 339–345 et S. SISANI, in *Roman Republican Colonization* 357–404 cum alia bibliographia.

Temporis spatio inter saec. II ex. et I in. a. C. n. comprehenso tribuerim [etiam vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 286 n. 316 (= *EUND.*, *Epigrafi* I 78 n. 316)].

7892 tit. sacer a magistrabus dicatus

Cippus ex lapide calcario undique fractus, in fronte perquam adesus, a tergo levigatus (44) × (50) × 45. Litt. 4,5/4. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40907), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
 [---]+LOD[---]  
 [---] Q̄ct̄avia T(iti) l(iberta) M[a],  
 [Qu]intia Dionus[ia]  
 Virri (scil. uxor), [S]alvia Pon[tia],  
 5 mag(istrae).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 343 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (AE 2013, 395).

Puncta triangularia.

Supplevi non sine dubiis versus concinne ordinatos. – 1 + vestigium litt. incertae. – 3 *Dionus[ia]* pro *Dionys[ia]* – 4 *Pon[tis]* quoque supplere potuissem.

Memorari videntur magistræ nonnullæ, quæ deæ cuidam titulum dedicaverunt (de re universa vide F. MAINARDIS, in *Donna e vita cittadina* 335–351). Q. Quinctius Q. f. Gallus quidam redit tit. n. 4023. Virriam Ov(i) [(i)bertam] – – ] invenies tit. Aesernino n. 6805.

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam saltem adducit.

7893 = ILLRP 1285 = I<sup>2</sup> 2966 tit. honorarius Caii Iulii Caesaris

Tabula olim 34 × 72 ex marmore, q. d. Molossium (Italice *fiordipesco*), undique levigata ex duabus partibus inter se non coniunctis fere composita, a tergo in usum posteriorem scissa. Frg. maius *a* (26) × (40,5) × 5/4,8; litt. 6,9 (v. 1), 5,8 (v. 2–3); rep. Albae Fucentis d. 24 m. Iul. a. 1963 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis factis muro cuidam interiori affixum aedificii prope sacellum Herculis. Frg. minus *b* (11) × (22) × 5,5/5,3; litt. 5,5 (v. 1–2); rep. nescio quando loco incerto Albae Fucentis. Uterque pars servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Picolomini* (inv. n. 40934), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β




Fig. γ

[C(aio) Iulio C(ai) f(ilio)] *Caesari*  
[co(n)s(uli), pontufi]ci maxsumo,  
[aug(uri), dictatori] iterum,  
[imper]atori, p[at]ro]no  
5 [muni]cipi, ex s[en]atus cons(ulto)].

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

Fig. γ: Im. a CHIARA ALATI del.

Frg. maius *a*: F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 33, 1964, 98–107 cum im. phot. tab. I fig. 1 (AE 1964, 7); ID., *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 26, 1963/64, 55–61 cum im. phot. fig. 7; A. DEGRASSI, *ILLRP* 1285; L. GASPERINI, *Misc. Greca e Romana* 2, 1968, 383–384 adn. 3. 386 adn. 3; M. SORDI, *Epigraphica* 31, 1969, 82 adn. 7; I. BITTO, *ibid.* 32, 1970, 172–180; L. GASPERINI, *ibid.* 33, 1971, 54–58 cum im. phot. fig. 3 et im. del. fig. 4; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 85 n. 233 cum im. phot. tab. LXII fig. 129; A. DEGRASSI–H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 2966 cum im. phot. tab. 30 fig. 1. – Cf. A. DEGRASSI, in *Acta Cambridge* 164–165 (= EUND., *Scritti vari* IV 56); F. DE RUYT–J. MERTENS, in *Alba Fucens* I, 30; J. DEININGER, in *ANRW* I, 1, Berlin–New York 1972, 992; I. DI STEFANO MANZELLA, *Epigraphica* 34, 1972, 118 adn. 20; M. SORDI, *Aevum* 50, 1976, 151 adn. 2; R. SCUDERI, *Athenaeum* 67, 1989, 135; F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 22, 1991, 293 adn. 56. – Frg. maius *a* et minus *b*: BUONOCORE, *Ostraka* 3, 1994, 245–247 cum im. phot. fig. 1–2 et im. del. fig. 3 (AE 1994, 547) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 727–733 cum im. del.); ID., in *Fonti latine e greche* II 441 n. 170; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 18; DI BIASE, *Alba Fucens* 47–49 n. 11 cum im. phot. tab. VIII fig. 11 et im. del. e BUONOCORE repetita. – Cf. L. GASPERINI, in *Atti Roma* I 414; L. AMELA VALVERDE, *SEBarc* 6, 2008, 32; LIBERATORE, *Alba Fucens* 20; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 263; EAND., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 327; G. TARASCO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 86, 2013/14, 495; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 181.

Puncta triangularia. – 2 [pontufi]ci maxsumo pro [pontifi]ci maximo.

Coniunxi et supplevi. – Frg. maius *a*: [C. Iulio] *Caesari* | [pontufi- vel pontifi]ci maxsumo, | [dictatori] iterum, | [--- patro]no DE VISSCHER; [C. Iulio] *Caesari* [imp(eratori)], | [pontufi]ci maxsumo, | [dictatori] iterum, | [co(n)s(uli)], | [patro]no DEGRASSI; [C. Iulio C. f.] *Caesari* | [imp(eratori), pontufi]ci maxsumo, | [co(n)s(uli), dictatori] iterum, | [ex s(enatus) c(onsulto) ? patro]no GASPERINI, in *Misc. Greca e Romana*; [C. Iulio] *Caesari* | [pontufi]ci maxsumo, | [imp(eratori), co(n)s(uli)] iterum, | [d(ecreto) c(uriae) ? patro]no BITTO; [C. Iulio C. f.] *Caesari* | [imp(eratori), pontufi]ci maxsumo, | [co(n)s(uli), dictatori] iterum, | [Albenses? patro]no GASPERINI, in *Epigraphica*; 3 [imp(eratori), dictat(ori)] iterum DEININGER. – 5 tituli nunc coniuncti *ex s(enatus) c(onsulto) dono d(edit)* G. ALFÖLDY per litteras d. 12 m. Iul. a. 1993.

Quomodo frg. maius supplendum, viri docti supra memorati fusius tractaverunt; totam disceptationem invenies apud DEGRASSI–KRUMMREY et BUONOCORE, inde iterare nolo. Si recte supplevi (nota inscriptiones Caesaris omnes forma inter se differre), tit. dedicatus est inter m. Sept. et Oct. a. 48 a. C. n., cum Caesar dictaturam alteram suscepit, et m. Apr. ex. a. 46, cum dictaturam in decennium obtinuit [etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nimes* 286 n. 315 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 315)] (inde a d. 9 m. Febr. a. 44 Caesar appellatus est dictator perpetuus, de qua appellatione vide M. PUCCI BEN ZEEV, *L'Ant. Class.* 65, 1996, 251–253). In regione quarta inventi sunt alii duo tituli Caio Iulio Caesari inter annos 48 et 46 a. C. n. dicati, prior Boviani, scil. [C(aio) Iul]io *Caesari* [imp(eratori)], | [dictat(ori) iter[um]], | [pont]ufici max[umo], | [aug(uri), c]o(n)s(uli), [patro]no mu[nicipi], | [d(ecurionum) c(onsulto)] [n. 2563 (cf. p. 1033) = I<sup>2</sup> 787 (cf. p. 950) = ILS 70 = ILLRP 406 = DE BENEDITTIS, *Bovianum* 27 n. 3], alter Aeserniae, scil. *Genio Deivi Iuli* | parentis patriae, | quem senatus | popululusque

[Romanus in | deorum numerum | rettulit [n. 2628 (cf. p. 1085) = I<sup>2</sup> 799 (cf. p. 953) = ILS 72 = ILLRP 410 = BUONOCORE, *Aesernia* 31–32 n. 1]. De Caio Iulio Caesare saltem vide WEINSTOCK, *Divus Iulius* et EUND., in *Ultimo Cesare* cum amplissima bibliographia et M. SILVESTRINI, in *Epigrafia e territorio* X, 361–373 et K. M. GIRARDET, *Januar 49 v. Chr.: Caesars Militärputsch. Vorgeschichte, Rechtslage, politische Aspekte* (*Antiquitas* 1. 69), Bonn 2017. De patronatu Caesaris vide inter al. C. BERRENDONNER, *Cahiers du Centre G. Glotz* 16, 2005, 86.

7894 = EE VIII p. 46 n. 185 tit. honorarius imperatoris Traiani Tabula marmorea ex tribus partibus inter se coniunctis fere composita (27) × (32) × 4,5. Rep. a comite Cesare Pace saec. XIX ex. in sepulcreto in regione ad occasum solis spectante sito prope vicum *Massa d'Albe*. Servabatur in aedibus eiusdem comitis situs prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*. Periisse videtur. Descripsi a. 2011 quatenus potui ad schedam DE NINO.

E TRA  
MANICO ● P  
AX<sup>Δ</sup> TRIB

[Imp(eratori) Caes(ari) divi Nervae (filio)]  
[Nerva]e Tra[iano Aug(usto)]  
[Ger]manico p[ont(ifici)]  
[m]ax(imo), trib(unicia) [pot(estate) - - -, co(n)s(uli) - - -]  
- - - - -?

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1885, 484 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 658) (= ID., *Scoperte archeologiche* 222); ex ectypo chartaceo M. IHM, EE VIII p. 46 n. 185; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 61 n. 156; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 438 n. 153; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 22; DI BIASE, *Alba Fucens* 52 n. 13; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 344 n. 4 (AE 2013, 396).


Supplevi. – [Nerva]e Tra[iano] | [Ger]manico p[ont.] | max. trib. [pot.] IHM inde CASTELLANI; 4 max(imo), trib(unicia) [pot(estate) VI, co(n)s(uli) IV] DI BIASE.

Si recte intellexi, dedicatus est inter a. 97 et autumnum a. 102 p. C. n., priusquam Traianus Dacicus appellatus est (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 116–117). Praeterrittendum quoque non est prope vicum *Cappelle* repertum esse milliarium imperatoris Traiani a. 100 p. C. n. positum [n. 5970; vide A. DONATI, *Epigraphica* 36, 1974, 186–187 n. 25; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 59 n. 150–151; BUONOCORE, AC 52, 1983, 282 n. 2 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II, 677–678 n. 2); EUND., in *Fonti latine e greche* II 437–438 n. 148).

7895 tit. fortasse sacer pro salute imperatoris dedicatus

Tabula ex lapide calcario supra et a dextra fracta (52) × (25) × ?. Dominus *Filippo Pacini*, curator gentis *Paci*, detulit titulum esse repertum anno incerto in regione, q. d. S. Vito prope Albam Fucentem sita. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 2011 ex scheda LOLLI.

[G]eni[o] d[o]m(ini) [n(o)stri]  
[I]mp(eratoris) Caes(aris) [M(arci)]  
Aureli S[ev]-  
eri Alex[an]-  
dri Pii Fel[ic]-  
i[s] Aug(usti) s(enatus) p(opulus)q(ue) [A(lbensium?)].



Im. a LOLLI del.

F. LOLLI, *ms.*, III versamento, 2<sup>o</sup> serie, b. 13, fasc. 4 (epistula missa d. 10 m. Iul. a. 1901; gratias ago CESARE CASTELLANI, qui me certiolem fecit); ID., NS 1901, p. 364 cum im. del.; inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 67 n. 173; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 441 n. 171; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 25; DI BIASE, *Alba Fucens* 53 n. 14; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 345 n. 5 (AE 2013, 397); C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 321.


3–4 S[ev]ri typhothetae errore CASTELLANI.

Supplevi non sine dubiis. – 1 in ed. pr. proposui dubitanter [Pro salute] ex eo, quod apographo LOLLI servato Romae niti non potui.

Titulus dedicatus videtur inter a. 222 et 235 (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 171).

7896 tit. honorarius Augustae

Pars sinistra cippi lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis composita, in fronte levigata autem fissuris laesa, a tergo in usum posteriorem scissa (44) × (23) × (14). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litt. 4,5–4. Rep. a. 1952 in area Albae Fucentis haud longe a regione porticus in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40894), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fu[ri]ae Sabi[-  
 ni]q[ue] Tran[-  
 qui]llinae]  
 Imp[er]atoris [M[arci] Anto]-  
 5 ni G[ord]iani]  
 Pii F[el]icis Aug[usti] (scil. uxori)]  
 s(enatus) [p(opulus)q(ue) A(lbensium?)].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 64–65 n. 4 cum im.  
 phot. tab. XXVIII fig. 4, inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 71–  
 72 n. 185 cum im. phot. tab. XLVII fig. 93; BUONOCORE, in

*Fonti latine e greche* II 441 n. 172; ID., *Epigraphica* 74, 2012,  
 276–277 n. 2 cum im. phot. fig. 22 (*AE* 2012, 432).

5 punctum triangulare. – 6 s(enatus) p(opulus)q(ue)  
 A(lbensium) redit tit. n. 3916; etiam cf. tit. n. 3917 et 6349.

Supplevi. – FV[- - -] | NIA[- - -] | QV[- - -] | IMP[- - -] | NI  
 G[- - -] | PII [- - -] | S [- - -] DE VISSCHER, qui coniecit Fu[cens],  
 [colonia], Imp[er]atoris Trebonia]ni G[alli] ... PII, s. [p. q. a.].


Si recte supplevi, tit. dedicatus est inter m. Mai. (?) a. 241  
 p. C. n., cum Sabiniam Tranquillinam Gordianus III uxorem  
 duxit et a. 244 in. (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 187; etiam cf.  
 M. C. SPADONI, *Epigraphica* 70, 2008, 144–146. 152). Etiam  
 cf. tit. Antini rep. n. 3833. De titulo Caesaris omissio ex. gr.  
 vide *ILS* 4126 (cf. *ibid.* III. 1, p. 295).

7897 tit. honorarius viri incerti ordinis

Tabula ut videtur ab utroque latere fracta. Rep. *Fra li ruderi della Chiesa di S(anta) M(aria) in Albi che era fondata sulle mura  
 delle Città* (ROSSI). Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1987 et 2011 ad im. a ROSSI del.

Traditur:

Fuisse videtur:



-----?  
 [- - -]ri Rufino P[ro] [- - -]  
 [- - -]tr(ibunus) mil(itum) leg(ionis) VI] Victric(is) p(iae) f(idelis), praef(ecto) - - -]  
 [- - -]o eiusdem [- - -]  
 [- - -] quaestor(i) +++[- - -]  
 5 [- - -] ali]m(entariae) cur(ator) civ(itatis) [- - -]  
 [- - -] patron(o) [- - -]  
 [- - -]ae filiae et [- - -]  
 -----

Im. a ROSSI del.  
 ROSSI, *ms.* f. 31v cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi  
 albensi* 94 n. 253; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987,  
 51 n. 103; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 345–346 n. 6  
 cum im. del. fig. 4 a ROSSI sumpta (*AE* 2013, 398). – Cf.  
 EUND., *Codici epigrafici* 28.

Supplevi non sine dubiis; nam tota lectio incerta manet, ex  
 eo, quod ROSSI litteras nonnullas haud recte transcripsit.

4 +++ vestigia litt. incertarum.

Titulum patri suo [- - -]ri Rufino P[ro] [- - -] filiae posuerunt;  
 Rufinus fuisse videtur tribunus militum legionis VI Victricis  
 piae fidelis, praefectus nescio autem cuius officii, quaestor  
 pecuniae alimentariae vel etiam rei publicae (cf. tit. n. 3923.  
 3950), curator civitatis et patronus fortasse Albae Fucensis.

Saec. II ex. p. C. n. saltem tribuerim vel paulo postea.

7898 tit. fortasse viri ordinis senatorii

Fragmentum tabulae marmoreae ex duabus partibus inter  
 se coniunctis compositum undique levigatum (17,5) ×  
 (16) × 2. Litt. 3,5/3,4. Rep. a. 1954 in media area Albae  
 Fucensis in subterraneo cisternae in effossionibus a F. DE  
 VISSCHER eiusque sociis Belgis factis. In cavaedio castelli  
 olim gentis Piccolomini vici Celano partem inferiorem (inv.  
 n. 40923) a. 1992 tantum contuli.

-----  
 [- - -] provin[ciae] - - -]  
 [- - -] p[ro] p[ro] (aetore) [- - -]  
 [- - -] H[adrian] [- - -]  
 [- - -] Hisp[aniae] Ci[terioris] - - -]  
 -----

Fig. α: Im. phot. a DE VISSCHER sumpta.  
 Fig. β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (pars  
 inferior).




Fig. α



Fig. β

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 65–66 n. 5 cum im. phot. tab. XXIX; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 72 n. 186 cum im. phot. tab. XLVII fig. 94; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 442 n. 175; DI BIASE, *Alba Fucens* 54 n. 15 cum im. phot. tab. X fig. 15. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140; BUONOCORE, in *Pluralidad e integraci3n* 123–124 cum im. phot. fig. 4 e DE VISSCHER repetita.

2 puncta triangularia.

2–3 [ - - ] p]ro pr(aetore) [ - - ] leg( - - ) Imp(eratoris) Caesaris Nervae Traiani | [Aug(usti) H]adrian[i - - -] DI BIASE. – 3 supplementum incertum, ex eo, quod vel [ - - ] H]adrian[i - - -] vel [ - - ] sodalis H]adrian[alis - - -] conici potest. De sodalibus Hadrianalibus vide H.-G. PFLAUM, in J. STRAUB (Ed.), *Historia-Augusta Colloquium. Bonn 1963 (Antiquitas, 4. Beiträge zur Historia-Augusta-Forschung 2)*, Bonn 1964, 118–119. Praeterea praetermittendum non est, quominus inter a. 122 et 123 p. C. n. imperator Hadrianus Hispaniam Citeriorem petierit et Tarracone hiemaverit, ubi sumptu suo aedem Augusti restituit (*HA Hadr.* 12,3–6; etiam vide G. ALFÖLDY huius Corporis vol. II<sup>2</sup>/14, 2, p. XCVI [= EUND., *Estudios* 383–398]).

Forma litterarum ad priorem partem saec. II p. C. n. adducit.

7899 tit. fortasse honorarius viri ordinis senatorii

Tabula ex marmore undique fracta in fronte et a tergo levigata (20,8) × (11) × 12,8. Litt. 3/2,5. Rep. Albae Fuentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40966), ubi a. 1992 descripsi.

-----  
 [ - - ] p]rae[t - - ]  
 [tr(ibun-)] pl(ebis), qu[aest(or-)]  
 [Caes]aris [Aug(usti)]  
 [ - - ] t]r(ibun-) mil(itum) [leg(ionis)]  
 5 [IIII] Scyt[hic(ae) - - ]  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

M. BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 277–278 n. 3 cum im. phot. fig. 23 (*AE* 2012, 433).

2, 4 puncta triangularia insculpta.


Casu nominativo vel potius dativo supplere potuissem; attamen mihi videtur fuisse tit. honorarius.



Videtur cursus honorum in ordine descendenti commemoratus viri ordinis senatorii cuiusdam. De legione quarta Scythica inde ab a. 56/57 p. C. n. in Syria tendente praeter M. A. SPEIDEL, in *The Twin Towns of Zeugma on the Euphrates (JRA. Supplement 18)*, 1998, 163–204; EUND., in *Légions de Rome 327–337*, vide S. CREA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 72, 1999/2000 (2001), 262–264 cum alia bibliographia; etiam cf. cursum Cn. Domitii Sex. f. Afri Titii Marcelli Curvii Tulli consulis bis a. 98 p. C. n., qui etiam fuit tribunus plebis, quaestor Caesaris Augusti (circ. a. 68) et tribunus militum legionis V Alaudae (de quo vide CÉBEILLAC, *Quaestores* 55–56 n. XXX). Si recte intellexi alteri parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7900 (= 4043) tit. fortasse honorarius viri ordinis senatorii

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte expolita (40) × (33) × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata supra fascia continua cincta attamen decussata. Litt. affabre insculptae 7 (v. 1) – 6 (v. 2). Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in vico *Antrosano* muro cuiusdam interiori affixa viridarii domus domini *Antonello Diodati* sitae prope ecclesiam Sanctae Crucis, ubi m. Iun. a. 2014 contuli una cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit.





[- - -] *Quir(ina) Lap[paē - - -]*  
 [- - -] *sodali +[- - -]*  
 -----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

MOMMSEN supra tit. n. 4043, qui pendet ex BRUNN; inde WALTZING, *Corporations* III 411 n. 1575; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 55 n. 139; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 436 n. 138.

Puncta triangularia.

Supplevi. – CV[LA+ | SODALIT BRUNN supra ad tit. – 2 + esse videtur litt. F potius quam P, inde *sodali* [f[etiali] vel potius *sodali* f[laviali] suppleverim (supplementum *sodali* [patrono] vel p[ientissimo] parum probabile mihi esse videtur).

Si recte intellexi laudatur vir quidam (cognomen Lappae tit. Superaequano n. 3307 quoque invenies) ordinis senatorii, cuius cursus in tit. in ordine descendenti commemoratus esse videtur. De sodalibus Flavialibus Titalibus etiam vide G. PACI, *Ann. della Fac. di Lettere e Filosofia (Macerata)* 9, 1976, 389–390 n. 11 cum bibliographia ampliore (= EUND., *Ricerche* 30–31).

Ex forma litterarum saec. I ex. p. C. n. tribuerim vel paulo postea.

7901 tit. honorarius viri fortasse ordinis equestris

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta in fronte et a tergo levigata (22) × (28) × 7,8. Litt. 4,4–3,8. Rep. a. 1952 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis factis muro cuidam exteriori inserta tabernae sign. n. 2 vulgo appellatae *bar de Venus* sitae iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*) Albae Fucentis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40937), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*A(ulo) Sever[io - - -?]-*  
*ri, pra'e'fe[cto - - -]*  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 68–69 n. 17 cum im. phot. tab. XXX; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 75 n. 198 cum im. phot. tab. LI fig. 103; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 444 n. 187; DI BIASE, *Alba Fucens* 92 n. 30 cum im. phot. tab. XX fig. 30; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 346–347 n. 7 cum im. phot. fig. 5 (AE 2013, 399).

Puncta triangularia.

1 [- - -] *A. Sever[io - - -]* DI BIASE. – 2 [*curato*]ri vel [*quae*-*sto*]ri DE VISSCHER; excludendum autem non est, quin illud [- - -]ri ad cognomen pertineat. – 2 ex. *praef(ecto)* DI BIASE.

De Aulo Severo quodam DE VISSCHER haud recte cogitavit. Severii laudantur in titulis saec. II p. C. n. regionis Paelignae,

scil. Sulmone n. 3083, Corfinii n. 3171. 3209 = 7265. 7242 (etiam cf. tit. n. 7334). Aulus Severius fuit praefectus cohortis cuiusdam vel praefectus fabrum vel etiam praefectus Imperatori cuidam. DE VISSCHER: *Il est plus vraisemblable cependant qu'il s'agit d'un magistrat municipale revêtu du titre militaire et purement honorifique de praefectus fabrum*. Res autem tota incerta manet.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7902 tit. evocati Augusti

Stela ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam pessumdata (84) × (50) × ?. Litt. 5/3,5. Rep. fortasse inter a. 1953 et 1957 inter vestigia antiquitatum in lucem detecta ecclesiae S. Petri in vico *Albe*. Servatur muro cuidam exteriori affixa supra portam eiusdem ecclesiae, ubi a. 1982 et 2011 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α




Fig. β




Fig. γ

[Q(uintus) He]renni[us]  
 Q(uinti) f(ilius) Fab(ia) Severu[s]  
 evo(catus) Aug(usti), don[is]  
 dona(tus) ab I[m]p(eratore) c[or]o[n]is [aur(eis)]  
 5 [I] leg(ionis) X Fretens[is] in Africa,  
 [centurio] leg(ionis) X Fretens[is] in  
 Syria, mun[ic]ipio Albens[ium]  
 [- -] H[S] (i. e. sestertium) - -] SI[- -]  
 de[s(uo)] d(ono) d(edit).

Fig. α: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Fig. β: Im. phot. a BUONOCORE sumpta.

Fig. γ: Im. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM del.

H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 253–256 n. 6 cum im. del. et im. phot. tab. V litt. a–b (*AE* 1981, 291); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 91–92 n. 248 cum im. phot. tab. LXVII fig. 139; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 442 n. 174; TRAVERSO, *Esercito* 98–99 n. 7. – Cf. FORNI, *Tribù* I H134; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; C. LETTA, in *Fucino* VI 286 adn. 20.

Puncta triangularia esse videntur.

Supplevi magna ex parte eodem modo, quo fecerunt DEVIJVER – VAN WONTERGHEM. – 7 *Sur[ia]* pro *Syr[ia]*; *mun[ic]ipibus* *Alb[en]sibus*] restituere quoque potuissem. – 8 ex. quominus fortasse vocabulum *singulis* vario modo breviter insculptum subsit, non excludo.

Quintus Herennius Severus, evocatus Augusti, ab Imperatore ignoto (vir doctus H. HALFMANN apud DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *l. l.* 257 de Imperatore Domitiano cogitavit, quam autem coniecturam DEVIJVER respuit) coronis aureis donatus est, deinde fuit centurio legionis III Augustae in Africa tendentis postea legionis X Fretensis in Syria (de qua legione vide I. PISO – G. CUPCEA, *Tyche* 29, 2014, 115–123). Cum in patriam suam remigravisset, aliquid civibus Albensibus donavit. De evocatis Augusti vide ex. gr. E. BIRLEY, *ZPE* 43, 1981, 25–29 (= EUND., *The Roman Army* 326–330); etiam M. TRAVERSO, *Epigraphica* 61, 1999, 262–266 et R. BARTOLONI, in *Valle di Comino* VI 11–15 cum alia bibliographia. De cursu etiam vide E. DABROWA, *Legio X Fretensis. A Prosopographical Study of its Officers* (*Historia Einzelschriften* 66), Stuttgart 1993, 88 n. 18; C. RICCI, *Soldati e veterani* 56 n. 21. De nomine gentilicio Herennii fusius in tit. Albae Fucentis repertis memorato vide DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *l. l.* 241–257; etiam vide S. ANTOLINI – S. M. MARENGO, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 671.

Prioris partis saec. I p. C. n.

7903 tit. fortasse honorarius quattuorviri

Basis ut videtur ex lapide calcario undique perquam pesumdata (50) × (92) × 30. Litt. valde attritae 7. Rep. nescio quando fortasse in regione Albae Fucentis. Servatur Avezano in museo municipali, ubi d. 17 m. Mart. a. 2012 descripsi et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Q(uintus) Allius M(arci) f(ilius)  
 Fab(ia) IIIvir.

Im. phot. a M. B. sumpta.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 90–91 n. 246 cum im. phot. tab. LXVI fig. 137; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 347–348 n. 8 cum im. phot. fig. 6; ID., in *Valle di Comino* IX 31 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 2013, 428). – Cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 143 adn. 8; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

Puncta distingui nequeunt. – 1 C. Allius N. [f.] CASTELLANI.

Allii alii Albae Fucentis non laudantur; attamen Marruvio redeunt (cf. tit. n. 3706. 3720); de nomine etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 461–462.

Forma litterarum ad priorem partem saec. I p. C. n. vel paulo antea adducit.

7904 tit. sepulcralis quattuorviri

Epistylum ex marmore supra a dextra et infra fractum undique levigatum (25) × (40) × 6,5. Supra exstat pars fasciae continuae sex guttis infra ornatae. Litt. affabre insculptae 6–5. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur Celano inter reposita castelli olim gentis Piccolomini (inv. n. 40921), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



C(aio) Setidien[o - f(ilio)]  
 Gallo IIII[viro]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 102 n. 277 cum im. phot. tab. LXXVII fig. 162; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 258 n. 13 cum im. phot. fig. 14 (AE 1997, 468) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 339 n. 13 cum im. phot. 19); ID., in *Fonti latine e greche* II 444 n. 184; DI BIASE, *Alba Fucens* 79 n. 21 cum im. phot. tab. XV fig. 21. – Cf. BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 34.

Puncta triangularia sursum directa.


C. *Setidien(o)* | Gallo CASTELLANI.

Nomen Setidieni aliunde ignotum (cf. O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 222).

Ex litterarum et punctorum forma saec. I in. p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

7905 tit. sepulcralis quattuorviri

Sela ex lapide calcario in fronte scalpro dentato dolata nec non fissura laesa 93 × 57 × circ. 44. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 78 × 45. Litt. 9–6. Rep. fortasse inter a. 1953 et 1957 inter vestigia antiquitatum in lucem detecta ecclesiae S. Petri in vico *Albe*. Servatur muro cuidam exteriori affixa turris campanariae eiusdem ecclesiae, ubi a. 1982 et 2011 descripsi et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



M(arco) Titacidio

M(arci) f(ilio) Fab(ia)

Legitimo

IIIvir(o) aedili,

5 IIIvir(o) i(ure) d(icundo),

quaestori,

Titia uxor fecit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Stud. Rom.* 30, 1982, 366 cum im. phot. tab. V (AE 1984, 359) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 350 cum im. phot. fig. 23); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 99–100 n. 269 cum im. phot. tab. LXXIV fig. 154; PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 172–173 n. 254; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 444 n. 185; DI BIASE, *Alba Fucens* 101–102 n. 36 cum im. phot. tab. XXIII fig. 36. – Cf. C. CASTELLANI, *Vicende politiche e caratteri istituzionali civili e religiosi di Alba Fucens. Ricerche storico epigrafiche* (thesis doctoris dignitatis nominis-

que a. 1977/78 Romae impetratae apud *Facoltà di Magistero* machina dactylographica redacta), 45. 135 cum im. phot. fig. 1; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 15 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 343 n. 15); FORNI, *Tribù* I T176; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; EUND., in *Valle di Comino* IX 30. 33.

Puncta in formam hederæ et trianguli insculpta.

Alios quaestores Albenses invenies tit. n. 3923. 3950. 7920. Nomen Titacidii aliunde ignotum esse videtur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 187). De nomine gentilicio Titii vide infra ad tit. n. 7906.

Saec. I ex. p. C. n. esse videtur, eo magis, quod uxor cognomine caret.

7906 tit. sepulcralis quattuorviri

Cippus ex lapide calcario ab utroque latere et infra fractus, in margine superiore decussus, in fronte levigatus a tergo rudis (46) × (39) × 27. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta, cuius pars superne servatur. Litt. impares 3,5–2. Rep. videtur nescio autem quando loco incerto Albae Fucentis. Servabatur *Avezzano* in museo municipali, ubi a. 1982 et 1996 contuli; inde ab a. 2012 exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*) eiusdem oppidi, ubi a. 2012 denuo recognovi. CESARE CASTELLANI tit. m. Sept. a. 2012 et m. Oct. a. 2016 denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



D(is) M(anibus) s(acrum).

[-] Titio Felicia-

[n]o IIIvir(o) aed(ili), qui

[vi]x(it) ann(os) XXIX m(enses) [-1-2-]

5 [di]es XXII,

[cur]atori anno-

[nae et] operum

[publi]cum (!),

[uxo]r fec[it]

-----?

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 8. 19).

L. ORLANDI, *I Marsi* 286–287 n. 52; BUONOCORE, *Stud. Rom.* 30, 1982, 367 cum im. phot. tab. VI (AE 1984, 360) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 351–352 cum im. phot. fig. 24); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 89 n. 242 cum im. phot. tab. LXV fig. 135; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 47 n. 47; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 444 n. 186; CATALI, *Museo Lapidario* 87 n. 76 cum im. phot.; DI BIASE, *Alba Fucens* 103–104 n. 37 cum im. phot. tab. XXIV fig. 37; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 28 n. I.91; C. LETTA, in *Aia dei musei* 45 n. 41 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 122 n. 17 (etiam cf. p. 97–98. 117). – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 16 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 343 n. 16); S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 224. 229; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 30; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

Puncta in formam hederæ (v. 1) et trianguli haud semper insculpta.

Restitui. – D. M. S. | [- - -] TITIO FELICIA | [- - -] IIIIVIR AED QVI | [- - -] X ANN XXIX M [- - -] | [- - -] S XXII [- - -] |

[- - -] ATQRANNO M [- - -] | [- - -] OPERVM [- - -] | [- - -] CVM [- - -] ORLANDI inde ORLANDI – VERI. – 2 IIIIVir(o), aed(ili); 6–8 [cur]atori anno[nae], operum | [publi]cum haud recte BONKOFFSKY. – 8 [publi]cum pro [publi]corum (cf. tit. huius Corporis vol. X 1695 = ILS 1224). – 9 [- - -]R FE[- - -] CASTELLANI.

[-] Titius Felicianus, cui titulum uxor dicavit, fuit quattuorvir aedilis, curator annonae frumentariae (de quo officio etiam vide A. FUJISAWA, *Acme* 49, 3, 1996, 193 et MROZEK, *Recueil d'études* 127) et curator operum publicorum Albae Fucentis; etiam cf. cursum Marci Marcii Iusti (tit. n. 3922), qui fuit inter alia quattuorvir aedilis et curator annonae iterum, et Lucii Marculeii Saturnini (tit. n. 3923), qui fuit inter alia curator annonae plebis et curator operum publicorum. Nomen gentilicium Titii redit tit. n. 3949. 7888. 7905 (etiam vide infra ad tit. n. 7944).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit, cui tempore locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta congruit.

7907 tit. fortasse honorarius quattuorviri

Cippus ex lapide calcario undique fractus in fronte perquam pessumdatum (22) × (41) × ?. Litt. valde attritae 3,8. Rep. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis factis muro cuidam exteriori insertus tabernae sign. n. 3 sitae iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastri*) Albae Fucentis. Servari videtur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano*, ubi autem a. 1992 non repperi. Descripsi ut potui a. 2011 ad im. phot. et ad schedam DE VISSCHER.



-----  
 [- - -]RAI[- - -]  
 [- - -]um therm[- - -]  
 [- - -] IIIVir i(ure) d(icundo) quinq(uen)nalis, pat[ronus? - - -]  
 [- - -]Q ob me[rita - - -]  
 5 [- - -]ho[nor(e) con[tentus - - -]  
 -----.

Im. phot. e DE VISSCHER repetita.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 68 n. 16 cum im. phot. tab. XXX; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 75 n. 197; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 443 n. 182. – Cf. EUND., *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 28 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 344 n. 28).

2 [- - -]portic]um therm[arum - - -] vel therm[as - - -] mihi venit in mentem. – 5 [ob ho]nor. con[latum] dubitanter DE VISSCHER.

Alia supplementa non temptavi.

Memoratur magistratus quidam nec non patronus Albae Fucentis, qui inter alia merita thermas vel etiam porticum thermarum sua pecunia fecit vel potius restituit, cui viro cives basim fortasse cum statua dedicaverunt. Non excludo, quominus magistratus honore contentus impensam quoque remiserit (de locutione *honore contentus* vel sim. inter al. vide E. MELCHIOR GIL, in *Homenaje Armin U. Stylow* 217–245).


Forma litterarum ad saec. II p. C. n. labens adducit vel paulo postea.

7908 tit. sepulchralis magistratus cuiusdam

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte levigata autem valde adesa, a tergo scabra (63) × (82) × 32. Est pars tituli in monumentum grande inserti ex duabus lapidi-

bus inter se coniunctis saltem compositi. Area titulo inscribendo destinata a dextra columna potius quam fascia continua cincta. Litt. affabre insculptae 12/8,5. Rep. circ. a. 1973 iuxta viam Valeriam haud longe ab ecclesia Sanctae

Mariae della Vittoria appellatae in regione, q. d. Ponte, sita prope vicum *Scurcola Marsicana*. Ibidem servari videtur muro cuidam exteriori affixa in aedibus quibusdam aetatis medii aevi. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda VAN WONTHERGHEM et ad im. phot. CESARE CASTELLANI m. Oct. a. 2016 titulum inspexit *Scurcola Marsicana* in viridario domus cuiusdam sitae prope ecclesiam S. Antonii et im. phot. sumpsit et me per litteras certiore fecit.



-----?  
 [---]us  
 [---]pr]aef(ectus)  
 [---]i(ure) d(icundo);  
 [---] c[sestertium duo milia]ϰ.

Im. phot. a FRANK VAN WONTHERGHEM repetita. F. VAN WONTHERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 22, 1983, 20 adn. 74 cum im. phot. fig. 22; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 118 n. 13. 130 cum im. phot. fig. 7; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 348–349 n. 9 cum im. phot. fig. 7 (AE 2013, 400). – Cf. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 120 adn. 112.

3 punctum triangulare esse videtur. – 4 HS CDD in lapide. Ex litterarum forma et ex nota sestertium adhibita (de qua nota vide S. MROZEK, *Anc. Soc.* 30, 2000, 115–134; etiam cf. RUSSI, *Teanum Apulum* 52) aetatis liberae rei publicae labentis vel primae aetatis Augustae esse potest.

7909 tit. fortasse sepulcralis quattuorviri

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (41) × (78) × 18. Litt. affabre insculptae 13,8–11. Videtur fuisse pars tituli in monumentum sepulcrale grande inserti ex pluribus lapidibus inter se coniunctis saltem compositi, potius quam pars tituli ad opus quoddam faciendum pertinentis. Rep. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*) Albae Fucentis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 41007), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----?  
 [---]ucco[---]  
 [---]s IIIIVir [---]  
 -----.


Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 67–68 n. 13 cum im. phot. tab. XXX; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 74 n. 194 cum im. phot. tab. L fig. 101; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 445 n. 190; DI BIASE, *Alba Fucens* 86 n. 26 cum im. phot. tab. XVI fig. 26; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 349–350 n. 10 cum im. phot. fig. 8 (AE 2013, 401). – Cf. EUND., *ibid.* 59, 1997, 262 n. 23 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 344 n. 23).

1 de nomine gentilicio *Succonii* cogitavit DE VISSCHER, quod nomen in tit. *Spoletinis* laudatur, scil. huius Corporis vol. XI 7868. 7872. 7873 (etiam cf. R. CORDELLA – N. CRINITI, *Epigraphica* 72, 2000, 19); [B]ucco non excludit C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 146 adn. 7 (etiam cf. infra ad tit. n. 7927 et 8030). – 2 + vestigium litt. incertae fortasse litt. V, inde non excludo, quin subsit cognomen aliquod potius quam vocabulum [---]mun]us vel [---]op]us vel sim.; punctum triangulare.

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit.

7910 tit. fortasse sepulcralis quattuorviri quinquennalis

Fragmentum tabulae lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis compositum in fronte levigatum attamen valde dolatum a tergo rude (43,5) × (56) × 20. Area titulo inscribendo destinata haud excavata supra fascia continua cincta. Litt. 10/7. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40893), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[---]senq[---]  
 [---]qui[nq(uennal-)] [---]  
 [---]co[---]  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 352–353 n. 14 cum im. phot. fig. 12 (AE 2013, 405).

1 subest pars nominis vel cognominis. – 3 illud *co[---]* ad vocabulum coniugis pertinere videtur vel etiam ad officium patroni coloniae. Tota res autem incerta manet.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim.

## 7911 tit. honorarius quattuorviri

Tabula ex marmore caeruleo venis obscuris perfuso fronti arae cuiusdam affixa supra a dextra et infra fracta undique levigata (42) × (43) × 2,2. Litt. rubricatae affabre insculptae 6,5. Rep. a. 1954 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis in receptaculis mediae areae forensis Albae Fucentis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40922), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
 pra[ef(ecto) - - -]  
 IIIIVir(o) [- - -]  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 68 n. 15; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 74 n. 196 cum im. phot. tab. L fig. 102; DI BIASE, *Alba Fucens* 89 n. 28; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 350–351 n. 11 cum im. phot. fig. 9 (AE 2013, 402).

2 punctum in formam aculei rosae insculptum.

1 [- - -]R[- - -] DE VISSCHER inde CASTELLANI et DI BIASE.

Videtur memorari vir ordinis equestris, qui quattuorvir Albae Fucentis saltem fuit, cui cives ob merita nonnulla aram posuerunt. Incertum autem est, utrum praefectus fabrum an praefectus cohortis cuiusdam fuerit.

Ex forma litterarum saec. I medio p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

## 7912 tit. incerti generis quattuorviri cuiusdam

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita undique fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum rudis (26) × (21) × 10. Litt. 7. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40945), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
 [- - -] R[- - -]  
 [- - -] IIIIVir[- - -]  
 [- - -] +[- - -]  
 -----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 351–352 n. 12 cum im. phot. fig. 10 (AE 2013, 403).

+ vestigium litt. incertae.

Puncta triangularia.

1 subest fortasse ratio nominis quaedam.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

## 7913 tit. operis publici a viro ordine senatorio dedicati

Duo tituli gemelli (A–B) ex lapide calcario in fronte levigati autem fissuris passim laesi ad extructionem amphitheatri Albensis factam pertinentes reperti a. 1956 prope aditum eiusdem aedificii in occasum solis vergentem. – Tit. A ex tribus partibus inter se coniunctis compositus 82 × 480 × 7,3. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta 79 × 450. – Tit. B ex tribus partibus inter se coniunctis fere compositus circ. 80 × 465 × 7,5. – Litt. affabre insculptae 19–16,3. Uterque titulus muro superiori fornicis ad meridiem spectantis amphitheatri immissus, ita ut tit. A ab exeuntibus tit. B ab intrantibus inspicere possent, ubi a. 1987 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo contuli. *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* servata tria fragmenta (a–c: vide im. phot. γ. δ. ε), quae pertinent ad tit. B, quae autem nescio qua causa inserta non fuerint [frg. a (33,5) × (37,8); frg. b (40) × (30); frg. c (35) × (36), (n. inv. 40954)]; a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI quatenus potui denuo recognovi.

Tit. A:

*Q(uitus) Naevius Q(uinti) f(ilius) Fab(ia) Cordus Sutorius Macro*  
*praefectus vigilum, praefectus praetorii*  
*Ti(beri) Caesaris Augusti, testamento dedit.*



Fig. α



Fig. β



Fig. γ




Fig. δ



Fig. ε

Tit. B:

Q(uitus) N(aevius) Q(uinti) f(ilius) F(ab)ia C(ordus) S(utorius) M(acro)  
 praefectus vigilum, praefectus praetori  
 Ti(beri) C(aesaris) A(ugusti), testamento dedit.

Fig. α: Im. phot. tit. A a FERNAND DE VISSCHER sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 11155).

Fig. β: Im. phot. tit. B a FERNAND DE VISSCHER sumpta.

Fig. γ-ε: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 12, 1957, 39-49 cum im. phot. tab. I (AE 1957, 250); ID., *Bull. Acad. Belgique* s. 5°, 43, 1957, 168-179 cum im. phot. (AE 1958, 16); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 84-85 n. 232 cum im. phot. tab.

LXI fig. 126-128; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 110 n. 75 cum im. phot. tab. XXXI fig. 1-2 (e DE VISSCHER); ID., in *Fonti latine e greche* II 442 n. 173; DI BIASE, *Alba Fucens* 55-62 n. 16 cum im. phot. tab. XI fig. 16; M. L. CALDELLI, in *Autocélébration* 147 n. 19; CIABARRA, *Anfiteatri* 61-62 n. 1.3.1 cum im. phot. fig. 31; ENGFER, *Private Munifizenz* 140-141 n. 212 (etiam cf. p. 127. 135). - Cf. F. DE VISSCHER, *Bull. Acad. Belgique* s. 5°, 44, 1958, 507-508 cum im. phot. fig. 1

(cf. AE 1959, 52); F. DE VISSCHER – J. MERTENS, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1958, 97–99 cum im. phot. tab. I (AE 1959, 201); F. DE VISSCHER, *Archaeology* 12, 2, 1959, 130–132 cum im. phot.; EUND., *L'Ant. Class.* 29, 1960, 53; EUND., *RCCM* 2, 1960, 247 (AE 1962, 379); TOLLIS, *Alba Fucense* 71–72; F. DE RUYT – J. MERTENS, in *Alba Fucens* I, 24–25; F. DE RUYT, *Bull. Acad. Belgique* s. 5°, 57, 1971, 206 cum im. phot. fig. 2; SANTA MARIA SCRINARI, *Alba Fucens* 22; MERTENS, *Alba Fucens* 47. 65; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 64. 92–93; J.-L. VOISIN, *MEFRA* 99, 1987, 279 n. 11; DI BENEDETTO, *Sulmona* 1; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 44, 1989 (1991), 68 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 418–419); M. FORA, *Misc. Greca e Romana* 16, 1991, 205; M. GAGGIOTTI, *Athenaeum* 79, 1991, 505–508; L. KEPPIE, *Understanding Roman Inscriptions*, London 1991, 78 cum im. phot. fig. 45; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 41; FORNI, *Tribù* I N14; GROSSI, *Marsica* 59; D. LIBERATORE, in *Effetto Alba Fucens* 27; EAND., *Alba Fucens* 132; E. CECCARONI, in *Poco grano, molti frutti* 62; G. FIRPO, *ibid.* 90 cum im. phot. partis tit. B; A. SALCUNI, *ibid.* 120; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 119 n. 14; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 223; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; M. J. STRAZZULLA – R. DI CESARE – D. LIBERATORE, in *Belgica et Italica* 168; F. PESANDO, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 114; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 207; M. MAYER I OLIVÉ, *ibid.* 16; M. J. CARTER – J. EDMONDSON, in *Handbook* 552; M. HORSTER, *ibid.* 528; C. LETTA, in *Epigrafia e politica* 45; D. LIBERATORE, *ZPE* 206, 2018, 253; EAND., in *Paesaggi rurali* 511; D. ROSE, *Studi* 53; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 172. 175. 81.

Puncta triangularia. – Tit. A: 2 praetori DE VISSCHER.

Q. Naevius Q. f. Cordus Sutorius Macro (etiam vide infra ad tit. n. 7983) ex Alba Fucente fortasse oriundus (de nominibus gentiliciis Naevii et Sutorii in titulis Albensibus nominatis vide BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 195. 197 [= EUND., *Abruzzo e Molise* II 722. 725]; etiam cf. S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 474–475) parentela cum Lucio Naevio Pansa Saepinate coniunctus videtur (cf. M. GAGGIOTTI, *Athenaeum* 69, 495–508 et *PME* add. II, 2095); fuit praefectus vigilum (cf. S. DEMOUGIN – S. LEFEBVRE, *REA* 104, 2002, 191 n. 1) et praefectus praetorio Tiberii Caesaris Augusti loco Seiani illius,

id est inde ab a. 31 p. C. n. (cf. A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 251); a Gaio Aegypto praefectus fuit, sed numquam in Aegyptum venit, ex eo, quod ab eodem Gaio una cum Ennia Thrasylla uxore (L. VIDMAN, *PIR*<sup>2</sup> E 65) ad mortem coactus est et liberi una cum parentibus perierunt. De viro vide inter al. F. DE VISSCHER, *RCCM*, l. l. 245–257; EUND., *Études de droit romain public et privé*, Milano 1966, 71–72; G. BASTIANINI, *ZPE* 17, 1975, 271; P. A. BRUNT, *JRS* 65, 1975, 143 n. 15a; THOMASSON, *Laterculi* I 344 n. 19; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 178–179; L. VIDMAN, *PIR*<sup>2</sup> N 12 cum alia bibliographia; DEMOUGIN, *Prosopographie* 276–277 n. 325; SABLAYROLLES, *Libertinus miles* 475–476 n. 1; etiam vide G. BOGAZZI, in A. M. CORDA – P. FLORIS (Ed.), *Ruri mea vixi colendo. Studi in onore di Franco Porrà*, Cagliari 2012, 77–91. Testamentum validum mansit, quamvis donator morte voluntaria e medio esset sublatus, videlicet antequam condemnatus erat: de re universa vide VOISIN, l. l. 270 et passim, qui damnationem memoriae remissam quoque tractavit (etiam vide BRANDT, *Tod und Suizid* passim). Memorandi quoque sunt lateres Albenses, in quibus laudantur dominus Quintus Naevius, officinator Hybrida [de cognomine Hybridae vide inter al. M. WARREN, *AJPh* 5, 1884, 501–502 et P. BUONGIORNO, in G. TRAINA – B. TISÉ – P. BUONGIORNO (Ed.), *Studi sull'età di Marco Antonio (Rudiae. Ricerche sul mondo classico* 18), Galatina (LE) 2006, 295–309] et Heterus servus Hybridae ipsius [praeter C. EVERS – N. MASSAR, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 85, 2012/13, 301 (cf. AE 2012, 436) vide LIBERATORE, *ZPE*, l. l. 241–254; etiam cf. supra tit. n. 4013].

Ex eo, quod Naevius Cordus Sutorius Macro a. 38 p. C. n. obiit, titulus circ. a. 40 est positus, ad quod tempus ratio amphitheatri aedificandi adducit (de monumento praeter AUCTORES supra memoratos etiam vide J. MERTENS, *Rend. Accad. Lincei* s. 7°, 13, 1958, 99–103; A. HENZE, in A. HÖNLE – A. HENZE (Ed.), *Römische Amphitheater und Stadien. Gladiatorenkämpfe und Circusspiele*, Zürich – Freiburg 1981, 206; JOUFFROY, *La construction publique* 102; J.-P. GOLVIN, *L'amphithéâtre romain. Essai sur la théorisation de sa forme et de ses fonctions* (Publications du Centre Pierre Paris, 18), Paris 1988, 82–83; TOSI, *Edifici di spettacoli* 262–263 cum im. phot. tab. VI fig. 3–12; CONVENTI, *Città romane* 35. 212. 224; LEGROTtagLIE, *Sistema delle immagini* 243.

### 7913a tit. fortasse quattuorviri

Tabula (a) ex marmore Luculleo (*marmo africano*) crass. 2 ex sex partibus inter se coniunctis fere composita undique levigata (30,5) × (36). Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 6,5–5. Ad eandem tabulam pertinet fragmentum alterum (b) (3,5) × (3). Rep. a. 2011 effossionibus in favissis ante sacellum Herculis Albae Fucentis situs in lucem detegendis ab Aprutinae antiquitatum praefectura institutis. Servantur in repositis erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. Dec. 2018 VALERIO BRUNI inspexit et me certiore fecit.

Frg. a:

[ - - ]Ϟ C(ai) f(ilio) Cor[ - - ]  
[ - - ? IIII]vir(o)  
[ - - ? ex testam]ento  
- - - - - ?

Frg. b:

- - - - -  
[ - - ]+[ - - ]  
- - - - -

Im. phot. a BRUNI sumpta.



Puncta distingui nequeunt.

b: videtur fuisse litt. A vel M vel lapide inverso V.

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam adducit.



7914 tit. operis publici a quattuorviris dedicati

Pars epistylī pergrandis lapidis calcarii ex quattuor fragmentis (a-d) inter se coniunctis composita ab utroque latere fracta in fronte valde pessumdata a tergo in usum posteriorem recte scissa (74/72) × (388) × (31 dex. – 16 sin.). Litt. affabre insculptae 22 (v. 1), 14 (v. 2), 11 (v. 3). Ut DEVIJVER – VAN WONTERGHEM infra laudati recte cogitaverunt epistylum fortasse circ. 900 cm in longitudinem patebat. Fragmenta rep. casu et fortuito a. 1953 prope *Forme*, qui vicus circ. 4,5 km ab Alba Fucente abest, in monumento sepulcrali aetatis medii aevi inserta. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*, ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α




Fig. β



Fig. γ

[M(arcus) Allidius C(ai) f(ilius) Qu]adratus, L(ucius) Petiolanus L(uci) [f(ilius) - - -ro]  
[III]vir(i) i(i)ure d(icundo) aquam in oppidu]m addu[ce]ndam de[creto] s(enatus) curavere sua[que pecunia]  
[- - -? specu]s, [saepta?], rivomque refecerunt.

Fig. α: Im. phot. a F. DE VISSCHER sumpta.  
Fig. β-γ: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (frg. b. d).  
F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *Bull. Acad. Belgique* s. 5<sup>o</sup>, 39, 1953, 522–528 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 1954, 33); F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 69–70 n. 19 cum im. phot. tab. XXXI; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 76 n. 200 cum im. phot. tab. LI fig. 105–107; JOUFFROY, *La construction publique* 69; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 172–181 cum im. phot. tab. XII litt. a et im. del. fig. 5 (*AE* 1985, 326); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 443 n. 180; DI BIASE, *Alba Fucens* 63–66 n. 17 cum im. phot. tab. XII fig. 17; FUSCO, *Gestione delle acque* 110–111 n. 14 (etiam cf. p. 38); ENGFER, *Private Munifizenz* 140 n. 211 (etiam cf. p. 138. 151); ROSE,

*Studi* 53 cum im. del. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM repetita fig. 43 (etiam cf. p. 101–102). – Cf. *Alba Fucens. Catalogo della mostra*, Brussel 1960, 21 cum im. phot. tab. XXI; *Alba Fucens. Catalogo della mostra*, Avezzano (AQ) 1960 cum im. phot. tab. XVI; J. MERTENS, in *Alba Fucens* I 46; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 121; SANTA MARIA SCRINARI, *Alba Fucens* 18; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 69; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 260 n. 1 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 341 n. 1); GROSSI, *Marsica* 59; LIBERATORE, *Alba Fucens* 133; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 53; G. GROSSI, in *Marsica* I 633; SEAR, *Roman Theatres* 150; D. ROSE, *Ant. Alt.* 88, 2018, 491–501; C. ZACCARIA, *ibid.* 43.

Puncta triangularia.

Restituerunt DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, quos magna ex parte sum secutus. – [Qu]adratus ◦ L ◦ Petiolanus | [aqua]m addu[ce]ndam ◦ d[ecreto] s[enatus] curavere sua | impensa specu[s] [saepta] rivomque refecerunt DE VISSCHER – DE RUYT, inde CASTELLANI. – 1 ex. [(ilius) Macro] DI BIASE. – 2 [aed(ilis)] AE 1985, [IIIvir(i) aed(iles)] supplere quoque potuissem; [IIIvir(i) aed(iles) - - i(ure) d(icundo)] dubitanter DEVIJVER – VAN WONTERGHEM; curavere pro curaverunt. – 3 rivom pro rivum.

Quattuorviri Marcus Allidius et Lucius Petiolanus tit. n. 7916 quoque memorati (etiam cf. infra ad tit. n. 7983) aquam

in Albam Fucentem adducendam decreto senatus curaverunt et impensa propria specus, fortasse saepta et rivum saltem refecerunt. DEVIJVER – VAN WONTERGHEM fusius disseruerunt, titulis collectis, de operibus ad aquaeductum pertinentibus nempe rivis, specubus, fornicibus, muris, fistulis, tubulis, castellis et cet.; etiam vide M. CORBIER, *REL* 62, 1984, 252; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 222 et cum amplissimo commentario D. ROSE, in *Fucino* VI 267–272.

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit (saec. I p. C. n. DE VISSCHER – DE RUYT, aetatis Augusti DE VISSCHER, inter a. 40 et 50 DEVIJVER – VAN WONTERGHEM).

#### 7915 tit. operis publici a quattuorviris aedilibus dedicati

Basis ex lapide calcario corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita undique levigata autem valde pessumdata 100 × 42 × 32. Supra exstant recessus ad aliquid superponendum. Litt. impares 6–4. Rep. a. 1949/50 Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis in conclavi prope macellum. In situ. A. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.

T(itus) Manius  
Laetus,  
P(ublius) Vettius A-  
pronianus  
5 IIIviri aed(iles)  
ex aere multaticio.

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 262 (*AE* 1951, 22; etiam cf. *ibid.* 1952, p. 47); F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 70–71; F. DE VISSCHER, *ibid.* 24, 1955, 66 n. 6; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 72–73 n. 187 cum im. phot. tab. XLVIII fig. 95; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 442 n. 177; S. M. MARENGO, in *Finanze municipali* 81 n. 12; DI BIASE, *Alba Fucens* 80–81 n. 22. – Cf. F. DE VISSCHER, *Nouvelle Clio* 4, 1952, 90; EUND., *Archaeology* 12, 2, 1959, 128; F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALTY, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 385; B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 138 adn. 64. 140 adn. 83; F. DE RUYT – J. MERTENS, in *Alba Fucens* I, 16; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 173 adn. 1; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 260 n. 6 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 342 n. 6); S. PIACENTIN, *Historia* 67, 2018, 119.

Puncta triangularia.

6 multatic(io) OMNES, multatic(io) DI BIASE errore typothetae ut opinor.



Manios alios non invenies in tit. Albensibus; P. Vettius P. I. \*Fal[- -] et P. Vettius P. I. Optatus laudantur tit. n. 4039. 4040 (etiam cf. F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195; etiam L. SALADINO, in *Fucino* V 393). P. Vettius quidam, qui populi Romani sacerdotio auguris functus esse videtur, tit. n. 7693 Marruvii reperto quoque memoratur (etiam vide infra ad tit. n. 7918). De locutione *ex aere multaticio* vide MARENGO, *l. l.* 73–84 et PIACENTIN, *l. l.* 118–120.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. esse videtur.

#### 7916 tit. operis publici a quattuorviris dedicati

Fragmenta plurima, scil. triginta septem, tabulae ex marmore albo in fronte levigatae a tergo rudis crass. 5,5/3,5. Tabulae, quae ex duabus partibus inter se conexas composita esse videntur, mensurae fuerunt circ. 125 × 183. Litt. inter lineas ad delineandum ductas accurate insculptae 9,5 (v. 1–2), 8 (v. 3), 6,5 (v. 4), 6 (v. 5–11). Rep. Albae Fucentis inter a. 1955 et 1962 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis magna ex parte apud angulum inter septentriones et occasum solis vergentem scaenae theatri (de quo aedificio inter al. etiam vide V. MALINEAU, in *Cités de l'Italie* 201) iuxta decumanum scil. *Via del Miliario* in conspectu lateris inter septentriones et occasum solis vergentis basilicae et intra porticum i. e. a dextra introitus iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*). Servantur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40942. 40951. 40955), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α 1 (frg. 1)



Fig. α 2 (frg. a)



Fig. α 3 (frg. 2.3)



Fig. α 4 (frg. 13)

(n. 7916)



Fig. α 5 (frg. 4)



Fig. α 6 (frg. 5)



Fig. α 7 (frg. 7)



Fig. α 8 (frg. b)



Fig. α 9 (frg. 9)



Fig. α 10 (frg. 10)



Fig. α 11 (frg. c)



Fig. α 12 (frg. d)



Fig. α 13 (frg. e)




Fig. α 14 (frg. g)



Fig. α 15 (frg. h)



Fig. α 16 (frg. f, j, k, i, l)



Fig. α 17 (frg. m)



Fig. α 18 (frg. *n*)



Fig. α 19 (frg. 12)



Fig. α 20 (frg. *o*)



Fig. α 21 (frg. *p.q*)



Fig. α 22 (frg. *r*)



Fig. α 23 (frg. *u*)



Fig. α 24 (frg. *v*)



Fig. α 26 (frg. inc. 1)



Fig. α 25 (frg. *x*)



Fig. α 27 (frg. inc. 2)

(n. 7916)




Fig. β




Fig. γ




Fig. 8

[L(ucius) P]eti[us] [L]anus [L(uci) f(i)lius ...]ro A[...],  
 M(arcus) A[ll]i[us] C(ai) f(i)lius Q[ua]dr[at]u[s],  
 III[us] [vi]r(i) i(ure) d(icundo) [i]t[er]um q[ui]nq[ue]nnales  
 [sc]aena[m -10?- e]t sub[st]itue[re]nt[ur],  
 5 [stat]ua[m vel -as -14?- -q]ue om[ni]a et gradus  
 [-22?-] suá pecuniá  
 [-23?-]qu[e] pict[ur]a re[st]itue[n]d(a)  
 [-6?-]ad[-12?-]a curav[er]u[n]t  
 [-6-7?-]cer[-6?-] aquam i[n] oppidum [addu]cen-  
 10 [dam de]creto s(enatus) curaverunt s[ua]que pecu[ni]a [-5?-]  
 [-18?-]ndam f[ecer]unt.

Fig. α 1–27: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 Fig. β: Im. phot. a H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM sumpta.  
 Fig. γ–δ: Im. a H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM del.  
 Fragmenta nonnulla ediderunt F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALTU, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 389–392 n. 6 cum im. phot. fig. 30 (AE 1964, 207); inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 87–88 n. 239 cum im. phot. tab. LXIII fig. 132. Titulum pleniorem publici iuris fecerunt H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 163–181 cum im. phot. tab. XI cum im. del. fig. 2–3 (AE 1985, 325); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 443 n. 179; DAY, *Architectural Terminology* 103 n. 111 (etiam cf. p. 19. 52); DI BIASE, *Alba Fucens* 67–74 n. 18 cum im. phot. tab. XIII fig. 18 et im. del. e DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM repetitis; FUSCO, *Gestione delle acque* 111–112 n. 15 (etiam cf. p. 38–39); ENGFER, *Private Munifizenz* 141–142 n. 213 (etiam cf. p. 127. 138. 151); ROSE, *Studi* 52–53 cum im. del. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM repetita fig. 43 (etiam cf. p. 80–81. 102). – Cf. C. COURTOIS, *Le bâtiment de scène des théâtres d'Italie et de Sicile. Étude chronologique et typologique*, Providence 1989, 100. 133–138, 245–248; BRUUN, *Water Supply* 106 adn. [44]; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 261 n. 11 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 342–343 n. 11); LIBERATORE, *Alba Fucens* 133; BUONOCORE, in *Tribù romane* 32; E. MELCHOR GIL, *Riv. Stor. Ant.* 43, 2013, 138; D. ROSE, *Ant. Alt.* 88, 2018, 491–501; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 176. 181.

Litt. T supra versum eminens. – Puncta in formam virgulae acclivis insculpta. – 7 [re]ficiund(a) pro [re]ficiend(a).


Dedi eodem fere modo qualem ediderunt DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui recte rettulerunt ad hunc titulum non solum nonnulla fragmenta nondum edita sed etiam fragmenta duo a F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALTU, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 389 n. 4 et n. 5 edita, scil. [- -]B[- -] | [- -]JOM[- -] ET [- -]+[- -] | [- -]T SY[- -] | [- -]VE[- -] (inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 87 n. 237–238), nec non fragmentum editum a F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 67 n. 12, scil. [- -]III[- -] | [- -]AENA[- -] | [- -]VA[- -] (inde CASTELLANI, *l. l.* 74 n. 193 cum im. phot. tab. L fig. 100 et BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 30 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 344 n. 230); etiam cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 58 adn. 30, qui illud AENA restituit [L]aena[s]. – [- -]ANVS[- -] | [- -]dius C(ai) f(i)lius Q[ua]dr[at]u[s] [- -] | [- -]III[us] [vi]r(i) [- -] | [- -] q[ui]nq[ue]nnales? [- -] | [- -] sub[st]itue[re]nt [- -] | [- -] moe[n]ia et gradus [- -] | [- -]us pecunia [- -] | [- -]E pict[ur]a re[st]itue[n]d(a) [- -] | [- -]A curav[er]u[n]t [- -] | [- -]i[n] oppidum [- -] | [- -]s[ua]que pecu[ni]a [- -] | [re]fici- vel purg- vel adduce]ndam F[- -] DE VISSCHER – MERTENS – BALTU.

1 incertum quomodo recte restituendum cognomen finiens in -ro; de cognominibus, quae terminantur in -ro, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 440; etiam vide SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1515; [Mac]ro non excludunt DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, cum quibus DI BIASE quoque consentit; a[ed]ilis] scil. cogno-

men dubitanter, coniectura viri docti SUSINI usi, DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui etiam non excludunt initium cognominis alterius scil. *A[cer], A[fer], A[ter]; a[rch(itectus)]* IID. respuerunt. – 4 *[sc]aena[m adornarunt vel exornarunt vel renovarunt vel d[ecreto] s(enatus) ornarunt e]t*, 5 etiam *[ian]ua[m/s], [val]va[m/s], [ver]va[m/s]*, 5–6 *[stat]ua[m/s inauratam/s signaq]ue omnia et gradus | [cum ornamentis marmoreis] sua pecunia*, 7 *[posuerunt, aulaeum sipariaque] pict[a]*, 9–11 *[e fonte vel monte ..]cer[-6? - aquam i]n oppidum [addu]c[en]dam de[creto] s(enatus) curaverunt s[ua]que pecu[nia lacus] | [omnes et aquam salie]ndam f[ecerunt] ex. gr. DEVIJVER – VAN WONTERGHEM.*

## 7917 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte et a tergo levigata (65) × (102) × 23. Litt. affabre insculptae 22–11. In lucem rediit d. 3 m. Iul. a. 1962 muro cuidam exteriori inserta a dextra introitus porticus iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*) Albae Fucensis, ubi a. 1992 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[ - - ] Q[uintus] Pon[tius] Arcus  
[ - - ] arcus] duos, port[ic]um  
[ - - ] cum eod]em dedicav[it] curante - - ]

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 2749).

F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALT, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 386–388 n. 2 cum im. phot. fig. 28 (AE 1964, 205); e quibus CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 86 n. 235 cum im. phot. tab. LXII fig. 130; JOUFFROY, *La construction publique* 77; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 445 n. 194; DI BIASE, *Alba Fucens* 90–91 n. 29 cum im. phot. tab. XIX fig. 29; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287 n. 251; ID., *Epigraphica* 75, 2013, 353–354 n. 15 cum im. phot. fig. 13 (AE 2013, 406).

Puncta triangularia.

1 *Pon[tidius - - ]* DE VISSCHER – MERTENS – BALT, cum quibus DI BIASE quoque consentit; attamen editores priores de nominibus Pontii vel Pontilii quoque cogitaverunt (etiam cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 146–147. 487); vide infra ad tit. n. 7991, ubi laudatur C. Pontedius C. l. Secundus quidam; Pontidius haud recte JOUFFROY. – 2 *[arcus]* iam recte DE VISSCHER – MERTENS – BALT, qui sunt usi coniectura ATTILIO DEGRASSI; *port[icusque]* IID., JOUFFROY et DI BIASE; excludo, quin *duos port[icus]* sit legendum genere nominis porticus permutato ut *duos turres* tit. huius Corporis vol. XII 3179 = ILS 2267; *port[icum - - ]* vel *port[icus - - ]*. – 3 *[ - - aed]em* OMNES, *[ - - et id]em* DI BIASE, *[curante - - ]* EGO non sine dubiis.

Videntur memorari viri duo, fortasse quattuorviri municipii Albensis, qui arcus duos et porticum saltem fecerunt (arcus et porticus una memorantur ex. gr. tit. huius Corporis vol. VIII 608 = ILS 637; XIII 6705 = ILS 7080 add.; arcus duos invenies

Quamquam supplementa incertissima manent, non est dubium, quin quattuorviri iure dicundo iterum quinquennales Albenses, scil. Lucius Petiolanus Lucii f(i)lius [...]ro A[...] et Marcus Allidius Caii filius Quadratus, qui, ut ex tit. n. 7914 sane elicitur (etiam cf. infra tit. n. 7983), aquam in Albam Fucentem adducendam decreto senatus curaverunt et impensa propria specus fortasse saepta et rivum saltem refecerunt, theatrum cum omni ornatu sua pecunia reficiendum curaverint. Titulum cum amplissimo commentario DEVIJVER – VAN WONTERGHEM tractaverunt; etiam vide M. CORBIER, *REL* 62, 1984, 252; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 222. De salientibus cf. BRUUN, *l. l.* 105–106.

Forma litterarum ad a. 40/50 p. C. n. adducit.

tit. huius Corporis vol. VIII 587 = ILS 5567; XIII 2895 = ILS 4702); attamen alter aedificia dedicavit; locutio *cum eodem dedicavit curante* invenitur tit. iam memorato VIII 608 = ILS 637 (etiam cf. DE VISSCHER – MERTENS – BALT, *l. l.*).

Ex forma litterarum saec. I medio p. C. n. tribuerim.

7918 = I<sup>2</sup> 3274 tit. operis publici

Opus musivum supra et a dextra fractum i. e. pavimentum in introitu sacelli Herculis situm exstructum ex tessellis albis circumdatum fascia continua ex tessellis nigris efformata circ. (35) × (100). Litt. ex tessellis nigris compositae 10. Rep. m. Iun. vel Iul. a. 1961 in media area fori Albae Fucensis in effossionibus ad sacellum ipsum peractis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*, ubi a. 1992 contuli.



L[ucius] V[ettius] Q[uinti] f[ilius] Te+[- - ]

Im. phot. e F. DE VISSCHER repetita.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 30, 1961, 73 cum im. phot. tab. II fig. 3 (AE 1962, 31); F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALT, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 384–386 n. 1 cum im. phot. fig. 27 (AE 1964, 204); COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 86; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 86 n. 234; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, I<sup>2</sup> 3274 cum im. phot. tab. 91 fig. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 450 n. 222; DI BIASE, *Alba Fucens* 93–94 n. 31 cum im. phot. tab. XX fig. 31; A. SALCUNI, in C. ANGELELLI – F. RINALDI (Ed.), *Atti del XIII Colloquio dell'Associazione italiana per lo studio e la conservazione del mosaico. Canosa, 14–17 febbraio 2007, Tivoli (RM) 2008*, 283–284; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 286 n. 250; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 300 n. 1 cum im. phot. fig. 8; BUONOCORE, in *Miscellanea Maristella Pandolfini* 82 n. 9; ID., in *Fucino* VI 258–259 n. 5 cum im. phot. fig. 5; ENGFER, *Private Munifizenz* 142–143 n. 214; I. SIMÓN CORNAGO, in *Nacimiento* 283 n. 28. – Cf. F. DE VISSCHER, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 15, 1960 (1961), 304; A. LATINI, *Riv. Arch.* 19, 1995 (1996), 65; FORNI, *Tribù* I Rep. 562; C. MASSERIA – M. TORELLI, in M. CASTOLDI (Ed.), *Koina. Miscellanea di studi*



archeologici in onore di Pietro Orlandini, Milano 1999, 437; GROSSI, *Marsica* 58; D. LIBERATORE, in *Effetto Alba Fucens* 58; F. VAN WONGERHEM, in *Itinera archaeologica* 193. 194–196 cum im. phot. fig. 10 (cf. *AE* 2006, 382); A. SALCUNI, in *Poco grano, molti frutti* 118–119; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 46; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 69; EUND., in *Tribù romane* 32; D. LIBERATORE, in *Fucino V* 272 cum im. phot. p. 274; E. M. MOORMANN, *Divine interiors: mural paintings in Greek and Roman sanctuaries*, Amsterdam 2011, 68.

Puncta in formam quadrati insculpta.

+ est pes hastae rectae; *Ter[- -]* DE VISSCHER – MERTENS – BALTY inde *Ter(etina)* solverunt (cum quibus inter al. COARELLI – LA REGINA, FORNI, LATINI, SALCUNI et VAN WONGERHEM quoque consentiunt); *Ter(etina)* MASSERIA – TORELLI. Cur non de initio cognominis cuiusdam est quoque cogitandum? Attamen ut iam recte DEGRASSI est suspicatus, extrema littera fuisse videtur L ad cognomen pertinens non ad tribum Teretinae; nam ut inter OMNES constat Albenses tribus Fabiae plerumque fuerunt. – [*Apronianus*] DE VISSCHER (cum quo consentiunt DE VISSCHER – MERTENS – BALTY) sub exemplo tit. n. 7915, ubi laudatur Publius Vettius Apronianus quattuorvir aedilis, qui una cum collega Tito Manio Laeto opus quoddam ex aere multatio fecit. Res autem adhuc incerta manet.

DE VISSCHER non excludit, quominus L. Vettius in hoc titulo memoratus filius fuerit Quinti Vettii Vettiani (in *Mon. Accad. Lincei* lapsus dicitur Aproniani) oratoris e Marsis prudentis viri et in dicendo brevis (Cic. *Brut.* 169; cf. J.-M. DAVID, in *Les «bourgeoisies» municipales* 311 et passim). VAN WONGERHEM, *l. l.* 191–208 est opinatus aedificium fuisse forum pecuarium Albae Fucentis, neque excludit, quominus L. Vettius Q. f. tribui Teretinae inscriptus ex Atina ex. gr. oriundus esset. Lucios Vettios in tit. Albensibus, scil. n. 7884. 8007–8008, quoque invenies. De foro pecuario Albensi vide G. CERA, *ATTA* 20, 2020, 142–144, quae autem incerta manet.

Litterarum forma ad saec. I medium a. C. n. ducit (etiam cf. D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 167).

#### 7919 tit. operis publici

Opus musivum i. e. pavimentum vestibuli siti ad regionem inter meridiem et occasum solem vergentem introitus thermarum Albae Fucentis iuxta decumanum (*Via del Miliario*) exstructarum in media area fori antiquae urbis ex tessellis nigris compositum 4,55 longum a dextra fractum. Area inscripta 70 × (319). Litt. ex tessellis albis compositae 22. Rep. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis una cum tit. n. 7931. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 10043), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ

*Vibia C(ai) f(ilia) Galla balne[um]  
de sua pecunia ref(iciendum) cur[avit].*

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

Fig. γ: Im. phot. e F. DE VISSCHER repetita.

F. DE VISSCHER, *Bull. Acad. Belgique* s. 5°, 37, 1951, 410–411 (*AE* 1952, 19); ID., *L'Ant. Class.* 24, 1955, 70–71 n. 20a cum im. phot. tab. XXXI; ID., *ibid.* 30, 1961, 69–70 (*AE* 1962, 30); TOLLIS, *Alba Fucense* 63, cuius errores omisi; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 76 n. 201 cum im. phot. tab. LIII fig. 108; JOUFFROY, *La construction publique* 149; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 445 n. 195; FAGAN, *Bathing* 297 n. 188; DI BIASE, *Alba Fucens* 95 n. 32 cum im. phot. tab. XXI fig. 32; FUSCO, *Gestione delle acque* 281 n. 39. – Cf. F. DE VISSCHER, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 7, 1952, 4; EUND., *Nouvelle Clio* 4, 1952, 88–89; EUND., *Reflects du monde* 2, 1952, 8; EUND., *Archaeology* 12, 2, 1959, 125; EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 15, 1960 (1961), 303–304; J. MERTENS, in *Alba Fucens* I 71; SANTA MARIA SCRINARI, *Alba Fucens* 18; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 84; CHR. BRUUN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 51; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 481 ad n. 576; GROSSI, *Marsica* 57; D. LIBERATORE, in *Effetto Alba Fucens* 26–27; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 535–536; E. CECCARONI, in *Poco grano, molti frutti* 61; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 53; EUND., *Epigraphica* 75, 2013, 355–356; EUND., in *Valle di Comino* IX 33–34; P. PEN-SABENE, *BABesch* 94, 2019, 176. 181.

Puncta in formam quadrigoni redacta.

1 *bal[neum]* DE VISSCHER, *bal[nea]*, 2 *ref(iciunda)* FAGAN.

DE VISSCHER est opinatus Vibiam Gallam in hoc titulo laudatam esse filiam imperatoris Treboniani Galli (cum quo JOUFFROY et FAGAN quoque consentiunt), qui d. 11 m. Iun. a. 251 p. C. n. iam imperavit et est defunctus circ. m. Aug. a. 253 (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 200), eo magis, quod Albae Fucentis in lucem est detectus tit. honorarius n. 3916 ipsi imperatori dedicatus, scil. *Imp(eratori) Caesar(i) | C(aio) Vibio Traeboniano Gall(o) Pio Felici | Aug(usto), trib(unicia) pot(estate) | II, co(n)s(uli) II, p(atr) p(atr)iae, | s(enatus) p(opulus)q(ue) A(lbensium)* (etiam cf. PEACHIN, *Titulature* 273 n. 18). Attamen nemo dubitare potest, quin forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. vel paulo postea saltem adducat, inde Vibia Galla quaedam esse videtur (etiam vide COARELLI – LA REGINA

*l. l.*) Praeterea praetermittendum non est, quin ut inter OMNES constat vocabulum *balneum* usque ad primam aetatem imperatoriam commune fuerit (postea in usum vocabulum *thermae* plerumque fuit: etiam vide F. CANCRINI – S. M. MARENGO, in *Evergetismo* 61–62; de re universa vide R. REBUFFAT, in *Thermes romains* 23–28). De munificentia etiam vide W. ECK, in *Festschrift Vittinghoff* 295–301. Vibios alios iam inde a saec. I p. C. n. Albae laudatos invenies, cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 139–140; BUONOCORE, *ZPE* 52,

1983, 198 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 726); tit. n. 4041. 6350. 7920. 8010; adde tit. huius Corporis vol. VI 2517, in quo memoratur Titus Vibius Titi filius Munati[anus] tribulis tribu Oufen[tina] Albensis eques cohortis III praetoriae, de quo vide FORNI, *Scripta minora* 198; EUND., *Tribù* I V851; BUONOCORE, in *Tribù romane* 32. 34. Etiam vide infra ad tit., qui sequitur.

Ut supra scripsi, forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. vel paulo postea saltem adducit.

#### 7920 tit. operis publici

Tabula marmorea alt. 47 crass. 5,5/6 ex tribus partibus (*a-c*) inter se non coniunctis fere composita, in fronte levigata, a tergo paululum scabra. Pars *a* 28 × 23, pars *b* ex quattuor fragmentis inter se coniunctis efformata 47 × 112, pars *c* 12 × 16. Partes *b* et *c* a sinistra partis *a* certe ponendae sunt, scil. pars *c* ad v. 1 tituli et pars *b* ad v. 2–3 tituli pertinent. Litt. elegantissimae rubricatae 10 (v. 3) / 9,5 (v. 1–2; prima litt. I v. 1 supra versum eminens 10). Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40926), ubi a. 1992 descripti et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[C(aius)] Vīb[ius - - - quaes]t(or), Tīv[i]r aed(ilis), Tīv[i]r i(ure) d(icundo) itē[r(um) quinq(uennalis)],  
[ - - - pecuni]a s[ua faciendum] c[ur(avit) idemque] probavit;  
[V]ibia [C(ai) filia] G[alla] de s[u]o pos(uit).

Im. phot. a C. CASTELLANI sumpta.

CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 102 n. 279 cum im. phot. tab. LXXVIII fig. 164 (pars *a* tantum); titulum pleniorem publici iuris feci BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 354–356 n. 16 cum im. phot. fig. 13–15; ID., in *Valle di Comino* IX 32–34 cum im. phot. fig. 5–7 (*AE* 2013, 429).

Puncta in formam virgulae acclivis redacta.

Supplevi non sine dubiis. – [ - - ] II VI[R] [ - - ]R I D ITE[RVM] | [ - - ]VR IDEMQVE PRO[ - - ] | [ - - ]ALLA DE SV[ - - ] CASTELLANI.

Titulus mea sententia memorat magistratum Caium Vibium, qui opus quoddam faciendum curavit et probavit. Ex

eo, quod C. Vibius duovir aedilis et duovir iure dicundo iterum quinquennalis fuisse quoque videtur, Alba Fucens saec. I ex p. C. n. ius coloniae impetravit (etiam cf. infra tit. n. 7940–7941). Alios quaestores Albenses invenies tit. n. 3923. 3950. 7905. Vibia Galla, quae filia Caii Vibii esse videtur, titulum posuit. Si recte sum interpretatus, colligi potest Vibiam Gallam in hoc titulo laudatam eandem ac Vibiam Gallam tituli praecedentis esse, quae balneum de sua pecunia reficiendum curavit. Praeterea non est cur excludam, quominus opus a patre suo facto balneum ipsum esse possit. Attamen ex eo, quod nescio, ubi titulus sit repertus, mea coniectura sub iudice relinquatur.

Ex forma litterarum saec. I medii p. C. n. esse videtur.

#### 7921–7926 tit. ad opera publica quaedam pertinentes

Sex partes (A–F, scil. A = n. 7921; B = n. 7922; C = n. 7923; D = n. 7924; E = n. 7925; F = n. 7926) ex marmore albo venis caeruleis perfuso undique levigatae crass. 3,5, cuius area titulo inscribendo destinata excavata supra cymatio inverso cincta alt. 14,8 (tit. B), 9 (tit. A, C–F), infra fascia continua scalpro dentato dolata 7,5. Quamquam magna ex parte repertae sunt in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis inter reposita diversis autem inter se haud multum distantibus, excludendum non est, quominus partes pertineant ad epistylia nonnulla extracta eodem tempore, ut sane elicitur et ex forma litterarum affabre insculptarum et punctorum, quae in formam virgulae acclivis insculpta sunt, et ex modo, quo frons supra cymatio inverso cincta et infra scalpro dentato dolata est, nec non ex crassitudine lapidum. Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. saltem adducit vel etiam ad aetatem Augusti. Attamen incertum est, non solum quo ordine partes antiquitus sint positae, eo magis, quod litterarum mensura diversae sunt, verum etiam ad quae aedificia Albae Fucentis pertineant. – Ad tit. n. 7921, scil. [ - - ]er I[III] vir, *Helvacia* [ - - ], pertinent duae partes (*a-b*), scil. *a* sin. (22) × (16), *b* dex. ex quinque fragmentis inter se coniunctis composita (22) × (56); litt. 6/5,8; rep. inter a. 1951 et 1954 iuxta decumanum, q. d. *Via del Miliario*, nec non in taberna sign. n. 4 haud longe a basilica maiore. – Ad tit. n. 7922, scil. [ - - ] Rufus IIIvir i(ure) d(icundo) [ - - ] (*a*), [ - - ] sua pecun[ia - - ] (*b*), [ - - ]+C[ - - ] (*c*), pertinent tres partes (*a-c*), scil. *a* ex duobus fragmentis inter se coniunctis composita (23,8) × (104), *b* ex septem fragmentis (32) × (62,5), *c* (10) × (16,5); litt. 10 (litt. I supra versum eminens 12,5); pars *a* rep. a. 1951 iuxta decumanum, q. d. *Via del Miliario*, contra basilicam maiorem in crepidine ab occasu solis ad orientem versa; pars *b* rep. a. 1952 eodem loco in effossionibus ad tabernam sign. n. 2 in lucem detegendam institutis; attamen pars *c* nescio quando loco incerto. – Tit. n. 7923, scil. [ - - ] Rufus II[II]vir [ - - ], (16,4) × (22,7); litt. 7,3; rep. a. 1954 in effossionibus in foro institutis. – Ad tit. n. 7924, scil. [ - - ] Ga[ - - ]ena L(uci) filia Bassa [ - - ], pertinent duae partes (*a-b*), scil. *a* sin. (17) × (17,5), *b* dex. ex quattuor fragmentis inter se coniunctis composita (22) × (62); litt. 6/5; pars *a* rep. a. 1951 loco autem incerto; pars *b* rep. eodem anno in angulo ab occasu solis ad septentriones spectante iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*). – Ad tit. n. 7925, scil. [ - - ]as[us] II[II]vir [ - - ], per-

tinent duae partes (*a-b*), scil. *a* sin. (11,5) × (12), *b* dex. ex quinque fragmentis inter se coniunctis composita (11,5) × (15,5); litt. 5,8; attamen rep. nescio quando loco incerto. – Tit. n. 7926, scil. [- -]VLA[- -], (11,5) × (7); rep. autem nescio quando loco incerto. – Omnes partes servantur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 40919 tit. n. 7921. 7923–7926, inv. n. 40925 tit. n. 7922), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi. Vide *BUONOCORE*, in *Valle di Comino* IX 34–35 cum im. phot. fig. 8.

7921



Fig. α

Fig. β

[- -]er I[III]vir, Helvacia [- -].

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. BARRECA, *NS* 1952, 239 n. 2 cum im. del. (pars maior fragmenti dextri) inde *CASTELLANI*, *Epigrafi albensi* 69 n. 179. 2 cum im. phot. tab. XLIV fig. 87; duas partes composuit F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 67 n. 10; inde *CASTELLANI*, *l. l.* 73–74 n. 191 cum im. phot. tab. IL fig. 98; *BUONOCORE*, in *Fonti latine e greche* II 445 n. 191; *DI BIASE*, *Alba Fucens* 146 n. 65 cum im. phot. tab. XL fig. 65. – Cf. *BUONOCORE*, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 24 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* I 344 n. 24).

Quomodo restituendum cognomen cadens in [- -]er incertum est (cf. *SOLIN – SALOMIES*, *Repertorium*<sup>2</sup> 441). L. Helvacius C. f. M. n. Corbulo praetor tit. Albensi n. 6349 laudatur (etiam cf. B. *GUASTALLA*, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 140 et infra ad tit. n. 7980).

Videtur fuisse titulus ad opus publicum pertinens, quod quattuorvir una cum uxore sua dedicavit.

7922



Fig. α

pars a:

[- -]Rufus IIIvir i(ure) d(icundo) [- -]



Fig. β

pars b:

[- -] sua pequn[ia] [- -]



Fig. γ

pars c:

[- -]+C[- -]

Fig. α–γ: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

Pars a: F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 66 n. 8 cum im. phot. tab. XXIX (*AE* 1974, 302); *CASTELLANI*, *Epigrafi albensi* 73 n. 189 cum im. phot. tab. XLVII fig. 96; *BUONOCORE*, in *Fonti latine e greche* II 444 n. 188; *DI BIASE*, *Alba Fucens* 83–84 n. 24 cum im. phot. tab. XVI fig. 24. – Cf. *BUONOCORE*, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 21 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* I 344 n. 21). – Pars b: F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 71 n. 21 cum im. phot. tab. XXXII; *CASTELLANI*, *Epigrafi albensi* 77 n. 203 cum im. phot. tab. LIII fig. 109; *BUONOCORE*, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 196; *DI BIASE*, *Alba Fucens* 153 n. 71 cum im. phot. tab. XLIII fig. 71.

Coniunxi. – Pars b: *pequn[ia]* pro *pecun[ia]*; [- -] *de* sua *pequn[ia]* [- -] restituere quoque potuissem. – Pars c: + videtur esse vestigium litt. I vel N.

Ad quod opus faciendum epistylum pertineat, incertum est; attamen non excludo, quin de basilica maiore agatur, ex eo, quod tit. prope basilicam ipsam in lucem est detectus. Res autem incerta manet. Rufus idem in tit., qui sequitur, memorari esse videtur.

7923



[- -] Rufus II[II]vir [- -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 66 n. 9 (*AE* 1974, 303); *CASTELLANI*, *Epigrafi albensi* 73 n. 190 cum im. phot. tab. XLVIII fig. 97; *BUONOCORE*, in *Fonti latine e greche* II 445

n. 189; DI BIASE, *Alba Fucens* 85 n. 25. – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 22 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 344 n. 22).

Non excludo, quominus de eodem Rufo in tit. praecedente memorato agatur.

7924



Fig. α

Fig. β

[ - - ] Ga[ - - ]ena L(uci) f(ilia) Bassa [ - - ].

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77 n. 34 cum im. phot. tab. XXXIV (AE 1974, 311); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 81 n. 216 cum im. phot. tab. LVIII fig. 119; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 448 n. 209.

GA[ - - ]NA DE VISSCHER, qui autem non excludit, quominus illud Ga[ - - ] ad nomen gentilicium generis masculini, ex gr. Ga[vius], pertineat.

Supplementum nominis Ga[ - - ]ena incertum; ex gr. vide *Gabiēna*, *Gall(i)ēna*, *Gamidiena*, *Gamurena*, *Gaudiēna*, *Gaulēna*, *Gavidēna*, *Gaviēna*, *Gavolēna* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 84–86), quae autem nomina gentilicia in tit. Albensibus non reperio.

Videtur fuisse tit. ad opus publicum pertinens, quod Ga[ - - ]ena Lucii filia Bassa fortasse una cum marito suo dedicavit.

7925

[ - - ]assus II[IIIvir - - ].


Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. Fr. sin.: F. BARRECA, NS 1952, 240 n. 9; CASTELLANI, *Epigrafi albense* 69 n. 179. 9 cum im. phot. tab. II fig. 98. – Fr. dex.: F. BARRECA, NS 1952, 240 n. 4 cum im. del. fig. 4 (p. 239); CASTELLANI, *Epigrafi albense* 69 n. 179. 4.



Coniunxi et supplevi.

De cognomine Bassi, Crassi vel sim. agitur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 470); etiam vide tit., qui praecedit.

7926



[ - - ]VLA[ - - ]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. Supplementa incerta.

7927 tit. operis publici a quattuorviro aedile dedicati

Duae partes (a–b) ex lapide calcario inter se non coniunctae pertinentes ad idem epistylum crass. 16,5/16 in fronte scalpro dentato dolatum a tergo levigatum. Fr. a (38) × (27); fr. b (37,5) × (34). Litt. affabre insculptae 12 (v. 1). 11 (v. 2). Rep. Albae Fucensis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servantur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 40953), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.

[ - - ]cc[ - - ] IIIvir ae]d(ilis) ite[rum]  
[ - - ]us [ - - ]sua pecunia [fecit]

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

Puncta triangularia.

Supplevi non sine dubiis.

1 illud [ - - ]cc[ - - ] ad cognomen pertinere videtur (etiam cf. ad tit. n. 7909 et 8030). – 2 [arc]us, [grad]us, [lac]us, [portic]us, [spec]us vel sim. restitue; cf. tit. infra n. 7929, ubi quattuorvir porticum quandam ex senatus consulto reficiendam curavit.



Fig. α




Fig. β

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam adducit.

7928 tit. fortasse operis publici a quinquenniali dedicati  
Epistylum ex lapide calcario a dextra et a sinistra fractum ab utroque latere levigatum (17) × (26) × 25. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 7,6. Rep. a. 1954 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis inter vestigia antiquitatum in lucem detecta in ecclesia S. Petri vici *Albe*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40941), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[- -] quinq[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 79 n. 39 inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 82 n. 221; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 356–357 n. 17 cum im. phot. fig. 16 (*AE* 2013, 407).

[- -]VINO[- -] DE VISSCHER, CASTELLANI

Ex forma monumenti videtur fuisse tit. ad opus publicum pertinens, quod quinquennialis quidam dedicavit.

Saec. I p. C. n. labenti tribuerim.

7929 tit. operis publici a quattuorviro dedicati  
Tabula ex marmore a sinistra, supra et a dextra fracta undique levigata (22) × (39,5) × 3,3. Litt. affabre insculptae 5,7–5,5. Rep. a. 1967 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis in area *Albae Fucentis* prope

sacellum, q. d. *Herculis*, in regione angulari ad orientem vergente. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40933), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
[- -?] aed(ilis), IIIIv[ir - -]  
porticum [- -]  
ex s(enatus) c(onsulto) reflic(iendam) cur(avit).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 102 n. 276 cum im. phot. tab. LXXVII fig. 161; K. MAES – F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 25, 1985 (1986), 127. 133 adn. 15 cum im. phot. tab. VI fig. 16; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 258–259 n. 14 cum im. phot. fig. 15 (*AE* 1997, 469) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 339–340 n. 14 cum im. phot. 20); ID., in *Fonti latine e greche* II 443 n. 181; DI BIASE, *Alba Fucens* 82 n. 23 cum im. phot. tab. XVI fig. 23. – Cf. S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 223; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 52.

Puncta in formam aculei rosae insculpta.

PORTICVM | EX SCREF CASTELLANI. – [- -] | [- -] IIII [vir? - -] | porticum [- -] | ex s(enati) c(onsulto) ref[ecerunt? - -] MAES – VAN WONTERGHEM.

Incertum autem est utrum porticus tantum refecta sit necne.

Forma litterarum ad saec. I in. p. C. n. adducit.

7930 tit. fortasse operis publici a quattuorviro dedicati  
Tabula ex marmore undique fracta (22) × (30) × ?. Litt. *en grands caractères* (F. DE VISSCHER – F. DE RUYT). Rep. a. 1950 in media area *Albae Fucentis* apud forum in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis ad viam *Valeriam* restituendam institutis. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui a. 2011 e scheda DE VISSCHER – DE RUYT.

-----?  
[- - - IIIIv]r i(ure) d(icundo)  
-----?

F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 255; F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 57 (*AE* 1951, 20; etiam cf. *ibid.* 1952, p. 47); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 68–69 n. 178; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 445 n. 192; DI BIASE, *Alba Fucens* 67–74 n. 18. – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262 n. 29 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 344 n. 29).

Casu dativo supplere quoque potuissem. Videtur autem esse pars dextra tit. n. 7922 (pars a).

Aetatis imperatoriae incertae.

7931 tit. operis publici  
Opus musivum undique fractum i. e. pavimentum vestibuli siti ad regionem inter septentrionem et orientem vergentem introitus *thermarum Albae Fucentis* iuxta decumanum (*Via*

*del Miliario*) exstructarum in media area fori antiquae urbis ex tessellis nigris compositum. Litt. ex tessellis albis pessime compositae. Rep. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis una cum tit. n. 7919. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda DE VISSCHER.

-----?  
 [---]D[---]  
 [---]pecu]ni(a) sua refic[iend(---)] c[urav- -].

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 71 n. 20b; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 76–77 n. 202.

Agitur de refectione quadam thermarum, de quibus vide supra ad tit. n. 7919.

Forma litterarum, ut DE VISSCHER statuit, ad aetatem imperatoriam labentem adducit.

#### 7932 tit. operis publici

Epistylum ex lapide calcario undique in usum posteriore recte scissum in fronte levigatum a tergo paululum rude (25) × (83) × 19. Litt. 10. Rep. Albae Fucentis nescio quando. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*, ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
 [---] i(ure) d(icundo)  
 [---] faciun]dum coera[v- -].

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 101 n. 273 cum im. phot. LXXVI tab. fig. 158; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 352 n. 13 cum im. phot. fig. 11 (*AE* 2013, 404).

Punctum triangulare sursum directum.

2 [---] faciun]dum coera[v- -] pro [---] facien]dum cura[v- -].

Nescio utrum unus quattuorvir an duo quattuorviri iure dicundo opus quoddam faciendum curaverint.

Forma litterarum et puncti ad saec. I medium a. C. n. saltem adducit, cui tempori grammatica quoque congruit.

#### 7933 tit. opisthographus operis publici

Fragmentum tabulae marmoreae potius quam epistylii ex septem partibus inter se coniunctis compositum in usum posteriorem undique recte scissum inscriptum (I–II) nec non in utraque parte expolitum (32) × (59) × ?. I (in fronte): litt. affabre insculpate 20; II (a tergo): litt. exiles cornibus praeditae rubricatae 12 (v. 1), 14 (v. 2). Rep. Albae Fucentis a. 2008 in derivatione aquarum aedificii *Sala delle Colonne* nuncupati. Servari videtur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*. Descripsi quatenus potui ad im. phot. et ex EVERS – MASSAR a. 2012.




Fig. α

I in fronte:

-----  
 [---]EC F+[---]  
 -----



Fig. β

II a tergo:

-----  
 [---] II vi]r i(ure) d(icundo), p(atronus) c(oloniae), [---]  
 [---] sua pe]cunia [---]  
 -----

Fig. α–β: Im. phot. ex EVERS – MASSAR repetitae.

C. EVERS – N. MASSAR, in *Belgica et Italica* 125–126 cum im. phot. fig. 18–19 (etiam vide fig. ad p. 127) (*AE* 2013, 408a); BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 357–358 n. 18 cum im. phot. fig. 17 ab EVERS – MASSAR sumpta (*AE* 2013, 408b).

Tit. I: punctum in formam trianguli insculptum videtur; + est hasta recta, inde litt. E vel I. [*decur(ionum) d]ec(reto) fi[er]i iussit] dubitanter EVERS – MASSAR; cf. locutionem ex s(enatus) c(onsulto) ref[ic(iendam) cur(avit)] tit. n. 7929. – Tit. II: puncta in formam hederæ exarata. Supplevi; [---] III vi]r(i) i(ure) d(icundo) p(onendum) c(uraverunt) | pe]cunia | [publica] dubitanter EVERS – MASSAR. De colonia vide ad tit. n. 7920. 7940–7941.*

Ex litterarum forma tit. I aetatis imperatoriae in. esse videtur, tit. II saec. III p. C. n. tribuerim.

#### 7934 tit. operis publici

Epistylum marmoreum ex quinque partibus (scil. a–e) inter se fere non coniunctis compositum alt. 36 crass. 4,5/4 in fronte scalpro dentato dolatum a tergo levigatum attenu magna ex parte in usum posteriorem scissum [lat. frg.

*a:* (21); *b:* (16); *c:* (26); *d:* (24); *e:* (59).  
Litt. affabre insculptae 23. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servantur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40944), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α

Fig. *a:*  
[- -]E[- -]




Fig. β

Fig. *b:*  
[- -]X[- -]




Fig. γ

Fig. *c:*  
[- -]A[- -]



Fig. δ

Fig. *d:*  
[- -]M[- -]



Fig. ε

Fig. *e:*  
[- -]VNIA[- -]

Fig. α–ε: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 358–359 n. 19 cum im. phot. fig. 18–22; ID., in *Valle di Comino IX* 36–37 cum im. phot. fig. 11–15.

Non excludo, quominus restituendum sit [- -] ex [test]am[ento] pec[unia] [sua - -]. Epistylum pluribus tabulis inter se conexas compositum esse videtur. Attamen ad quod opus pertineat, diiudicare non possum.

Forma litterarum ad aetatem imperatoriam, quae dicitur Augustea, vel paulo postea adducit.

7935 = I<sup>2</sup> 3273 tit. labri

Duo fragmenta (*a–b*) marginis labri ex lapide calcario diam. circ. 90 undique levigata. Litt. paululum incisae 5. Rep. Albae Fucentis ante a. 1955 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servari videntur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini*, ubi autem a. 1992 non reperi. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda DE VISSCHER et ad im. phot.



Fig. α



Fig. β

Fig. *a:*  
[- -?] Helv[io] C(ai) f(ilio), C(aio) Helv[io] - -]

Fig. *b:*  
[- -] Helv[io] [- -]

Fig. α: Im. phot. frg. *a* a DE VISSCHER sumpta.

Fig. β: Im. phot. frg. *b* a LA REGINA facta.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 76–77 n. 33 cum im. phot. tab. XXXIV; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 80–81 n. 215; A. DEGRASSI, *I<sup>2</sup> 3273* cum im. phot. tab. 90 fig. 1–2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 448 n. 210; DI BIASE, *Alba Fucens* 160 n. 78 cum im. phot. tab. XLV fig. 78.

Litt. L cum hasta acclivi loco libratae; litt. O rotunda; litt. V apertissima. – Puncta triangularia sursum directa.

Videtur fuisse labrum Helviis duobus fortasse fratribus dicatum a Caio Helvio fortasse patre. Res autem incerta manet.

Forma litterarum ad saec. I in. a. C. n. vel paulo antea adducit.

#### 7936 tit. incerti generis

Fragmentum epistylii marmorei ex duabus partibus inter se coniunctis compositum undique levigatum, cuius infra servatur cymation inversum areae titulo inscribendo destinatae (31) × (52) × 4,8. Litt. affabre insculptae circ. 24. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40949), ubi a. 1992 descripsi.



-----  
[- - - ple]bei II[- - -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

Supplevi non sine dubiis.

Suspicio titulum ad distributionem quandam esse referendum; nota numeri ad sestertios *II* vel *III* vel *IIII* pertinet; attamen incertum est, utrum agatur de distributione instituta ex donatione an ex testamento an ob statuam dedicationem an ob honorem officii cuiusdam et cet.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7937 tit. incerti generis quattuorviri

Tria fragmenta (*a–c*) ex lapide calcario crass. 6 inter se non coniuncta ad eandem tabulam pertinentia in fronte scalpro dentato dolata a tergo levigata; area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta cuius pars supra exstat. Frg. *a* (58) × (35), frg. *b* (50) × (29), frg. *c* (54) × (76); litt. affabre insculptae 13–11, scil. frg. *a* 13 (v. 1), 11,5 (v. 2), 11 (v. 3), frg. *b* 13 (v. 1), 11,5 (v. 2), 11 (v. 3), frg. *c* ex tribus partibus compositum 11 (v. 1–2). Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servantur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40943), ubi a. 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α

Frg. *a*:

[- - -] L TR[- - -]  
[- - -] REA [- - -]  
[- - -] + T + [- - -]  
-----



Fig. β

Frg. *b*:

[- - -] S D[- - -]  
[- - -] JELLO[- - -]  
[- - -] VR+[- - -]  
-----




Fig. γ

Frg. *c*:

-----  
[- - -] NA M[- - -]  
[- - -] IIIIVIR [- - -]



Fig. α-γ: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 3644).

Puncta in formam aculei rosae insculpta.

Frg *a* et *b* ex modo litterarum ad v. 1-3 tabulae pertinent videntur, frg. *c* ad v. duos ultimos tabulae, quae tabula autem non excludo, quominus versibus quattuor tantum exarata sit. Attamen nescio quo modo ipsa sit restituenda. – Frg. *a*: 1 litt. L ad praenomen *Lucius* certe referendum; Albae Fucentis non reperies nomina gentilicia, quae incipiunt in *Tr-* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 189–191. 489; O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 223); 2 fortasse cognomen cadens in *-rea*, scil. ex. gr. [*Lau*]rea, [*Oc*]rea (cf. SOLIN – SALOMIES, *l. l.* 429); 3 + prior est vestigium hastae rectae inde litt. E, I, N (ex. gr. *et*, [*fec*]it vel [*feceru*]nt), altera vestigium litt. incertae. – Frg. *b*: 1-2 subest ratio quaedam casu nominativo posita (2 ex. gr. nomen Vellonii); 3 + vestigium litt. incertae. – Frg. *c*: 1 colligi potest rationem nominis feminini fuisse scil. [- -]na *M(arci) [f(ilia) - -]*, quamquam non est cur excludam, quominus fuerit nomen generis masculini cadentis in *-na*.

Potius quam titulus sepulcralis fuisse videtur titulus operis cuiusdam quod quattuorvir (vel etiam quattuorviri) fecit. Attamen tota res sub iudice relinquatur.

Ex forma litterarum ad saec. I in. p. C. n. tribuerim.

7938 tit. sepulcralis principis legionis cuiusdam

Basis ex lapide calcario marginibus fracta in fronte et a tergo flore pateraue inter triglyphis insculptis ornata 87/88 × 48 × 43/41,4. Litt. 5-4. Saepo areae sepulcralis cuiusdam inserta esse videtur, ex eo, quod cippi alii duo nulla autem inscriptione praediti eiusdem fere mensurae (91/92 × 41 × 27/28) in proximo in lucem sunt detecti. Rep. m. Febr. a. 2015 in favissis prope coemeterium vici *Paterno* sitis. Servatur *Celano* inter reposita musei *Paludi* nuncupati, ubi d. 8 m. Sept. a. 2015 CESARE LETTA descripsit et me officiose certiore fecit.



*M(arcus) Herennius T(itus) f(ilius)  
Burria pr(inceps).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine nota n.

C. LETTA, in *Fucino* VI 285–287 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (*AE* 2017, 381).

Puncta in forma trianguli et quadrati insculpta. – Litt. E instructa hastis libratis eiusdem mensurae; litt. P ventre aperto recurvato.

De nomine gentilicio Herennii fusius in tit. Albae Fucentis repertis memorato vide H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 241–257; etiam S. ANTOLINI – S. M. MARENGO, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* II 671. Rarum cognomen Burriae redit ex. gr. tit. huius Corporis vol. XI 2064 (cf. p. 1276); XIV 2187; *AE* 2002, 403. Ut recte LETTA coniecit, qui respuit solutiones ex. gr. *pr(aetor)* vel *pr(aefectus)*, M. Herennius Burria fuisse videtur bello Marsico princeps legionis cuiusdam, de qua appellatione inter al. vide LE BOHEC, *L'armée romaine* 21. 23. 27. 41. 44. 47. 56 (= EUND., *Imperial Roman Army* 21. 22. 23. 27. 40. 43. 45). Etiam vide supra ad tit. Aeserninum n. 6762, ubi laudatur princeps et curator quidam.

Ex forma litterarum punctorum et monumenti saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7939 tit. incerti generis

Epistylum ex lapide calcario sufflavo ab utroque latere fractum undique levigatum 16 × (87) × 17. Litt. affabre insculptae 8,2. Rep. a. 1952 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis insertum in pavimento ecclesiae S. Nicolai sitae in vico *Albe Vecchia*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40895), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[- - - so]cietatis +[- - -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 72 n. 22 cum im. phot. tab. XXXIII; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 77 n. 204 cum im. phot. tab. LIV fig. 110; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 197.

Punctum in formam stellulae redactum. – + vestigium litt. O vel Q.


Curator quidam societatis nempe funeraticiae (de re universa vide W. BROEKAERT, *Historia* 61, 2012, 221–253) memorari videtur; cf. tit. huius Corporis vol. VI 10326 = I<sup>2</sup> 1274 (cf. p. 974) = *ILS* 7878 = *ILLRP* 767, ubi laudatur Caius Causinius Scolae libertus Spinter, qui in societate primus curator factus est. De re universa etiam vide C. GIRARDI, in *Instrumenta Inscripta* V 173–193.

Ex forma litterarum, quae recentiores non esse videntur, saec. II p. C. n. tribuerim.

7940 tit. editionis muneris

Tabula ex lapide calcario ex duabus partibus inter sese coniunctis fere composita, in fronte scalpro dentato dolata autem supra imminuta, a tergo paululum rudis (85) × (90) × 49. Litt. 6. Rep. a. 1950 in media area Albae Fucentis apud forum in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis ad viam Valeriam restituendam institutis. Uterque pars servatur *Celano* inter reposita castelli olim

gentis *Piccolomini*, ubi a. 1987 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi, scil. pars sinistra (33) × (19) × (35) (inv. n. 40940) inter reposita, pars inferior (52) × (90) × 49 in cavaedio.



*P(ublius) Le[.....]esia[nus],*  
*M(arcus) S[.....] Marc(- - -),*  
*gladiatorum par(ia) [- - -]*  
*in colonia Alba Fuc(ente)*  
 5 *adiecta venatione*  
*legitima, ediderunt[.]*  
 - - - - - ?

Im. phot. a F. DE VISSCHER sumpta (adde im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* 60.56; im. phot. partis inferioris ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.).

F. DE VISSCHER, *Bull. Acad. Belgique* s. 5<sup>o</sup>, 36, 1950, 268–271 cum im. phot.; F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 253–254 cum im. phot. fig. 5 (cf. *AE* 1951, 19; *ibid.* 1952, p. 47); F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 56–57 cum im. phot. tab. III fig. 4 (*AE* 1951, 19); F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 66 n. 7; TOLLIS, *Massa d'Albe* 18; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 73 n. 188; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 67–68 n. 41 cum im. phot. tab. XIX fig. 1 (e DE VISSCHER); FORA, *Munera gladiatoria* 153 n. 172; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 443 n. 178; DI BIASE, *Alba Fucens* 76–78 n. 20 cum im. phot. tab. XIV fig. 20; CIABARRA, *Anfiteatri* 63–64 n. 1.3.2 cum im. phot. fig. 32 (e DE VISSCHER – DE RUYT). – Cf. F. DE VISSCHER, *Nouvelle Clio* 4, 1952, 89; EUND., *L'Ant. Class.* 29, 1960, 53; TOLLIS, *Alba Fucense* 72; F. DE RUYT – J. MERTENS, in *Alba Fucens* I 17; S. SEGENNI, in *Epigrafia e territorio* VII 142; BUONOCORE, in *Ex adversis fortior resurgo* 36.

Puncta triangularia haud semper signata (vide v. 1 et 4).

1 PLE[- - -] priores editores, inde de nomine gentilicio Plestini cogitaverunt (etiam cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103 et supra ad tit. *Supinatem* n. 7815); mea autem sententia agitur de praenomine Publii et de nomine quod incipiens in *Le[- - -]* attamen adhuc ignotum in regione Albensi (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 102–104. 484; O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 220); de cognominibus, quae terminantur in *-esianus*, vide SOLIN – SALOMIES, *l. l.* 462. – 2 *Marc(ellus, -ianus, -ius, us)*- vel similia. – 3 *par[ia]* DE VISSCHER – DE RUYT – CIANFARANI. – Errores TOLLIS sprevi.

Memorantur duo magistratus fortasse duoviri Albae Fucensis, quae urbs saec. II p. C. n. ius coloniae impetrare potuisset (etiam cf. tit. sequentem; de re universa praeter DE VISSCHER – DE RUYT, *l. l.* 57 vide, quae EGO scripsi in *Epigraphica* 59, 1997, 259–260 [= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 340]; vide supra ad tit. n. 7920), qui ediderunt munus gladiatorium una cum venatione legitima, i. e. venatio scil. edita respectu quarumlibet normarum et regularum (cf. *ThLL* VII 2, col. 1112–1113). De venatione legitima cf. tit. huius Corporis vol.

IV 3884 et XI 6357; etiam vide VILLE, *Gladiature en Occident* 388; P. GARNSEY, *Historia* 10. 1971, 323; M. FORA, *Misc. Greca e Romana* 16, 1991, 203; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale*, *l. l.* 150; G. CAMODECA, in *Pompei* 329.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis locutiones adhibitae sane congruunt.

#### 7941 tit. editionis muneris

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata, a tergo paululum rudis (18) × (32) × 36. Litt. 6,5 (litt. O v. 1 minoris mensurae 4,5). Rep. inter a. 1949 et 1950 immissa muro ad occidentem verso ecclesiae S. Petri vici *Albe*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40903), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



- - - - -  
 [- - -] gladiato(rum)  
 [par(ia) - - -] in colonia  
 [Alba F]ucens[te]  
 - - - - -

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 3647).

F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 254 (cf. *AE* 1951, 19; *ibid.* 1952, p. 47); F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 56 (cf. *AE* 1951, p. 12); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 68 n. 177; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 85 n. 56 cum im. phot. tab. XXV fig. 3 (e DE VISSCHER); FORA, *Munera gladiatoria* 153 n. 173; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 444 n. 183; DI BIASE, *Alba Fucens* 151 n. 69 cum im. phot. tab. XLII fig. 69; CIABARRA, *Anfiteatri* 64–65 n. 1.3.2 cum im. phot. fig. 32 (e BUONOCORE). – Cf. BUONOCORE, in *Ex adversis fortior resurgo* 38.

Puncta nulla.

Supplevi. – Vide ad tit. praecedentem.

Saec. II p. C. n. esse videtur.

#### 7942 tit. distributionis cuiusdam

Fragmenta duo (*a*–*b*) inter se non coniuncta, quae ad eandem tabulam crass. 0,9 ex marmore venis roseis et nigris perfusam undique levigatam pertinere mihi videntur; frg. *a* (10,5) × (12); frg. *b* ex duabus partibus compositum (9) × (14,5). Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 4,2/4. Rep. in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis, scil. frg. *a* rep. a. 1951 Albae Fucensis in taberna sign. n. 4 sita iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*); frg. *b* in lucem est detectum nescio autem quo loco antiquae urbis. Frg. *a* servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 2194), ubi a. 1983 contuli; frg. *b* exstat *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 41005), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



Fig. α

Frg. a:

-----  
 [ - - ] plebi [ - - ]  
 [ - - ] vino [ - - ]  
 -----



Fig. β

Frg. b:

-----  
 [ - - ] patr [ - - ]  
 [ - - ] bia [ - - ]  
 -----

Fig. α: Im. phot. frg. a ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26693.  
 Fig. β: Im. phot. frg. b ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 Frg. a: F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 70 n. 38 cum im. phot. tab. XXXV; inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 82 n. 220. Utrumque fragmentum edidi BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 360–361 n. 20 cum im. phot. fig. 22–23 (*AE* 2013, 409 a-b); ID., in *Valle di Comino IX* 37–38 cum im. phot. fig. 16–17.

Frg. a: 1 *pleb[i]* DE VISSCHER. – 2 [ - - *adiecto pane et vino* mihi venit in mentem collectis tit. ex. gr. huius Corporis vol. X 5796 = *ILS* 6268, XI 4395 = *ILS* 6632; attamen non excludo, quominus subsit vocabulum *quinquennalis/quinquennialitatis* inde iunctura [*ob honorem q[ui]nq[ue]nnalitatis*] vel sim. – Frg. b: 1 subest fortasse vocabulum *patronus* vel *patronatus* casus autem incerti positum potius quam *patri*. – 2 de nomine gentilicio Albiae fortasse agitur (cf. tit. n. 3911. 7956. 7987); res autem incertissima manet.

Dubium non est, quin titulus ad distributionem quandam pertineat; attamen incertum est, utrum agatur de distributione instituta a patrono Albensi quodam ex donatione an ex testa-

mento an ob statuae dedicationem an ob honorem officii cuiusdam et cet.

Forma litterarum ad alteram partem saec. II p. C. n. adducit, cui temporis locutio *adiecto pane et vino* si recte suppleri congruit, quae locutio ut inter OMNES constat inde ab aetate Hadrianea communis esse videtur (vide A. TCHERNIA, *Epigraphica* 44, 1982, 57–58; MROZEK, *Distributions* 43).

## 7943 tit. oris fontis cuiusdam

Os potius quam calix plumbeum fontis cuiusdam (diam. 21 max. 12 min.; litt. 2,5 DE NINO) rep. nescio quando prope vicum *Forme*. Servari videtur in aedibus gentis *Pace* sitis in via *Anini* sub n. 18 vici *Massa d'Albe*. Descripsi quatenus potui a. 2011 ex DEVIJVER – VAN WONTERGHEM et ad im. phot.



M(arcus) Instedius Clemens.

Im. phot. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM sumpta.

DE NINO, *ms.*, II vers., 1° serie, b. 11, fasc. 185 (epistula missa d. 9. m. Febr. a. 1888 cum ectypo chartaceo); H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 179 cum im. phot. tab. XII litt. c. – Cf. BRUUN, *Water Supply* 21 adn. 6. 131 adn. 61; ROSE, *Studi* 90 cum im. del. ex ectypo a DE NINO sumpta et im. phot. fig. 93.

Puncta in formam trianguli incisa.

Fistulam solidam esse non credo; de fistulis solidis vide BRUUN, *l. l.* 126. 131 (etiam cf. P. PACE, in *Trionfo dell'acqua* 146–149; TH. SCHIOLER, *ibid.* 163–164. 168); cf. tit. Aletrii repertum scil. huius Corporis vol. X 5807, de quo vide BORLENGHI, *Campus* 183–184 n. 1 cum amplissima bibliographia et F. DEMMA, in M. ABERSON – M. C. BIELLA – M. DI FAZIO – P. SÁNCHEZ – M. WULLSCHLEGER (Ed.), *L'Italia centrale e la creazione di una koiné culturale? I percorsi della «romanizzazione»* (*Études Genevoises sur l'Antiquité* 3), Berne 2016, 365–391. Nomen Instedii aliunde ignotum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 97).

Saec. I p. C. n. esse videtur.

## 7944 tit. sepulcralis seviri Augustalis

Cippus ex lapide calcario a dextra et ab utroque latere imminutus 40 × (60 sup. / 40 inf.) × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. affabre insculptae esse videntur. Rep. a causarum actore *Giuseppe Carusi* in vinea sua effodienda sub praedio S. Salvatore nuncupato prope vicum *Paterno* haud longe a *Celano*. Inde translatus est *L'Aquila* in aedes eiusdem *Carusi*. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda PERSICHETTI.

C·HERENNIO                    TITI  
 TERMINALI                    AN  
                                          SEVIR·AVG·                    RA  
 LVPERCVS·L·

Col. A:	Col. B
<i>C(aio) Herennio</i>	<i>Titi[- - -]</i>
<i>Terminali</i>	<i>An[- - -],</i>
<i>sevir(o) Aug(ustali)</i>	<i>Ru[- - -]</i>
<i>Lupercus l(ibertus).</i>	-----?

Im. a PERSICHETTI del.

N. PERSICHETTI, NS 1911, 377–378 (AE 1912, 113); H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 253 n. 5 (col. A tantum); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 67–68 n. 174; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 198; DI BIASE, *Alba Fucens* 113 n. 40 cum im. del. tab. XXVII fig. 38 e PERSICHETTI repetita. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 122 adn. 68; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/16, 1984/86, 165 n. 11; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 176. 181.

Col. A: de nomine gentilicio Herennii fusius in tit. Albae Fucensis repertis memorato vide DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *l. l.* 241–257. De seviris Augustalibus Albensibus vide infra ad tit. n. 7946. – Col. B: memorari videntur feminae duae, scil. *Titi[- - -] An[- - -]* et *Ru[- - -]*; tit. Albensibus collectis nomina gentilicia Titii (n. 3949. 7888. 7905. 7906), Titledii (n. 3950. 4035), Rubrii (n. 4025. 7996. 7997) et Rufrii (n. 4033) invenies. Attamen cf. infra ad tit. n. 7948 sevir(o) Augustali nec non dendrophoro dicatum, ubi in latere cognomina tantum sunt insculpta.

Saec. I p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

7945 = EE VIII p. 46 n. 186 (cf. p. 206 n. 826) tit. sepulcralis sevirii

Tabula ex lapide calcario marginibus effracta undique levigata 57 × 102 × 24. Area titulo inscribendo destinata excavata scalpro dentato dolata cymatio inverso cincta 39 × 83,5. Litt. 5,5. Rep. a. 1884 a comite Cesare Pace in sepulcreto in regione ad occasum solis spectante, q. d. *Torrioni*, prope vicum *Massa d'Albe*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40899), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*C(aius) Lucceius Optatus  
 Ceriolus sevir,  
 Tituleia Chia.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1885, 482 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 656) (= ID., *Scoperte archeologiche* 219) cum im. del.; ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 46 n. 186 (cf. p. 206 n. 826); G. FIORELLI, NS 1890, 247, qui descripsit ad ectypum chartaceum missum ab E. CANALE PAROLA; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 61–62 n. 157 cum im. phot. tab. XXXVIII fig. 75; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 154; DI BIASE, *Alba Fucens* 138–139 n. 58 cum im. del. tab. XXXV fig. 58. – Cf. RAGUSA, *Brevi cenni* 27; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 165 n. 14.

Puncta in formam aculei rosae insculpta.

Lucius Nonius Aescinus sevir tit. n. 3944 quoque laudatur. De seviris Augustalibus Albensibus vide infra ad tit. n. 7946. Caium Lucceium alterum tit. n. 7979 quoque invenies (de quo nomine etiam cf. C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 95); fusius autem nomen gentilicium Tituleii occurrit: cf. tit. n. 3926. 3927. 3928. 3952. 8003; de re universa vide B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 137–138.

Ex forma litterarum saec. I ex. p. C. n. tribuerim.

7946 tit. sepulcralis sevirii Augustalis et curatoris arcae

Ara ex lapide calcario corona in fronte et ab utroque latere prominente praedita acroteriis floralibus et in media area corona vittata ornata infra fracta undique passim umore et fissuris deleta nec non musco circumlita (110) × 88/73 × 73/65. In latere dextro volumen, in latere sinistro codex effinguntur [de quibus anaglyphis praeter DEVIJVER – VAN WONTERGHEM *l. infra l.* vide BUONOCORE, *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 24–25 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 117–120)]. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et ab utroque latere servantur, (58) × 53. Litt. magna ex parte evanidae 7–4,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur saec. XIX in vico *Cese* apud aedes gentis *Tomei*, ubi ROSSI et GARRUCCI descripserunt. Nunc exstat *Avezzano* prope aditum musei municipalis, ubi a. 1982 et 2012 contuli et m. Ian. a. 2015 cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.




Fig. α




Fig. β



Fig. γ

*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Ç(aio) Pöpuleno Nata-*  
*li şev(iro) Aug(ustali), çur(atori)*  
*arç(ae) şev(irum),*  
 5 *C(aius) Pöpulus Nata-*  
*lis et Populena*  
*[D]aphne fili*  
*et Populena*  
*Frisonia con(iunx)*  
 10 *b(ene) m(erenti) p(osuerunt).*

Fig. α: Im. a ROSSI del.

Fig. β: Im. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM del.

Fig. γ: Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 9678).

ROSSI, *ms.* f. 30r (*Esiste avanti il Portone della Villa Tomei nelle Cese. Palmi 4, e once 3; Palmi 2 on(ce) 9*) cum im. del.; R. GARRUCCI, *La Civiltà Cattolica* 33, s. 11°, 9, 1882, 215–216 cum im. del.; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 65 n. 167 cum im. phot. fig. 82; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 155–164 cum im. del. fig. 1 et im. phot. tab. I–III (*AE* 1987, 333); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 199; CATALI, *Museo Lapidario* 66 n. 54 cum im. phot.; DI BIASE, *Alba Fucens* 108–112 n. 39 cum im. phot. tab. XXVI fig. 39. – Cf. L. ORLANDI, *I Marsi* 260–261 n. 10; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 70 n. 102; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 230–231; BRANCATO, *Repertorium* II 94; BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 30; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 490. 491. 492.

Puncta distingui nequeunt.


Dedi talem qualem publici iuris fecerunt DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui titulum amplissime tractaverunt nec non varias lectiones ROSSI et GARRUCCI (ex quibus pendet CASTELLANI) collegerunt, inde iterare nolo. – [- -]DIA . PVB | F. TERTIA . PARENT | I. P. male CATALI, qui, editione DEVIJVER – VAN WONTERGHEM neglecta, transcripsit lectionem ORLANDI et ORLANDI – VERI tit. n. 7973 infra laudati.

Fusius seviri et seviri Augustales in tit. Albensibus memorantur: vide DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *l. l.* 165–166 et BUONOCORE in *ZPE* 108, 1995, 127 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 82); etiam cf. R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 157; arca Augustalium ex. gr. nominatur tit. Reatino n. 4691; de re universa vide ABRAMENKO, *Munizipale Mittelschicht* passim et M. ADAMO MUSCETTOLA, *RM* 107, 2000, 79–108. Rarissimum nomen gentilicium Populeni redit supra tit. n. 7888 (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 487).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7947 tit. sepulcralis seviri Augustalis

Cippus ex lapide calcario supra fortasse semicirculatus, in fronte levigatus, a tergo scaber (35) × (47) × 13,5. Litt. ad actuarias transgredientes 5,8–4. Rep. a. 1951 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis in viridario colonicae ecclesiae S. Petri vici *Albe* (a. 1924 RAGUSA *l. infra l.* titulum inspexit in viridario aedificii cuiusdam olim monasterii prope eandem ecclesiam S. Petri). Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5453), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



L(uci) Vibi Fausti  
sevir(i) Auguș(talis);  
[i]n fro(n)te p(edes) XV[- - in agr(o) p(edes) - -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 76 n. 32; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 80 n. 214 cum im. phot. LVIII fig. 118; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 165 n. 13; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 200; DI BIASE, *Alba Fucens* 142 n. 61 cum im. phot. tab. XXXVIII fig. 61. – Cf. RAGUSA, *Brevi cenni* 27; C. EVERS – N. MASSAR, in *Fucino* V 270; EASD., *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 213; EASD., in *Belgica et Italica* 121.

Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis redacta.  
2 Aug[ustalis], 3 [i]NFRO PX DE VISSCHER et CASTELLANI.

De seviris Augustalibus Albensibus vide supra ad tit. n. 7946. Tit. n. 4041 laudatur L. Vibius L. I. Stabilio quidam.  
Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7948 tit. honorarius sevir Augustali et dendrophoro dedicatus

Cippus ex lapide calcario supra, a dextra et infra fractus, in fronte levigatus autem fissuris passim laesus a tergo scaber (38) × (52) × 33. Area tit. A inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars a sinistra servatur. Litt. 6,8/5,2. In latere sinistro (tit. B) litt. ad actuarios transredientes 3. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in viridario aedium gentis *Pace* iuxta viam *Anini* sub n. 18 vici *Massa d'Albe* sitarum, ubi a. 1983 contuli.




Fig. α

Tit. A (in fronte):

-----  
șaçeș[doti - -]  
seviru Au[g(ustali)],  
dendropho[ro],  
quinq(uennali), șu[a p(ecunia)];  
5 l(ocus) d(atuș) d(ecurionuș) [d(ecreto)].



Fig. β

Tit. B (in latere sinistro):

-----  
[- -]aq[- -]  
Successuș,  
Velox,  
Telemachus,  
5 Faustus  
Acutio  
Felix  
Ianuarius  
Ferox.

Fig. α: Im. phot. ex neg. *D.A.I. Rom* 83.1003 (tit. A).  
Fig. β: Im. phot. ex neg. *D.A.I. Rom* 83.1002 (tit. B).  
Tit. A: F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 63 n. 2 cum im. phot. tab. XXVIII (*AE* 1956, 4); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 70–71 n. 183 cum im. phot. tab. XLV fig. 90; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 165 n. 12; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 446 n. 201; DI BIASE, *Alba Fucens* 96–97 n. 33 cum im. phot. tab. XXII fig. 33. – Cf. K. MAES – F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 25, 1985 (1986), 137 adn. 47; BOLLMANN, *Vereinshäuser* 403;

C. EVERS – N. MASSAR, in *Fucino V* 270; EASD., *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 213; EASD., in *Belgica et Italica* 121. – Tit. B: CASTELLANI, *I. I.* 97–98 n. 264 cum im. phot. LXXI fig. 148. – Titulum pleniorem publici iuris feci *Epigraphica* 75, 2013, 361–363 n. 21 cum im. phot. fig. 25–26 (*AE* 2013, 410a-b).

Puncta tit. A in formam taeniolae insculpta.

Supplevi. – Tit. A: 1 S ÇL̄I[- -], 4 su[a pecunia], 5 l(ibens) d(onum) d(edit) DE VISSCHER inde CASTELLANI. – Tit. B: [- -] SVCCESSV[S] | [- -]VN̄O[- -] | [- -]PHIMACIIV[- -] | [- -] AV IV[- -] | [- -] VTI [- -]O | [- -] III [- -]X | [- -] IANVARIV S | [- -] ENO [- -] CASTELLANI.

Tit. n. 3938 laudatur sevir Augustalis alter nec non dendrophorus Albensis, scil. Marcius Faustus; de seviris Augustalibus Albensibus vide supra ad tit. n. 7946; de collegio dendrophorum inter al. vide AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 74–78. Cognomina in tit. B memorata ad dendrophoros potius quam ad seviros Augustales pertinere videntur, qui titulum dedicaverunt.

Litterarum forma ad saec. II p. C. n. adducit.

7949 tit. sepulcralis sevir fortasse Augustalis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (38) × (23) × ?. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Antrosano* muro cuidam interiori affixa viridarii domini *Antonello Diodati* siti apud ecclesiam Sanctae Crucis, ubi m. Iun. a. 2014 CESARE CASTELLANI recognovit et me certiore fecit.



-----?  
[- -]iae  
[- -]ntissim[ae]  
[- - Arc]hagathu[s]  
[- -]d(- -) fecit e[st]  
5 [- -] Noemon[i]  
[sev(iro)] Aug(ustali)  
-----?

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

4 punctum in formam virgulae acclivis insculptum.

2 [filiae vel uxori pie]ntissim[ae] vel [ama]ntissim[ae] vel sim. ex. gr. – 3 cognomen Archagathi rarissimum; cognomen *Ephagathus* pro *Epagathus* parum probabile. – 4 in. quomodo illud D recte solvendum adhuc incertum; ex. gr. cf. tit. sepulcralem a F. GALLI publici iuris factum in *Sestinum* 201–202, ubi legitur locutio [monument]um d(ecreto) d(ecurionum) r(es) p(ublica) p(ublico) s(umptu) f(ecit). Quin Archagathus quatuorvir i(ure) d(icundo) fuerit, dubito.

De seviris Augustalibus Albensibus vide supra ad tit. n. 7946.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim.

7950 tit. sepulcralis vilicae

Stela lapidis calcarii supra rotundata ex tribus partibus inter se coniunctis fere composita ab utroque latere et supra fracta, in fronte levigata, a tergo et infra rudis (89) × (79) × 17. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta. Litt. impares 6–4. Infra titulum anaglypha tria ad mundum muliebrem pertinentia insculpta, scil. a sinistro cista, speculum et duae soleae [de quibus anaglyphis vide BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131); praesertim L. SENSI, in *Civiltà dei Romani* 176–186; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15–16]; a dextra supra alteram soleam incisa imago quaedam. Rep. a. 1973 in effossionibus ad cloacas faciendas institutis in regione, q. d. *Caruscino*, sita haud longe ab *Avezzano* una cum tit. n. 7969. 8000. 8009. Eodem anno immissa est a domino *Enrico Veri* in museum municipale *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 descripsi et m. Oct. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----?  
[Sec]unda  
P(ubli) Novi vilica,  
[Fel]ix posit et A(ulus) P-  
[ap]lius Musedsa lib(ertus),  
5 [prob]isuma.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2805). CASTELLANI, *Museo* 13; ID., *Epigrafi albensi* 95 n. 258 cum im. phot. tab. LXVIII fig. 142; CATALI, *Museo Lapidario* 49 n. 33 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Antiquitas* 43 n. 19. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 122 adn. 67; EUND., in *Epigrafia dei Marsi* 144. 310; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 40; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 229; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491; M. MONGARDI, in *Homenaje José Remesal Rodríguez* 1088.

Litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis. Puncta in formam aculei sagittae haud semper insculpta.

Supplevi non sine dubiis. – [- - -]NDA | [- - -]NOVI VILICA | [- - -]II LLX POSIT II TAP [- - -] | [- - -]VSMVS II DASL II | [- - -] SVMA CASTELLANI; [- - -] SECV]NDA | [- - -] NOVI VILICA | [- - -].LLX POSIT .. TAR | [- - -]LVSMVS .. D SAL.. | [- - -]SVMA CATALLI. – 3 *posit* pro *posuit*. – 3–4 dubitanter etiam *Ap[|p]ius*. – 4 illud cognomen generis masculini aliunde ignotum *Musedsa* videtur esse *Mussidius*; agitur, ut recte VAN WONTERGHEM iam est opinatus, de vernaculo loquendi sono apud Paelignos adhibito, ubi formas *Museza* vel *Musedza* quoque reperies (etiam cf. tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 3211 = *Imagines Italicae* I 317, Paeligni / SVLMO 12; I<sup>2</sup> 3215 = *Imagines Italicae* I 308–309, Paeligni / SVLMO 6); in tit. Sulmone reperitis nomen gentilicium Mussedii fusius laudatur. – 5 *probisuma* pro *probissima*; cf. supra tit. n. 3621.

De officio vilici etiam cf. L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; de re universa vide CARLSEN, *Vilici* passim; etiam U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124. Vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui EGO, *Stud. Class. Orient.*, l. l. 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Antiquitas* 42–43. Nomina Novii et Papii si recte restituit in aliis tit. Albensibus non laudantur.

Ex forma litterarum alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

#### 7951 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servari videtur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 27185), ubi autem a. 1992 non reperi.



*C(aius) A(- - -) S(- - -), C(aius) T(- - -) F(- - -)*.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. inv. 39364.

Litt. S inversa exarata. Puncta in formam circuli et trianguli insculpta.

Quomodo ratio nominis sit restituenda, nescio; de nominibus gentiliciis Albensibus, quae incipiunt in *A(- - -)* et *T(- - -)* vide, quae EGO recensui apud *ZPE* 52, 1983, 190–198 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 718–726); Titius Felicianus quidam tit. n. 7906 laudatur.

Saec. I vel potius II p. C. n. esse videtur.

#### 7952 tit. sepulchralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte secta marginibus perterebrata (35) × (43) × ?. Litt. valde attritae 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur affixa muro interiori in occasum verso ecclesiolae vocatae *Sant'Antonio delle Fratte* sitae extra *Avezzano* iuxta *Strada Provinciale* n. 22, qua itur vicum *Luco dei Marsi*, ubi m. Apr. a. 2015 CESARE CASTELLANI enotavit et me certiore fecit.



-----?  
[- A]burrius  
Secundinus  
-----?

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Puncta distingui nequeunt.

Tit. Marruvino n. 3726, nempe “epistylion ornato anaglyphis, scripto litteris antiquis”, laudatur Aburria Numerii filia quaedam. Etiam vide ad tit. n. 7053 et 8471.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7953 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario a sinistra et supra fracta, in fronte scalpro dentato dolata autem perquam adesa (77) × (42) × circ. 48. Litt. valde attritae 4. Servatur in area Albae Fucentis muro cuidam exteriori affixa aedificii vulgo nominati *diribitorium*, ubi a. 1982 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.





[- Acest]i(us) C(ai) f(ilius),  
[-] Acesti(us) L(uci) f(ilius).

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 100 n. 272 cum im. phot. tab. LXXXVI fig. 157; M. J. STRAZZULLA – R. DI CESARE – D. LIBERATORE, in *Belgica et Italica* 174 cum im. phot. fig. 12c; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 364 n. 22 cum im. phot. fig. 27 (AE 2013, 411).


C. f. | A. Sesti L. f. male STRAZZULLA – DI CESARE – LIBERATORE.

Tit. n. 3966 memoratur Acestia mulieris liberta Iconium quaedam.

Ex eo, quod viri cognomine carent, non excludo, quominus tit. saec. I ex. a. C. n. esse possit, cui tempori forma litterarum congruit; praeterea nota formam nominativi singularis breviati -i(us), de qua vide J. KAMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42 (attamen praeterrmittendum non est hoc nominativum breviatum in titulis imperatoriae aetati tribuendis fusius quoque occurrere).

7954 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario fastigio triangulari praeditus in fronte undique perquam laesus nec non fractus (69) × 57 × 22. Effinguntur in latere dextro cista et forfex, in sinistro speculum (de anaglyphis etiam cf. A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 73–82; de forfice C. ZACCARIA, in *Opinione pubblica* 290–295). Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5462), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[- A]cuvio  
[Co]rintho et  
[A]ppuleiae Loge,  
[c]ollegium.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 349. 3654).

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 103 n. 283 cum im. phot. tab. LXXX fig. 168; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 364–366 n. 23 cum im. phot. fig. 28–30 (AE 2013, 412).

Puncta distingui nequeunt.

[PA]CVVIO | [- -]RINE[- -] | ETIAE LOC[- -] | [- -]JLE M[- -] CASTELLANI.

Publios Acuvios reperies infra ad tit. n. 7990. Appuleios alios in tit. Albensibus non reperies (de nomine etiam vide M. D'ASDIA, *Arch. Class.* 53, 2002, 452–458). Collegium funeraticium esse videtur.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

7955 tit. incerti generis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata a tergo in usum posteriorem scissa (23) × (27,5) × 6/4. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 7,5. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40968), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[-? Aemilius - f(ilius) -] n(epos) Lepid[us - - -]  
[- - -] + [- - -]  
- - - - - ?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 22, 1991, 293 cum im. phot. fig. 11 (AE 1992, 357); F. COARELLI, *REA* 100, 1991, 475 cum im. phot. fig. 9; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 202; DI BIASE, *Alba Fucens* 157 n. 75 cum im. phot. tab. XLIV fig. 75. – Cf. COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 97–98; M. TORELLI, in *Comunità indigine* 54 (= EUND., *Scritti vari* 83); L. AMELA VALVERDE, *SEBarc* 6, 2008, 35; LIBERATORE, *Alba Fucens* 16. 58

Punctum in formam rosae aculei insculptum. – 1 litt. P aperta. – 2 + vestigium litt. incertae, quod omiserunt AUCTORES PRIORES.

Sequor quamquam non sine dubiis VAN WONTERGHEM (casu dativo supplere quoque potuissem), qui autem non excludit, quominus nomen gentilicium Lepidii vel cognomen Lepidiani restituendum quoque sit.

Vir doctus COARELLI, *REA*, l. l. 461–475 (id., *Abruzzo e Molise*, l. l.; etiam cf. TORELLI, l. l.) agnovit Albae Fucentis in platea regionem septentrionalem spectante nempe campo (de quo, praeter VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 20, 1981, 57–60, EUND., *ZPE* 54, 1984, 202, fusius disseruit BORLEN-

GHI, *Campus* 246–251 cum amplissima bibliographia) fuisse Caesareum, in quo sepulcrum cum *heroon* Lucii Cornelii Scipionis Aemiliani filii illius Marci Aemilii Lepidi, occisi a. 78 a. C. n. a Cnaeo Pompeio (cf. *OROS. hist.* 5,22,17), quem Cornelius Scipio quidam sibi filium postea adoptavit, exstitit; quod sepulcrum exstructum esse videtur medii saec. I a. C. n. a Marco Aemilio Lepido magistro equitum Caesaris inter a. 46 et 44 deinde triumviro rei publicae constituendae a. 43 (de quo vide R. D. WEIGEL, *Lepidus. The Tarnished Triumvir*, London – New York 1992; K. E. WELCH, *Hermes* 123, 1995, 443–453), cum Caesar obtinuit Albam Fucentem (de re universa etiam vide G. FIRPO, in *Fonti latine e greche* II 389). In dubio autem adhuc maneo.

Forma litterae P ad saec. I ex. a. C. n. adducit.

#### 7956 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae long. 90, diam. 7,5 in usum posteriorem adhibitae. Litt. eminentes 4,5. Rep. circ. a. 1951 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis factis prope tabernam sign. n. 1 directe ad perpendicularum iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastr*) sitam. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40911), ubi a. 1992 contuli.




Fig. α

Tit. A:

*Alb(iae) C(ai) f(iliae) Sabīnille c(larissimae) f(eminae).*



Fig. β

Tit. B:

HA II

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – S. J. DE LAET – J. MERTENS, *L'Ant. Class.* 23, 1954, 342.

Puncta in formam circuli et trianguli insculpta. – *Sabinille* pro *Sabinillae*.

Tit. A: Marcus Albius quidam fuit dominus Nicomachi illius, qui una cum aliis servis priore parte saec. I a. C. n. Menti Bonae donum dedit (cf. supra tit. n. 3911); Albia Secunda quaedam laudatur tit. n. 7987; etiam cf. supra ad tit. n. 7942. – Tit B: quomodo litterae recte explicandae, nescio.

Ex locutione clarissimae feminae aetati Severianae tribuerim (de re universa praeter BRUUN, *Water Supply* 32–38 et passim cf. R. GEREMIA NUCCI, *Arch. Class.* 51, 1999/2000, 385, EAND., *ibid.* 57, 2006, 452).

#### 7957 tit. fortasse honorarius viri cuiusdam

Frons basis ex lapide calcario corona praedita ab utroque latere et infra fracta (45) × (110) × 50 circ. Litt. ad actuaris transgredientes 7,5. Rep. casu et fortuito Albae Fucentis d. 27 m. Apr. a. 1950 muro cuidam inserta haud longe a decumano (*Via del Miliario*) sito. Ibidem servatur, ubi a. 1982 et 2001 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*M(arcus) Allidius Felix*

-----

Im. phot. a M. B. sumpta.

F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 254 (*AE* 1951, 18; etiam cf. *ibid.* 1952, p. 47); F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 56; F. DE VISSCHER, *ibid.* 24, 1955, 80 n. 43; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 83 n. 225 cum im. phot. tab. LIX fig. 124; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 204; DI BIASE, *Alba Fucentis* 87–88 n. 27 cum im. phot. tab. XVII fig. 27. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 131–132; P. PALAZZI, *Piccola Opera Charitas* 11, 3, 2011, 44 cum im. phot.

Puncta in formam trianguli et hederæ insculpta.

Marcus Allidius Felix in aliis tit. Albensibus non laudatur; attamen Marcos Allidios fusius ibidem reperies, inde excludendum non est, ut iam GUASTALLA, *l. l.* recte est opinata, quominus M. Allidius Felix aliquem numerum Albae Fucentis saltem obtinuerit. Nam basis, mea sententia, in foro urbis posita fuit (inter al. vide H. MOURITSEN, *PBSR* 72, 2004, 47–51; J. SEWEL, in *Public Space* 87–89 et passim).

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. adducit.

#### 7958 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario valde pessumdatum corona et crepidine undique prominentibus praeditus passim umore et fissuris foedatus nec non musco aspersus 94 × 60 × 50. Pars media 44 × 51 × 40. Litt. affabre insculptae 5/2,5. Rep. Albae Fucentis inter a. 1990 et 1992 in regione ante plateam ad meridiem spectantem sita. Servatur *Alba Fucentis* in viridario aedificii olim ludi litterarii nunc *Ufficio Turistico*, ubi m. Iul. a. 2018 enotavit EMANUELA CECCARONI. Descripsi m. Sept. eiusdem anni una cum CESARE CASTELLANI.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*M(arco) Allidio M(arci) f(ilio)*  
*Pal(atina) Helio qui*  
*vixit annis XXX*  
 5 *Magilia Pro-*  
*cula et Allidi-*  
*us Heliodorus*  
*filio dulcissimō.*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

LIBERATORE, *Alba Fucens* 97 adn. 238, quae praesertim pendet ex ephemeride *Giornale di Scavo* d. 26 m. Febr. a. 1990 et d. 1 m. Apr. a. 1992; inde BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 366 n. 24 (AE 2013, 413).

Puncta triangularia.

3 *palheilio* LIBERATORE, *Pal(atina) Helio* EGO ex ingenio in ed. quamquam dubitanter; 5 *Macilia* LIBERATORE, EGO.

De Marcis Allidiis Albensibus vide ad tit. praecedentem. Magilios alios ibidem non invenies. Cognomen Helii tit. n. 7990 quoque reperies.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7959 tit. sepulcralis

Pars dextra tabulae marginatae. Rep. *Antrosano*, *Largo once 8 1/2* *Alto once 14* (ROSSI). Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1987 et 2011 ad im. a ROSSI del.

Traditur:

EDIAE  
 COELI  
 COI  
 ARABILI  
 I. ANNIS III  
 II. B. M. P

*Antrosano/ Largo once 8 1/2*  
*Alto - once 14*

Fuit fortasse:

[Amar]ediae [---]  
 [-] Coeli[us ---]  
 con[iugi]  
 [incomp]arabili [cum]  
 5 [qua vix]it annis III  
 [mar]it(us) b(ene) m(erenti) p(osuit).

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 12r cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 93 n. 250; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 37; ID., *Epigraphica* 75, 2013, 366–367 n. 25 cum im. del. fig. 31 e ROSSI repetita (AE 2013, 414). – Cf. EUND., *Codici epigrafici* 28.

Supplevi non sine dubiis, eo magis, quod nescio quid dicam de spatio lacunae. – 1 [A]ediae supplere quoque potuissem (etiam vide AE). – 5 T supra versum eminens traditur.

Nomen gentilicium Amaredii tit. Albensibus n. 3950. 3971 quoque laudatur; etiam vide B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 132; de nomine Aedii cogitare potuissem (cf. tit. n. 3967. 3968), attamen spatium lacunae a sinistra longiusculum mihi fuisse videtur. Nomen Coelii in aliis tit. Albae Fucentis repertis non invenies.

Aetatis imperatoriae incertae.

7960 = EE VIII p. 46 n. 187 tit. sepulcralis

Cippus supra semicirculatus undique levigatus corona et crepidine prominentibus praeditus 96 × 46 diam. In corona folia quaedam, in scapo tria capita bovis cum encarpis insculpta (de forma cippi cf. exempla regionis Marsorum collecta a I. VALDISERRI PAOLETTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 35, 1980, 193–216 cum alia bibliographia; etiam vide A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 115–122). Litt. in corona insculptae 5. Rep. a. 1884 a comite *Cesare Pace* saec. XIX ex. in sepulcreto in regione ad occasum solis spectante sito in regione, q. d. *Torrioni*, prope vicum *Massa d'Albe*. Servabatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5454), ubi a. 1992 contuli; nunc exstat inter reposita erigendi Antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α

Fig. β

*Aponia L(uci) l(iberta) Prima.*

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 482 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 656) (= *ID.*, *Scoperte archeologiche* 219); ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 46 n. 187; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 62 n. 158 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 76; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 155; DI BIASE, *Alba Fucens* 140 n. 59 cum im. del. tab. XXXVI fig. 59; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 170-171 n. 7 cum im. phot. - Cf. H. DEVIJVER - F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 50, 1981, 246 cum im. phot. tab. II litt. a.

Puncta in formam circuli esse videntur.

PR/IA DE NINO inde IHM; Pri[m]a CASTELLANI, EGO ed. pr. et PACIFICO.

Ex eo, quod nomen gentilicium Aponii, aliunde ignotum in titulis Albensibus, occurrit Marruvii Marsorum (cf. tit. n. 3727, ubi memoratur Lucius Aponius Crispinus quidam; etiam cf. tit. n. 7668. 7724) et formam cippi in regione Marsa fusius invenies, excludendum non est, quin Lucius Aponius scil. patronus Aponiae Clarae ex regione Marsa vel potius ex Marruvio oriundus esse possit.

Forma litterarum et monumenti ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 7961 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata attamen passim deturpata (13) × (15) × ?. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Antrosano* muro exteriori affixa domus gentis *Ruscitti* sitae iuxta viam *Da Monte* sub n. 11, ubi amicus CESARE CASTELLANI m. Iun. a. 2014 enotavit et me certiore fecit.

-----  
C(aius) Atied[ius - - -]  
Gallu[s - - -]  
-----?

Im. phot. a CASTELLANI facta.

1 punctum triangulare.

Lucius Atiedius quidam redit tit. n. 3910.

Forma litterarum ad saec. I in. p. C. n. adducit.



#### 7962 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata in fronte perquam adesa infra latior et rudis a tergo scabra 113 × 69 × 27,5. Litt. 6,5/5. Rep. a. 1953 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis immissa muro cuidam aetatis imperatoriae labentis aditus theatri Albae Fucensis. Servatur humi iacens prope theatrum, ubi a. 1982 contuli.



*Bolana*  $\Leftarrow$ mulieris $\Rightarrow$  l(iberta)  
*Philocaris*  
soror [so]dalis.

Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta.

F. DE RUYT - J. MERTENS, *L'Ant. Class.* 23, 1954, 365 (*AE* 1955, 15); F. DE VISSCHER, *ibid.* 24, 1955, 72-73 n. 24 cum im. phot. tab. XXVII (*AE* 1956, 5); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 77-78 n. 206 cum im. phot. tab. LV fig. 112; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 205; DI BIASE, *Alba*

*Fucens* 143 n. 62 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 62. – Cf. C. EVERS – N. MASSAR, in *Fucino* V 270; EASD., *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 213; EASD., in *Belgica et Italica* 121.


1 *Bo[vi]ana* DE RUYT – MERTENS, *Bo[l]iana* CETERI. – 3 *[so]dal[is]* DE RUYT – MERTENS, *sodal(is)* DE VISSCHER, *[- -]dal* CASTELLANI.

Etiam cf. infra ad tit. n. 8039. Sodalitatis scilicet collegii funeraticii potius quam cognomen Sodalitatis; cf. ex. gr. tit. PAIS 208 = ILS 7947a = *Inscr. Aquil.* 686, ubi memoratur locus monumenti sodalium. De raro nomine gentilicio Bolani vide O. SALOMIES, in *Prosopographie und Sozialgeschichte* 7 et A. SARTORI, in *Donna e lavoro* 16 (etiam cf. infra tit. Nursinum n. 8487 olim 411\*).

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam adducit.

#### 7963 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra fracta in fronte levigata (32) × (23) × 20,5/16,5 Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra deest 24 × ?. Litt. affabre insculptae 4–2,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in castello, q. d. *Vetoli*, in vico *Corcumello*, ubi a. 1981 CESARE CASTELLANI tit. enotavit et im. phot. sumpsit. Accessui clausam descripsi a. 2011 quatenus potui ex scheda et ad im. phot. CASTELLANI.



*Caesi[di]ae - [filiae]*  
*Te[rt]iae*  
*Chil[on]is (scil. uxori)*  
*Diphilu[s] filius posuit.*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 96 n. 261 cum im. phot. tab. LXX fig. 261 (sine supplementis); G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 132; ID., *Corcumello* 14 cum im. phot. fig. 19; ID., in GROSSI – D'AMORE, *Capistrello* 54–55 cum im. phot. tab. XX

fig. 28; ID., in *Scurcola Marsicana* II 126 n. 5 cum im. phot. fig. 25 (p. 124); BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 368–369 n. 27 cum im. phot. fig. 33 (*AE* 2013, 416).

4 supplevi versus concinne ordinatos; *Diphilu[s] m(atri) b(ene) m(erenti) p(osuit)* GROSSI.

Caesidia altera tit. n. 3977 laudatur; fusius Caesidios in tit. Marsis invenies.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7964 = EE VIII p. 46 n. 188 tit. sepulcralis

Stela ut videtur ex lapide calcario ab utroque latere immixta (60) × (30) × ?. Rep. a. 1870 in regione *Castelluccio* nuncupata prope ecclesiam dirutam S. Angeli vici *Poggio Filippo* haud longe a *Tagliacozzo*. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2011 ad im. ab ERCOLE CANALE PAROLA delineatam.

V CALVINAE  
VBINAE ET VEN  
HS O

*V(ivit); Calviniae [- -]*

*[- -? conc]ubinae et Venu[stae]*

*≡sestertium mille≡.*

Im. a CANALE PAROLA del.

G. FIORELLI, *NS* 1887, 458 ex ectypo chartaceo misso a E. CANALE PAROLA; ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 46 n. 188; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 62 n. 159; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 156; DI BIASE, *Alba Fucens* 116 n. 42 cum im. del. tab. XXVII fig. 42 a FIORELLI. – Cf. GATTINARA, *Tagliacozzo* 87.

3 HS O.

2 de concubina potius quam de cognomine *Rubinae* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 393) cogitaverim; de concubinis vide S. TREGGIARI, *PBSR* 49, 1981, 71–81, A. J. MCGINN, *TAPhA* 121, 1991, 335–375 et M. TRAMUNTO, *Arch. Ven.* s. 5<sup>o</sup>, 206, 2008, 5–31. – 3 de munificentia vide R. DUNCAN JONES, *PBSR* 33, 1965, 245 n. 628 (= EUND., *Economy*<sup>2</sup> n. 628).

Prioris partis saec. I p. C. n. vel paulo antea esse videtur, cui temporis formula *v(ivit)* in v. 1 exarata (de quo verbo usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172) e nota numeri O nempe M sane congruunt.

#### 7965 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra fracta, in fronte levigata autem valde adesa, a tergo scabra (57) × (65) × 34. Est pars tituli in monumentum grande inserti ex duobus lapidibus inter se coniunctis saltem compositi situm iuxta viam Quinctiam, quae cum via Valeria conectebatur. Area titulo inscribendo destinata a sinistra columna capitulo praedita cincta. Litt. 7,6. Rep. videtur nescio autem quando in pavimento ecclesiae dicatae Beatae Virginis Mariae in caelum assumptae sitae in vico *Marano dei Marsi* haud longe a *Magliano dei Marsi*. Ibidem exstat ante ecclesiam sub crucifixo, ubi a. 2010 quatenus potui contuli una cum GIOVANNI ZACCARIA et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



C(aio) Cestro[nio - - -]  
Tappo[ni],  
D(ecimus) Cestroni[us - - -]  
V[- - -]  
-----?

Im. phot. a ZACCARIA sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 313–315 n. 1 cum im. phot. fig. 7 (AE 2011, 317). – Cf. F. VAN WONGERHEM, in *Fucino* I 435 fig. 8 a F. DE VISSCHER sumpta.

Puncta triangularia. – 4 illud V[- - -] pertinere videtur ad cognomen Decimi Cestronii potius quam ad locutionem vario modo compendiatam scil. *vivus fecit* vel *vivi fecerunt*.

Videntur memorari C. Cestronius [- - -] Tappo et D. Cestronius V[- - -]. Nomen gentilicium Cestronii inter tit. Italiae repertos tantum laudatur Volsiniis (agitur de Cestronia Castoria, quam reperies tit. Christiano a. 406 p. C. n. huius Corporis vol. XI 2872 = C. CARLETTI, *ICI* I 45–46 n. 55) et Aquileiae (memoratur [C]estronius mulieris libertus Deuter quidam: tit. *Inscr. Aquil.* 989). Attamen fusius memoratur inde a saec. II labente p. C. n. in Numidia, scil. *Thugga* et *Uchi Maius* (de nomine vide A. IBBA (Ed.), *Uchi Maius* 2. *Le iscrizioni*, Sassari 2006, 343–344) etiam cf. H. SOLIN, *Arctos* 47, 2013, 268; qua re non excludo, quin Cestronii Thuggenses ex Italia oriundi sint. Rarum cognomen Tapponis, quod invenies inde ab aetate rei publicae ex. (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 410).

Ex forma litterarum et monumenti priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7966 tit. sepulcralis incerti generis fortasse non antiquus

Tabula reperta *In Albe* (ROSSI). Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1987 et 2011 ad im. a ROSSI del.

Traditur:

\* In Albe I M  
AVCRISPVS  
TIPALENTINVS

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 5v n. 14 cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 93 n. 249; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 40 n. 14; G. GROSSI, in *Marsica* I 287. – Cf. BUONOCORE, *Codici epigrafici* 27; GROSSI, *Ricerca* 62.

Quid subsit mihi adhuc non liquet; GROSSI non excludit, quominus sit legendum V. Crispus T. l. Palentinus, res autem incerta manet; quamquam nomen Crispi redit tit. huius Corpo-

ris vol. XVI p. 146 n. 13 (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 64), excludo, quin in hoc titulo memoratum sit; cognomen Palentini aliunde ignotum (inter vicos *Albe* et *Capistrello* exstat regio hodie appellata *Piani Palentini*); mihi venit in mentem T(it)i l(ibertus) Pa(l)atina) Lentinus. Attamen plura ne scribam ignorantia impediatur, eo magis, quod nescio quid dicam de spatio lacunae. Videant meliores.

Aetatis imperatoriae incertae.

7967 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra latior nec non rotundata in fronte et in utroque latere scalpro dentato dolata, infra fracta, a tergo rudis 72 × 35/31 × 15. Supra titulum aedicula circinata excavata est, in qua imago defunctae est efficta (cf. S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3°, 5, 1987, 35 cum im. phot. fig. 14). Litt. actuariae inaequaliter insculptae 5–3,6 (litt. ORVM v. 1 vocabuli *annorum* minoris mensurae circ. 1,2). Rep. m. Apr. a. 1892 in regione *Scalzagallo* haud longe ab *Avezzano* sita. Eodem anno immissa est *Avezzano* ab equite *Lorenzo Botti* in museum municipale. Usque ad a. 2012 servabatur in museo municipali eiusdem oppidi, ubi a. 1982 et 1996 contuli; nunc exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi.



Exoche ann'orum  
XVI Inachus  
frater posuit.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 79.2763.

F. LOLLI, *NS* 1892, 169 cum im. del.; L. ORLANDI, *I Marsi* 257–258 n. 6; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 19–20 n. 5; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 67 n. 172 cum im. phot. tab. XLIII fig. 85; SCARPELLINI, *Stele romane* 154–155 n. 36 cum im. phot. fig. 88; CATALI, *Museo Lapidario* 33 n. 18 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 109 n. 200 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 26 n. 9 cum im. phot.; C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 310–311. – Cf. LETTA,

*I Marsi e il Fucino* 122; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 228; C. CASTELLANI, *ibid.* 80, 2018, 483. 490. 492 cum im. phot. fig. 6.

Litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. F indicata est hastis duabus, quarum altera superne incepta in altitudine v. 2 media terminatur; litt. N dextrorsum inclinata; litt. P aperta. – Puncta triangularia.

Errores ORLANDI et ORLANDI – VERI omisi. – 1 *Exoce* SCARPELLINI, *anno(r)um* LOLLI, *anno[r]um* CASTELLANI, SCARPELLINI, *anno(r)um* CATALLI, VILLA.

In tit. Marruvino n. 7758 laudatur Quintus Tetaledius Exocus quidam (de cognomine vide M. SILVESTRINI, in *Epigraphia e territorio* III 251).

Ex forma litterarum saec. I ex. a. C. n. esse videtur, cui tempori locutio annorum congruit.

#### 7968 tit. sepulcralis

Tabula ex marmore a sinistra et infra fracta undique levigata (12) × (15) × 3,5. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et a dextra servantur. Litt. cornibus praeditae inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 3,5. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40928), ubi a. 1992 descripsi.



[ - - - ] a]ē Fâustâe  
[ - - - ] eatin(us)

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 369 n. 28 cum im. phot. fig. 34 (AE 2013, 417).

2 litt. T supra versum egreditur. Solverim [ - - - ] eatin(us) (extra urbem Reate etiam cf. supra tit. n. 7614 vici Fificulani, ubi laudatur Pescennius Reatinus quidam) vel etiam [ - - - ] eatin(us) (vide Peticiam Teatinam illam tit. Pinnae reperto n. 7453).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

#### 7969 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta in fronte perquam adesa a tergo rudis supra praedita corona cum acroteriis et aedicula semilunata, in qua imago defuncti insculpta est, (39) × (38) × 24. Litt. 4,1–2,9. Rep. a. 1973 in effossionibus ad cloacas faciendas institutis in regione, q. d. *Caruscino*, sita haud longe ab *Avezzano* una cum tit. n. 7950. 8000. 8009. Eodem anno immissa est *Avezzano* a domino *Enrico Veri* in museum municipale, ubi a. 1982 et 1996 contuli et m. Oct. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



D(is) M(anibus) s(acrum).  
[ - - ] iō Firm[o]  
b(ene) m(erenti), qui vix(it)  
[an]ni[s - - ]++[-]X[-]  
-----

Im. phot. a M. B. sumpta.

CASTELLANI, *Museo* 13; ID., *Epigraphi albensi* 94–95 n. 256 cum im. phot. tab. LXVII fig. 140 (sine supplementis); BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 271 cum im. phot. tab. XI fig. 12; ID., in *Fonti latine e greche* II 450 n. 225; CATALLI, *Museo Lapidario* 86 n. 74 cum im. phot., qui titulum nondum editum esse suspicatus est; DI BIASE, *Alba Fucens* 129 n. 51 cum im. del. tab. XXXII fig. 51. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 122 adn. 67; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 20 n. 6; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 231 (AE 2006, 387); C. CASTELLANI, *ibid.* 80, 2018, 491. 492.

Puncta in formam circuli insculpta esse videntur.

Supplevi. – 2 [...]JO FIRM CATALLI. – 2 [ - - ]BE+ EGO ed. pr., DI BIASE; BE[ - - ]VIX CASTELLANI, BE[... ]VI CATALLI. – 4 omiserunt CATALLI, CASTELLANI.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit vel paulo postea, cui tempori locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta congruit.

#### 7970 tit. sepulcralis

Basis lapidis calcarii undique ut videtur fracta ex usu posteriore ita mutilata, ut pars sola inscriptionis conservetur, in fronte scalpro dentato dolata a tergo rudis (17,5) × (92) × 80. Litt. rubricatae 8/7,8. Rep. a. 1962 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis a sinistra macelli alterius iuxta decumanum alterum (*Via dei Pilastris*) siti Albae Fucentis, ubi a. 1992 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



C(aio) Flavio Hemicado  
-----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALT, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 388–389 n. 3 cum im. phot. fig. 29 (AE 1964, 206); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 86–87 n. 236 cum im. phot. tab. LXIII fig. 131; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 206; DI BIASE, *Alba Fucens* 150 n. 68 cum im. phot. tab. XLI fig. 68. – Cf. E. BADIAN, *Chiron* 27, 1997, 17–19 (cf. AE 1997, 466).


Puncta triangularia.

Praetermittendus non est Caius Flavius Hemicadus ille, qui fuit legatus pro praetore a. 43–42 a. C. n. (vide BADIAN, *l. l.* 8–10 n. XV). Noster Caius Flavius Hemicadus Albensis, ut BADIAN iam coniecit, nepos vel etiam filius legati homonymi esse videtur.

Forma litterarum, ut iam SOLIN apud BADIAN statuit (etiam cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 1247), ad saec. I medium p. C. n. adducit (contra vide DE VISSCHER – MERTENS – BALT, qui de saec. III p. C. n. vel paulo postea cogitaverunt).

#### 7971 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a sinistra in usum posteriorem recte scissa undique levigata supra anaglypho attamen magna ex parte deperdito floribus cum rosa ornato praedita (66) × (43,4) × 13. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 56 × 33. Litt. ad actuarias transgredientes 4,3/3. A dextra areae marginatae pila cum capitulo Corinthio et basi. In latere dextro effiguntur duae gallicae [de anaglyphis ad mundum muliebrem spectantibus incisus in titulis Albensibus vide S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); etiam vide supra ad tit. n. 7950]. Rep. a. 1952 a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis in viridario ecclesiae paroecialis Albae Fucensis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40938), ubi a. 1992 contuli.



Flaviae  
Feliculae  
Licinius  
Imer fra-  
5 ter et Fla-  
via Felici-  
tas f(ecerunt) matri.  
D(is) M(anibus) s(acrum).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 75 n. 29 cum im. phot. tab. XXXIV (AE 1974, 309); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 79 n. 211 cum im. phot. LVII fig. 116; BUONOCORE, *MEFRA*, *l. l.* 732–733 n. 13 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 696–697 n. 13); ID., in *Fonti latine e greche* II 447 n. 207; DI BIASE, *Alba Fucens* 132–133 n. 53 cum im. del. tab. XXXIII fig. 53; G. PACIFICO, in *Tesoro del lago* 170 n. 5 cum im. phot. – Cf. S. DIEBNER, *l. l.*; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; BRANCATO, *Repertorium* II 97 (ubi errore AE 1974, 310).

Puncta in formam circulorum insculpta.

4 Imer pro Himer. – 7 p(osuerunt) DE VISSCHER, EGO, MEFRA et PACIFICO, p(uella) AE, p(- -) CASTELLANI.

Alii Licinii in tit. Albae repertis non laudantur. Flavii autem fusius memorantur: tit. n. 3989. 3999. 7970. 8112). De formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* in fine tituli exarata cf. CAGNAT, *Cours*<sup>4</sup> 282 adn. 2.

Ex forma litterarum saec. II vel etiam III in. p. C. n. tribuerim.

#### 7972 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra nonnullis fissuris laesa in area tituli caelo dolata minus scabra quam infra, pars inferior latior et rudis 133 × 72/62 × 18/16. In parte inferiore foramen rotundum terebratum ad cippum humi figendum adhibitum. Litt. 6–5. Rep. m. Iun. a. 1982 extra vicum *Magliano dei Marsi* in regione, q. d. *Campo d'Albe* vel *Monumento*, in praedio *Cava Graziani* nuncupato. Servatur *Magliano dei Marsi* in oratorio ecclesiae Sanctae Luciae. Accessui clausam descripsi a. 2016 quatenus potui ex scheda et ad im. phot. CESARE CASTELLANI.



Fig. α





Fig. β

*L(ucius) Heredius c(mulieris) l(ibertus)  
Iucudus.*

Fig. α-β: Im. phot. a CASTELLANI sumptae.  
CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 97 n. 262 cum im. phot. tab. LXX fig. 146; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 116; ID., in *Scurcola Marsicana* II 126 n. 4 cum im. phot. fig. 24 (p. 134) (in utraque dissertatione GROSSI pendet e CASTELLANI). – Cf. L. F[ARINACCI], in ephemeride *Il Tempo* d. 13 m. Iun. a. 1982. Puncta triangularia.  
2 *Iucudus* pro *Iucundus*.  
Heredii alii non laudantur in tit. Albensibus.  
Ex forma litterarum saec. I p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

7973 tit. fortasse sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in fronte levigatus, infra rudis undique passim deturpatus, a tergo scaber 112 × 60 × 32. Litt. evanidae 5,5–4. Rep. d. 29 m. Apr. a. 1891 in praedio domini *Antonio Carlucci* prope vicum *Magliano dei Marsi* in regione, q. d. *Monumento* vel *Campo di Alba*. Servatur in museo municipali oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 contuli et m. Oct. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.

//// E ///////////////  
TERTIA DA  
L P

Fig. α



Fig. β

*Hermedia Spur(i)  
f(ilia) Tertia, Dapine  
l(iberta) p(osuit).*

Fig. α: Im. a LOLLI del.

Fig. β: Im. phot. a M. B. sumpta.

F. LOLLI, *NS* 1892, 32 n. 2 cum im. del.; L. ORLANDI, *I Marsi* 284 n. 45; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 70 n. 102; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 66 n. 170 cum im. phot. tab. XLIII fig. 84; CATALI, *Museo Lapidario* 52 n. 52 cum im. phot. (*AE* 2006, 386); inde BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 203; C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 306–308. – Cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 230 (*AE* 2006, 386); D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

Puncta triangularia esse videntur

Restitui. [- -] DIA PVB | F. TERTIA. PARENT | I. P. ORLANDI et ORLANDI – VERI. – H.RFAEDIA . PVR | F(ilia) . TERTIA DAPHNE | L P CATALI; 2 *Dapine* iam recte CASTELLANI pro *Daphne*.

Rarissimum nomen gentilicium si recte restitui Hermedii; cf. tit. n. 5845, ubi laudatur fundus Hermedianus (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 483). De locutione *Spurii filius* in primis vide W. KUBITSCHKE, *WS* 47, 1929, 130–143; S. PANCIERA, in *L'onomastique latine* 201 (= EUND., *Epigrafi* II 1850–1851); J. J. WILKES, *PBSR* 44, 1976, 28–43; SALOMIES, *Vornamen* 50–55; B. RAWSON, *Antichthon* 23, 1989, 10–41; etiam FRIEDL, *Konkubinat* 143–146; M. CHRISTOL, *Epigraphica* 77, 2015, 167–171.

Saec. I p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

7974 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra latior, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo rudis 86 × 36,5 × 19. Litt. affabre insculptae 6,5/5,5. Rep. fortasse ante a. 1915 prope lacum *Fucini* (cf. LA REGINA *l. infra l.*); in lucem denuo rediit inter a. 1953 et 1957 inter vestigia antiquitatum detecta ecclesiae *S. Petri* in vico *Albe*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5460), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



*Histria M(arci) f(ilia);  
in fronte  
p(edes) XXV  
in agrum  
p(edes) XLV.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 73 n. 25 cum im. phot. tab. XXXII (AE 1974, 305); A. LA REGINA, *Mem. Soc. Istriana* n. s. 15, 1967, 33–34 cum im. phot. (AE 1967, 108); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 78 n. 207 cum im. phot. LV fig. 113; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 448 n. 211; DI BIASE, *Alba Fucens* 136 n. 56 cum im. del. tab. XXXIV fig. 56.

Puncta triangularia. – 5 ⊥ pro L.

1–2 recte restituit LA REGINA; HISTRIAM ◦ I (ou F) | N ◦ DE VISSCHER; *Histriam in AE.* – 4 *in agrum pro in agro* (de locutione *in agrum* cf. H. DESSAU p. 943 apud ILS 7494; etiam vide ad tit. n. 3981. 4426. 4435).

De nomine gentilicio Histrii fusius disseruerunt LA REGINA, *l. l.* et LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 110; etiam vide H. SOLIN, in *Festschrift Weber* 126–127.

Ex forma litterarum et notae numeri ⊥ i.e. L alteri parti saec. I a. C. n. vel etiam aetati Augusteae tribuerim.

#### 7975 tit. sepulchralis

Cippus ex lapide calcario corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus autem valde decussis praeditus in fronte levigatus ab utroque latere scalpro dentato passim dolatus a tergo rudis (71) × 45 × 38,5. In latere sinistro speculum in dextro acus, pecten, duae soleae et balsamarium (nescio utrum vestigium balsamarii alterius sit necne) effinguntur [de anaglyphis ad mundum muliebrem pertinentibus vide S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* (1991) 240; BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131); etiam vide supra ad tit. n. 7950]. Litt. 4,3–3,9. A. 1924 RAGUSA *l. infra l.* titulum inspexit in viridario aedificii cuiusdam olim monasterii prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe* siti. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5457), ubi a. 1982 et 1992 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*Iadi*

*Amethystus*

*conservus*

*d(e) s(ua) p(ecunia).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 345).

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 68 n. 176 cum im. phot. tab. XLIV fig. 86; BUONOCORE, *MEFRA*, *l. l.* 733–734 n. 14 cum im. phot. 9 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 697 n. 14); ID., in *Fonti latine e greche* II 448 n. 212; DI BIASE, *Alba Fucens* 130–131 n. 55. – Cf. RAGUSA, *Brevi cenni* 27; DIEBNER, *l. l.*

3 puncta triangularia.

Errores RAGUSA sprevi. – 1 de cognomine *Ias* cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 628–629. – 2 *Amethystus* CASTELLANI.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

#### 7976 = I<sup>2</sup> 3277 = ILLRP 958 tit. honorarius

Basis ex lapide calcario a dextra fracta undique levigata 80 × 43 × 30. Supra exstant recessus ad statuam superponendam. Litt. 4,2. Rep. a. 1949/50 Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis in conclavi prope macellum, ubi a. 1982 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*P(ublio) Lappio P(ubli) f(ilio) P(ubli) [n(epoti)]  
Turponei exs  
testamento  
statuta est.*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER – F. DE RUYT – V. CIANFARANI, *NS* 1950 (1951), 263 cum im. phot. fig. 11 (AE 1951, 21; etiam cf. *ibid.* 1952, p. 47); F. DE VISSCHER – F. DE RUYT, *L'Ant. Class.* 20, 1951, 70 cum im. phot. tab. IX fig. 1; F. DE VISSCHER, *ibid.* 24, 1955, 69 n. 18; ILLRP 958; DEGRASSI, *Imagines* 328; ID., I<sup>2</sup> 3277 cum im. phot. tab. 90 fig. 5; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 75–76 n. 199 cum im. phot. tab. LI fig. 104; BUONO-

CORE, in *Fonti latine e greche* II 448 n. 213; DI BIASE, *Alba Fucens* 148–149 n. 67 cum im. phot. tab. XL fig. 67. – Cf. F. DE VISSCHER, *Nouvelle Clio* 4, 1952, 90; EUND., *Reflects du monde* 2, 1952, 8; F. DE RUYT – J. MERTENS, in *Alba Fucens* I 16.

Puncta triangularia sursum directa. – Litt. P apertissima.  
2 *Turponei exs* pro *Turponi ex*.

Nomen Lappii non laudatur in aliis tit. Albensibus. Cognomen Turpo novum est (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 415), at notum *Turpio*. Ut iam DEGRASSI recte explicavit, locutio *statuta est* generis feminini in statutis aetate liberae rei publicae dedicatis haud insolita est (cf. supra tit. Albensem Cornelio Sullae dicatum, scil. n. 3918, et tit., quem Ferentinates Lucio Poplilio Flacco dedicaverunt, scil. huius Corporis vol. X 5845 = I<sup>2</sup> 1556 (cf. p. 740. 840. 1002) = ILLRP 583 = H. SOLIN, *Suppl. It.* 1, 1981, 32 ad n. CIL).

Forma litterarum et punctorum ad saec. I medium a. C. n. saltem adducit vel paulo antea, cui tempori grammatica quoque congruit (saec. II ex. a. C. n. DE VISSCHER – DE RUYT tribuunt).

## 7977 tit. incerti generis

Tabula (pars autem epistylia quoque esse videtur) ex marmore undique fracta in fronte et a tergo levigata (10) × (17) × 2,5. Litt. affabre insculptae 5,5. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40927), ubi a. 1992 descripsi.



-----  
[- - -] + [- - -]  
[- - -] Lollio [- - -]  
[- - -] + + + + [- - -]  
-----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 369–370 n. 29 cum im. phot. fig. 35 (AE 2013, 418). – Cf. EUND., in *Valle di Comino* IX 38.

1, 3 + vestigia litt. incertarum.

Supplementum certum mihi videtur, eo magis, quod in tit. Albensibus laudantur C. Lollius M. f. Chilo (tit. n. 4000) et M. Lollius Onesimus (tit. n. 7986). Attamen nescio, utrum titulus sit sepulcralis an honorarius an pertineat ad opus publicum quoddam.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

## 7978 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae rep. a. 1884 a comite *Cesare Pace* saec. XIX ex. in regione ad occasum solis spectante, q. d. *Torrioni*, prope vicum *Massa d'Albe*. Peri-

isse videtur. Descripti a. 2011 quatenus potui ad schedam DE NINO.

LVCVLLI

[- - -] Luculli [- - -]


Im. a DE NINO del.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 483 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 657) (= ID., *Scoperte archeologiche* 220); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 453 n. 240; DI BIASE, *Alba Fucens* 161 n. 79.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 7979 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra et a sinistra fractus, crepidine prominente praeditus in fronte paululum valde adesus a tergo rudis (64) × (47) × 30. Litt. 4,5–4. Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5458), ubi a. 1992 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----?  
[- - -] + + + [- - -]  
[- - -] q Mq + [- - -]  
[- - -] q C(ai) Luccei (scil. servus),  
[A]treus Aviediae (scil. servus),  
Neritus C(ai) Luccei (scil. servus).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 104 n. 288 cum im. phot. tab. LXXXII fig. 173; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 370–371 n. 30 cum im. phot. fig. 36 (AE 2013, 419).

Puncta triangularia. – 1 + vestigia litt. incertarum; 2 + est pes hastae rectae.

C LVCCE[I]VS AVIEDIA|[NV]S LVCCEI tantum CASTELLANI.

Forma nominis gentilicii Aviedii Albae Fucentis non rediit (cf. formam Avidii tit. n. 3933. 4024. 7886). C. Luceius Optatus Ceriolus quidam laudatur tit. n. 7945.

Ex forma litterarum non excludo, quominus saec. I medii p. C. n. esse quoque possit.

#### 7980 tit. sepulcralis

Arca ex lapide calcario undique levigata autem perquam adesa (57) × (125,5) × 56. Litt. affabre insculptae 8. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur extra vicum *Scurcola Marsicana* in regione, q. d. *I Cogli*, in usu lacus prope fontem quendam siti adhibita. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2011 ad im. phot. CESARE CASTELLANI, qui tit. enotavit m. Aug. a. 1979.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ

-----?

C(aio) Marc[---]

[.]utho[---]

Helvac[ia ---],

Helv[acia ---]

++[---]

-----

Fig. α: Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

Fig. β-γ: Im. phot. a CASTELLANI sumptae.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 98 n. 265 cum im. phot. LXXII fig. 149-150; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 117 n. 11. 129 cum im. phot. fig. 5; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 371-372 n. 31 cum im. phot. fig. 37-38 (AE 2013, 420).

1 punctum triangulare.

Supplevi. - 1-3 C. MARC[---] | [---] THO[---] | HELVAC[---] CASTELLANI, GROSSI. - 4 HELV[---] CASTELLANI, HELV[AC ---]+ GROSSI.

1 de nomine gentilicio Marcii vel Marculeii cogito, quae nomina in tit. Albensibus fusius memorantur (cf. B. GUSTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 133-134). - 2 ex lacuna videtur supplendum cognomen [X]utho (cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 505) potius quam [Cele]utho (cf. EUND., *l. l.* 1217) vel [Acol]utho (cf. EUND., *ZPE* 136, 2001, 284). - 2-3 Helvacios alios invenies tit. n. 6349. 7921.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7981 tit. sepulcralis

Stela lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis fere composita, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (62) × (57) × 19,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra, a dextra et infra servantur circ. 42/43 × 46,5. In latere dextro effingitur anaglyphum pedi, quo baculo pastores hodie quoque ad pecora a discessu intercludenda utuntur (de anaglypho fusius disseruerunt DEVIJVER - VAN WONTERGHEM *l. infra l.* et BUONOCORE, in *Ovidio* 140-141). Litt. ad actuarias transgredientes 5/4 (litt. S v. 4 extra aream marginatam incisa). Rep. circ. a. 1930 prope vicum *Forme* (cf. CASTELLANI *l. infra l.*). Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40930), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β

[D(is) M(anibus)] s(acrum).  
 [- -]nio Martiali  
 [qui] vixit annis XVII,  
 [- -]nius Marcellus  
 5 [[fratr]i pientissimo p(osuit);  
 [- -]ius Fe[- -]  
 [- - - - -?]  
 [- -?] Praenesstinus.

Fig. α: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 Fig. β: Im. phot. a FERNAND DE VISSCHER sumpta.  
 F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 74–75 n. 28 cum im. phot. tab. XXXIII (AE 1974, 308; etiam cf. AE 1956, 6); inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 79 n. 210 cum im. phot. LVI fig. 115; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 19, 1988, 97–102 cum im. phot. fig. 1–2 (cf. AE 1988, 463); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 448 n. 214; CHIOFFI, *Caro* 70–71 n. 86, ubi alia bibliographia inveniri potest; DI BIASE, *Alba Fucens* 105–107 n. 38 cum im. phot. tab. XXV fig. 38. – Cf. BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 24 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 117); F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 291–292 cum im. phot. autem conversa fig. 9; EUND., in *Itinera archaeologica* 206 cum im. phot. fig. 18.

Puncta nulla. – 8 *Praenesstinus* pro *Praenestinus* (de quo cognomine etiam vide D. COLUCCI, in *Antiquarium Celio* 195–196; aliam bibliographiam recensui ad tit. n. 2593).

1 [D(is) M(anibus)] s(acrum) iam DE VISSCHER. – 2 [No]nio DE VISSCHER, attamen recte DEVIJVER – VAN WONTERGHEM statuerunt alia supplementa excludenda non esse, ex gr., tit. Albensibus collectis, [Apo]nio, [Ma]nio, [Ver]nio; per multa autem sunt nomina, quae terminantur in -nius. – 4 [Non]ius DE VISSCHER. – 5 [filio] dubitanter DE VISSCHER, [filio] vel [fratri] DEVIJVER – VAN WONTERGHEM et DI BIASE; E pro P DE VISSCHER; P recte DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui solverunt vel p(ater) vel p(osuit). – 6 Fe[lix] vel Fe[stinus] ex. gr. IID. – Inter [- -]ius Fe[- -] et [- -?] *Praenesstinus* DEVIJVER – VAN WONTERGHEM versus nonnullos exaratos esse nunc perditos fortasse recte coniecerunt.

Ut ex anaglypo in latere dextro efficto sane elicitur, [- -]nius Martialis pastor fuisse videtur, cui titulum frater [- -]nius Marcellus posuit; quo consanguinitatis vinculo

[- -]ius Fe[- -] et Praenestinus ille cum [- -]nio Martiali iuncti sint, nescio.

Forma litterarum ad temporis spatium inter saec. II ex. et III in. p. C. n. comprehensum adducit.

## 7982 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra in formam fastigii desinens in margine dextro fracta in fronte scalpro dentato dolata nec non fissuris laesa infra levigata a tergo rudis. Rep. circ. a. 1980 extra vicum *Magliano dei Marsi* in regione, q. d. *Campo d'Albe* vel *Monumento*, in praedio *Cava Graziani* nuncupato. Servatur *Magliano dei Marsi* in aedibus privatis haud longe ab ecclesia Sanctae Luciae sitis. Accessui clausam descripsi a. 2011 quatenus potui ex scheda GIUSEPPE GROSSI et ad im. phot.



Melañt̃bi  
 Vettiae s(ervi);  
 Hediasor(or)  
 p(osuit).

Im. phot. a GROSSI sumpta.

G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 116; ID., in *Scurcola Marsicana* II 125–126 n. 2 cum im. phot. fig. 22 (cf. p. 134); BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 373 n. 32 cum im. phot. fig. 39 (AE 2013, 421).

2 punctum triangulare; litt. S supra versum egrediens. – 3 litt. H indicata est hastis rectis duabus sine lineola transversa.

1–2 MELANTI | VETTIAE Q | ILEDIA GROSSI.

De nomine gentilicio Vettii vide supra ad tit. n. 7884. De cognomine Hediae cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 947–948.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 7983 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae long. 66, diam. 8. Litt. eminentes 3,5. Rep. nescio quando inserta muro cuidam sito apud aditum a latere theatri Albae Fucensis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 24036), ubi a. 1992 contuli.



Q(uintus) N(aevius) M(acro), M(arcus) Al(lidius) Q(uadratus).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. inv. 31632.  
H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 58, 1985, 161 cum im. phot. tab XII litt. d.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 452 n. 238. – Cf. M. J. STRAZZULLA – R. DI CESARE – D. LIBERATORE, in *Belgica et Italica* 168; FUSCO, *Gestione delle acque* 39; ROSE, *Studi* 102.

Puncta in formam circuli et trianguli insculpta.  
De Quinto Naevio Macrone et Marco Allidio Quadrato vide ad tit. n. 7913 et 7914. 7916.  
Inter a. 40 et 50 p. C. n.

7984 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte perquam adesa, a tergo paululum rudis (14) × (24) × 11. Litt. exiles 3,5. Rep. a. 1954 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis in puteo quodam in media area Albae Fucentis sito. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40924), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



-----  
[- -]ALQ[- -]  
[- -]NIOB[- -]  
[- -]l(ibert-) Zacynt[- -]  
[- -]+++++[- -]  
-----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 79 n. 40 cum im. phot. tab. XXXV; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 82 n. 222 cum im. phot. tab. LIX fig. 121.

3 punctum triangulare.  
[- -]L[- -] || [- -]NIOT[- -] || [- -]ZACYN[- -] DE VISSCHER. – 2 subest fortasse cognomen *Nioba/Niobe*; *Histonii C. Figellius C. l. Thallus* titulum n. 2901 coniugi suae bene merenti *Raiae Niobeni* posuit. – 4 + vestigia litt. incertarum.  
3 *Zacynt(h)us/Zacynt(h)is* pro *Hyacinthus/Hyacinthis*.  
Ex forma litterarum saec. III p. C. n. esse videtur.

7985 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario rotundata supra et infra fracta, in fronte levigata (50) × 42 × 14. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta lat. 35,5. Litt. 7–5,5 (litt. T v. 1 maioris mensurae; litt. E extremae vocabuli *Sextuleiae* extra aream marginatam incisa; v. 4 litteris minoris mensurae 1,3 adiectus). Rep. circ. a. 1980 extra

vicum *Magliano dei Marsi* in regione, q. d. *Campo d'Albe* vel *Monumento*, in praedio *Cava Graziani* nuncupato. Servatur *Magliano dei Marsi* in aedibus domini *Pietro d'Alessandro – Tavani – Aloysi* sitis iuxta viam *Petronilla Paolini* sub n. 1 apud ecclesiam Sanctae Luciae, ubi m. Mai. a. 2015 cum CESARE CASTELLANI contuli.



Optata  
Sextuleiae (scil. serva)  
an(norum) XX;  
'Pudens'.

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.  
G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 116; ID., in *Scurcola Marsicana* II 126 n. 3 cum im. phot. fig. 23 (cf. p. 124); BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 374 n. 33 cum im. phot. fig. 40 (*AE* 2013, 422).

3 punctum in formam aculei rosae incisum.  
4 INDENS GROSSI.  
Fusius in tit. Albensibus nomen gentilicium *Sextuleii* laudatur (cf. tit. n. 3909. 3925. 3952. 3967. 4028. 4029).  
Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

7986 = *EE* VIII p. 47 n. 190 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario corona et crepidine undique prominentibus praeditus supra fractus undique levigatus autem valde pessumdatum 90 × 60 (36 × 38 CANALE PAROLA) × 35. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 55 × 30. Litt. valde attritae 3,5/3. Rep. nescio quando loco incerto; in lucem denuo rediit a. 1888 operibus ad coenobium clericorum regularium *Barnabitarum* reficiendum institutis (CANALE PAROLA). Nunc servatur in viridario aedium gentis *Pace* iuxta viam *Anini* sub n. 18 vici *Massa d'Albe* sitarum, ubi a. 1983 contuli.

D M S  
 PARATE · M · LOLLI  
 ONESIMI · DELICATE  
 QVAE VIXIT · M · XI · DI  
 XVIII · POSVERV  
 PARATVS · ET  
 FORTVNATA  
 ENTES · FILIA  
 SIMA ♠

Fig. α



Fig. β

*D(is) M(anibus) s(acrum).*  
*Parate M(arci) Lolli*  
*Onesimi delicate*  
*quae vixit m(ensibus) XI di(ebus)*  
 5 *XVIII posueru(nt)*  
*Paratus et*  
*Fortunata*  
*[par]entes; filia*  
*[- -]sima.*

Fig. α: Im. ab ERCOLE CANALE PAROLA del.  
 Fig. β: Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta.  
 F. BARNABEI, *NS* 1888, 331–532 ad ectypum ab E. CANALE PAROLA datum; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 47 n. 190; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 63 n. 161 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 77; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 158; DI BIASE, *Alba Fucens* 114–115 n. 41 cum im. del. tab. XXVII fig. 41 a FIORELLI sumpta. – Cf. BUONOCORE, in *Valle di Comino* IX 38.

2–3 non dividit DI BIASE. – 2 *Parate* pro *Paratae*. – 3 *delicate* pro *delicatae*. – 9 *[- -]tima* vel *[- -]sima* IHM; *[caris]sima*

vel *[piis]sima* vel sim.; in fine vestigium puncti in formam hederæ insculpti.

C. Lollius M. f. Chilo quidam tit. Albensi n. 4000 quoque laudatur; etiam cf. supra tit. n. 7977. Delicatos in tit. regionis quartae passim reperies (de quibus vide H. S. NIELSEN, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 19, 1990, 79–88; V. LA MONACA, in *Est enim ille flos Italiae* 211–218; EAND., *Epigraphica* 69, 2007, 169–180; EAND., *Anc. Soc.* 43, 2013, 191–212).

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta congruit.

7987 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra a sinistra fractus, in fronte levigatus autem nonnullis fissuris laesus infra latior et rudis a tergo scaber 156 × 78 × 34. Area titulo inscribendo destinata excavata, cui fastigium rotundatum superimpositum, cymatio inverso ab utroque latere cincta 60 × 55. Litt. impares 6,5–5,2. Rep. d. 29 m. Apr. a. 1891 in praedio domini Antonio Carlucci prope vicum Magliano dei Marsi in regione, q. d. *Monumento* vel *Campo di Alba*. Servatur in museo municipali oppidi *Avezzano*, ubi a. 1982 contuli et m. Oct. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.

C · PETIDIO · AVCTO  
 ALBIA · SECVND  
 A CONIVGI POSVIT

Fig. α



Fig. β



Fig. γ

Ç(aio) Petidio Aucto  
Albia Secunda  
[Pro]çilla coniugi posuit.

Fig. α: Im. a FRANCESCO LOLLI del.

Fig. β: Im. phot. a M. B. sumpta.

Fig. γ: Im. phot. ab ELVIO GENTILE sumpta.

F. LOLLI, *NS* 1892, 32 n. 1; L. ORLANDI, *I Marsi* 286 n. 50; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 30 n. 23; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 66 n. 169 cum im. phot. tab. XLII fig. 83; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 449 n. 215; CATALLI, *Museo Lapidario* 50 n. 34 cum im. phot.; DI BIASE, *Alba Fucens* 137 n. 57; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 374–375 n. 34 cum im. phot. fig. 41 (*AE* 2013, 423); C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 306–308. – Cf. D. VILLA, in *Poco grano, molti frutti* 172; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

Puncta triangularia.

1 M. TIDIO ORLANDI et ORLANDI – VERI. – 3 in. supplevi non sine dubiis; *b(ene) m(erenti)* OMNES praeter LOLLI (vide im. del.), CASTELLANI et DI BIASE, qui legunt [ - - ]a.

Petidios alios in tit. Albensibus non reperies; M. Albius quidam tit. n. 3911 et Albia C. f. Sabinilla clarissima femina tit. n. 7956 quoque laudantur (de nomine vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 460). Etiam cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 102.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7988 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta, in fronte levigata a tergo rudis (24) × (47) × 16,5. Litt. circ. 9,5. Rep. Albae Fucensis in effossionibus a F. DE VISCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5465), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[ - - ] Philodam [ - - ]  
-----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 104 n. 287 cum im. phot. LXXXII fig. 172; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 375–376 n. 35 cum im. phot. fig. 42 (*AE* 2013, 424).

De cognomine Philodami casu nominativo vel dativo inculpto agitur (etiam vide infra ad tit. n. 8011).

Forma litterarum ad saec. I in. p. C. n. adducit.

7989 = *EE* VIII p. 47 n. 191 = I<sup>2</sup> 1822 (cf. p. 1047) = *CLE* 72 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta undique perquam pessumdata passim umore et fissuris deleta nec non musco circumlita 90 × (143) × 9 (100 × 80 BARNABEI). Litt. valde attritae 5–4. Rep. nescio quando loco incerto; *Nel granile dei P(adri) Scolopj di Massa. Collazionata addi 19 Giugno 1810* (Rossi); in lucem denuo rediit a. 1888 operibus ad coenobium clericorum regularium Barnabitarum reficiendum institutis (CANALE PAROLA); nunc servatur in viridario aedium gentis *Pace* iuxta viam *Anini* sub n. 18 vici *Massa d'Albe* sitarum, ubi a. 1983 contuli.

*Nel granile dei P(adri) Scolopj di Massa*

*Inse Omnesulorum a Philodam familia antica a Alba collazionata da S. Rossi 19 giugno 1810*

+ MLEIVS · L · L · PHLOXSE NVS

QD · ET · M · L · PHLOCRATEA

3 LEIVS · L · L · PHLLA · L · L · V

5 NVLLIVS · VIXSI · QVON R Q

6 RVNI · VITAM · LAVDRVNT MEAM

7 HIC · NESTAM · AETERNAM · DEVOVI DOMUM

Fig. α

MLEIVS · L · L · PHILOXSE NVS

QD · ET · M · L · PHILOCRATEA

LEIVS · L · ET · Q · L · PHILOCALVS

LEIVS · L · L · PHILADELPVS

V · VLLIVS · VIXSI · QVGM · FIDE

AVNT · VITAM LAVDARVNT MEAM

NESTAM · AETERNAM · DEVENI · DOMV///

Fig. β




Fig. γ



- [- -]lleius L(uci) l(ibertus) Philoxenus,  
 [- -] mulieris et M(arci) l(iberta) Philocratea,  
 [- -]lleius L(uci) et mulieris l(ibertus) Philocalus,  
 [- -]lleius L(uci) l(ibertus) Philadelpus;  
 5 [sine lite et quest]u ullius vixsi quom fide,  
 [qui me nove]runt vitam laudarunt meam,  
 [post vitam ho]nestam aeternam deveni domu[m].

Fig. α: Im. a ROSSI del.

Fig. β: Im. ab ERCOLE CANALE PAROLA del.

Fig. γ: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

ROSSI, *ms.* f. 18v cum im. del.; F. BARNABEI, *NS* 1888, 531 ad ectypum ab E. CANALE PAROLA datum; ex quo M. IHM, *EE* VIII p. 47 n. 191; E. LOMMATZSCH, *I<sup>2</sup>* 1822; BÜCHELER, *CLE* 72; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4259; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 698; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 63–64 n. 162 cum im. phot. tab. XL fig. 78; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 44 n. 64 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 186 n. 64); DI BIASE, *Alba Fucens* 117 n. 43 cum im. del. tab. XXVII fig. 43 a FIORELLI sumpta; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 439 n. 159; ID., in *Metrische Inschriften* 214–215 n. 7; ID., in *Temptanda viast* 11 n. 50. – Cf. A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, *I<sup>2</sup>* p. 1047 ad n. 1824; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 76; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 47 n. 59; EUND., *Codici epigrafici* 28; M. MASSARO, in *Metrische Inschriften* 148.

Puncta triangularia haud semper insculpta in formam hederarum v. 1 et 5 quoque redacta.

Senarios v. 5 BÜCHELER (apud *EE*), 6. 7 BARNABEI et BORMANN (apud *EE*) expleverunt. – 2 ex. PHLOCRATEA, 3 omisit, 4 ex. PHLLALLV, 5 in. NVLLIVS, 5 ex. QVON R Q, 6 ex. LAVDRVNT, 7 ex. DEVOVI ROSSI. – 1 *Philoxenus* pro *Philoxenus* (etiam cf. infra ad tit. Amiterninum n. 8370). – 4 *Philadelpus* pro *Philadelphus*. – 5 [procul met]u BARNABEI; *vixsi, quom* pro *vixi cum*. Nescio qua causa M. T. SBLENDORIO CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 54 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1209) tractavit formam *vixsit* pro *vixit* in carminibus. De iunctura *cum fide* cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 1210. VI 32311. *CLE* 53 (*cum magna fide*); de re universa vide M. MASSARO *Epigraphica* 60 1998, 204 adn. 77. – 6 [qui bene cogno]runt BÜCHELER, *CLE*, cum qua coniectura CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 373 quoque consentit; *laudarunt* pro *laudaverunt*.

Quomodo nomen, quod in *-lleius* terminatur, recte sit restituendum, incertum est, eo magis, quod Alba Fucens nomina similia non laudantur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 223). V. 5–7 sunt tres iambs senarii, scil. *sine lite et questu ullius vixsi, quom fide* | *qui me noverunt vitam laudarunt meam*, | *post vitam honestam aeternam deveni domum*, quos in sermone Italico hoc modo vertendos opinor: *Ho trascorso la vita con fedeltà senza litigio o controversia di nessuno: coloro che mi hanno conosciuto veramente hanno lodato la mia condotta di vita; dopo averla trascorsa onorevolmente, ho raggiunto la dimora eterna* (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I, 115 ad n. *CLE*). De locis similibus (etiam cf. tit. huius Corporis vol. VI 21975, ubi reperies locutionem *vixi quom fide*; de qua etiam vide MASSARO, *l. l.* 282), praeter AUCTORES supra memoratos, etiam vide G. BARBIERI, *Misc. Greca e Romana* 4, 1975, 334, qui collegit exempla locutionum *aeterna domus* vel sim.; SANDERS, *Lapides memores* 300; MASSARO, *Epigrafia metrica latina* 188; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 193.

Saec. I medio a. C. n. non sine dubiis tribuerim.

7990 tit. sepulcralis

Ara ex lapide calcario undique levigata autem passim fissuris laesa fastigio triangulari et crepidine prominentibus praedita (82 × 40 × 40). In media area fastigii acroteriiis lateralibus ornati inspiciuntur vestigia coronae vittatae, in

latere dextro et sinistro insculptum est encarpum cum tae-niis suspensum capiti arietis. Litt. impares 5,5–4,5. Rep. casu et fortuito a. 1912 *Albe* in praediis comitis *Pace*, ut refert ETTORE GHISLANZONI in breviario suo eiusdem anni servato Romae in *Archivio Storico della Soprintendenza Archeologica di Roma – Palazzo Altemps (ASSAR)*, b. 41, fasc. 1 (gratiam ago CESARE CASTELLANI qui me certiore fecit). Immissa a. 1936 dono gentis *Cerciello* in museum municipale *Avezzano*. Usque ad a. 2012 ibidem servabatur et a. 1982 et 1996 contuli; nunc exstat in *Museo del Fucino (ex Mattatoio Comunale)*, ubi a. 2012 denuo recognovi.



C(aio) Pompul-  
 lio Helio,  
 P(ublio) Acuvio  
 Communi,  
 5 P(ublio) Acuvio  
 Cadmo;  
 f(ecerunt) s(ibi).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 79.2891 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 13).

L. ORLANDI, *I Marsi* 272 n. 20; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 88–89 n. 241 cum im. phot. tab. LXIV fig. 134; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 55 n. 58; CATALI, *Museo Lapidario* 52 n. 36 cum im. phot.; D. VILLA, in *Effetto Alba Fucens* 113 n. 205 cum im. phot.; C. LETTA, in *Aia dei musei* 32–33 n. 21 cum im. phot.; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 376–377 n. 36 cum im. phot. fig. 43 (*AE* 2013, 425). – Cf. C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 490. 491. 492 cum im. phot. fig. 8.

Puncta in formam hederarum (v. 2. 5) et trianguli (v. 3) insculpta.

1–2 C. POMPVL|EIO HELIO ORLANDI et ORLANDI – VERI, C. POMPVL|EIO HELIO CASTELLANI, CATALI, VILLA, LETTA. – 2 *Hedio* tyopthetae errore ut opinor *AE*. – 3 PACV-VIO, 5 PACVVIO OMNES. – 7 *p(ublice) s(tatutus)* ORLANDI et

ORLANDI – VERI, P(- -) S(- -) CASTELLANI, *p(ecunia) s(ua)* vel *p(roximis) s(uis)* CATALI, *p(ecunia) s(ua)* VILLA, LETTA.

Alios Pompulios Albae Fucentis non invenies; Acuvius alter redit supra tit. n. 7954. De cognomine Helii etiam vide supra ad tit. n. 7958.

Ex litterarum forma non excludo, quin saec. II p. C. n. esse possit (saec. I p. C. n. LETTA).

7991 = EE VIII p. 47 n. 192 tit. sepulcralis

Urna cylindrata ex lapide calcario operculo carens infra latior undique levigata autem passim fissuris laesa nec non in margine superiore deturpata 45 × circ. 34 diam. (de forma vide G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 69–70). Litt. impares 2,8–2,5. Rep. a. 1884 a comite *Cesare Pace* in sepulcreto in regione ad occasum solis spectante sito in regione, q. d. *Torrioni*, prope vicum *Massa d'Albe*. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5455), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



*C(aio) Pontedio C(ai) l(iberto)  
Secundo.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 483 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4<sup>o</sup>, 1, 1885, 657) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 219–220) cum im. del.; ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE VIII* p. 47 n. 192; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 64 n. 163 cum im. phot. XL fig. 79; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 440 n. 160; MARTELLA, *l. l.* 69; DI BIASE, *Alba Fucens* 141 n. 60 cum im. del. tab. XXXVII fig. 60. – Cf. F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALTY, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 387.

1 punctum triangulare.

Pontedii alii in tit. Albensibus non laudantur. [- P]ontid[us] - Secu]ndus quidam tit. Marruvino n. 3799 memorari videtur.

Quin saec. II p. C. n. vel paulo postea sit, non excludo.

7992 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (28) × (64) × 14/12. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et ab utroque latere servantur, ? × 58. Litt. 4,5–4. Rep. loco incerto nescio quando. Servabatur muro cuidam affixa viridarii aedium gentis *Volpe – Lucchino* in vico *Massa d'Albe* sitarum, ubi a. 1955 F. DE VISSCHER descripsit; attamen a.

1981 partem dextram tantum servatam in viridario eiusdem loci contuli et m. Mai. a. 2015 cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β

*Publīcia Reparata  
sibi et M(arco) Aurelio  
Allidio I]anuario  
+++++ [... ]ni coniu(gi)  
-----*

Fig. α: Im. phot. a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM sumpta.

Fig. β: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 74 n. 26 (*AE* 1974, 306); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 78 n. 208 cum im. phot. LVI fig. 114; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 166 n. 16 cum im. phot. tab. IV litt. b; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 449 n. 216; DI BIASE, *Alba Fucens* 144 n. 63 cum im. phot. tab. XXXIX fig. 63 e DEVIJVER – VAN WONTERGHEM repetita. – Cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 131; BUONOCORE, *ZPE* 108, 1995, 127 adn. 40 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* I, 82 adn. 40).

Puncta triangularia.

3 [I]anuario DE VISSCHER; [I]anuario iam recte DEVIJVER – VAN WONTERGHEM. – 4 + vestigia litt. incertarum (ultima esse videtur litt. N potius quam L); *August[us] l(iberto)* DE VISSCHER, DI BIASE; *August[us] l(i)* DEVIJVER – VAN WONTERGHEM; CONIV iam recte DE VISSCHER, *coniugi* DEVIJVER – VAN WONTERGHEM; attamen non excludo *coniugi*.

Cf. tit. n. 4021, quem FABRETTI “ad d. Pelini” (agitur, ut opinor, de vico hodie *San Pelino* haud longe ab *Avezzano* sito), prope lacum Fucinum videtur inspexisse, scil. *Publīcia Reparata | mihi et tibi | Marco Allidio | ob memoriam | fecit*; quamquam lectio adhuc incerta manet, excludo, quominus hic titulus idem ac titulus noster fuerit. Attamen femina et vir iidem esse videntur.

*Publīcia Reparata* fuit liberta publica, ut sane elicitur e nomine gentilicio. Marci Allidii fusius in tit. Albensibus laudantur (cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 131–132).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

## 7993 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata (29) × (22) × ?. Litt. 4,2–3,4. In lucem rediit nescio quando muro cuidam stabuli immissa in vico *Albe Vecchia*. Servari videtur inter reposita castelli olim gentis *Piccolimini* vici *Celano*, ubi autem a. 1992 frustra quaesivi. Descripsi ut potui a. 2011 e scheda DE VISSCHER et ex im. phot.



-----  
 [A]ug(usti) [(i)berto]  
 Puden[ti]  
 frugi [- - -?]  
 anno[r(um) - - -]  
 5 pater [- - -?]  
 p(osuit).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 3642.  
 F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 76 n. 30 (*AE* 1974, 310); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 79–80 n. 212; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 447 n. 208.

1 supplevi non sine dubiis. – 1 omisit CASTELLANI.

De laudationis formula *frugi* vide J. N. BONNEVILLE – S. DARDAINE, *REA* 86, 1984, 217–244.


Ex forma litterarum saec. I labenti p. C. n. saltem tribuerim.

## 7994 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in fronte passim fissuris laesa 59 × 43,3/42,5 × 39. Litt. impares 6,2/4,2. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur in gallinario quodam vici antiquioris *Scurcola*, nunc exstat in aedibus domini *Antonio Morelli* iuxta viam *Roma* sub n. 113/B situs in vico *Scurcola Marsicana* prope monasterium S. Antonii, ubi m. Sept. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI contuli.

Pyrallidi M(arci)  
 Ocrati Frontonis  
 anc(illae) collegium  
 ararum  
 5 Luciarum  
 p(osuit).

Im. phot. a CESARE LETTA sumpta.  
 C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 89–103 cum im. phot. (*AE* 2012, 430) – Cf. G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 65 cum im. phot. fig. 32; EUND., in *Scurcola Marsicana* II 119 n. 18. 130 cum im. phot. fig. 9; S. SEGENTI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 327 adn. 6; EAND., *Decreta Pisana* 100 adn. 104; C. LETTA, in *Epigrafia e politica* 40; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 174–175.



Puncta in formam circulorum insculpta.

Titulus Pyrallidi Marci Ocratii Frontonis servae positus est a collegio scil. cultorum ararum Luciarum. Nomen gentilicium Ocratii in tit. Albensibus non redit; attamen cf. tit. in regione Vestina repertos scil. n. 3511 = 7565 (Peltuinum). 3612. 7635 (Aveia); Marci Ocratii quoque laudantur in tit. aetatis liberae rei publicae Capuae inventis (cf. D'ISANTO, *Capua romana* 185–186); de re universa etiam vide O. SALOMIES, *Arctos* 32, 2001, 162–163. Arae illae Luciae, ut recte LETTA monuit, exstructae esse videntur consensu omnium ordinum Albensium ad augendos honores Lucii Caesaris cum ipse a. 2 p. C. n. obiit (praetermittendum quoque non est Lucium Caesarem patronum Albae quoque fuisse: cf. tit. n. 3914). LETTA non excludit, quominus una cum aris cenotaphium sit quoque aedificatum, ubi quotannis d. 20 m. Aug. inferias vel parentationes mittendas Albenses curarent, nec non postea Caius Caesar quoque honoraretur.

Collegium ararum Luciarum usque ad saec. II in. p. C. n. operam suam dedisse videtur, ad quod tempus forma litterarum sane adducit.

## 7995 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur undique fracta rep. *Albe* (Rossi). Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1987 et 2011 ad im. del. ROSSI.

*Albe*  
 RAPTOLVS.

Im. a Rossi del.

ROSSI, *ms.* f. 31r cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 94 n. 252; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 101. – Cf. EUND., *Codici epigrafici* 28.

Cognomen Raptoli, si recte traditur, aliunde ignotum. Fortasse subest cognomen Pactoli, ut per litteras mihi certiore fecit amicissimus HEIKKI SOLIN (de quo cognomine cf. SOLIN, *Namenbuch*<sup>2</sup> 699; etiam cf. tit. Venusinum *AE* 1994, 449 = M.

CHELOTTI, *Suppl. It.* 20, 2003, 260–261 n. 204 nec non tit. Galliae Narbonensis C. VISMARA, in C. VISMARA – M. L. CALDELLI, *Epigrafia anfiteatrale dell'Occidente romano V. Alpes Maritimae, Gallia Narbonensis, Tres Galliae, Germania, Britannia (Vetera. Ricerche di storia, epigrafia e antichità 14)*, Roma 2000, 73–74 App. 10a). Tota autem res sub iudice relinquatur.

Cuius aetatis sit, non definio.

## 7996 tit. sepulchralis

Fragmenta duo epistylia ex lapide calcario (a–b) inter se non coniuncta, a tergo paululum levigata crass. 27. – Frg. a ab utroque latere et infra fractum, in fronte scalpro dentato dolatum (33) × (100). Area titulo inscribendo destinata haud excavata fascia continua cincta, cuius pars superne tantum servatur. – Frg. b ab utroque latere et supra fractum, in fronte levigatum (30–31) × (107). Litt. rubricatae 7 (frg. a) – 6/5,5 (frg. b). Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servantur inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* vici *Celano* (inv. n. 40906 frg. a, inv. n. 40909 frg. b), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. α



Fig. β

[ - R]ubrius C(ai) f(ilius) Fab(ia), Saltoria T(iti) f(ilia) - - -  
[ - - - - - ]  
[ - - ] + + + + [ - - ]  
[ - - ] et negas tamen hoc veniundu[m est tibi (?)].

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 102 n. 280–281 cum im. phot. tab. LXXIXI fig. 165–166 sine supplementis; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 262–263 n. 15 cum im. phot. fig. 16–17 (AE 1997, 470) (= ID., *Abruzzo e Molise I* 344–345 n. 15 cum im. phot. 21–22); ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 44 n. 66 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 186 n. 66); ID., in *Fonti latine e greche* II 449 n. 217; DI BIASE, *Alba Fucens* 119–120 n. 45 cum im. del. tab. XXVIII fig. 45; BUONOCORE, in *Metrische Inschriften* 214–215 n. 7; ID., in *Temptanda viast* 11 n. 52. – Cf. M. MASSARO, *Maia* 55, 2003, 190–191; P. CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 37 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1175–1176); BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; M. MASSARO, *ibid.* 125 n. 38.

Puncta in formam undae cuiusdam redacta (formam huius puncti non reperio apud R. ZUCCA, *Misc. Greca e Romana* 18, 1994, 123–150).

3 + vestigia litt. incertarum. – 4 [innuis] dubitanter CUGUSI sub exemplo tit. CLE 120, scil. *eus tu viator, veni hoc et quiesce pusilu*; | *innuis et negitas, tamen hoc redeundus tibi*;


*veniundu[m]* pro *veniendu[m]*; inde legendum *neg(it)as*. Aliter MASSARO infra.

Albae Fucentis memorantur Marci Rubrii (cf. tit. n. 4025. 7997; etiam cf. supra tit. n. 7944) et Caius Saltorius Caii filius ille, qui donarium Herculis a militibus Africanis Caecilianis dicatum faciendum curavit (vide supra ad tit. n. 3907). V. 4 fragmentum senarii iambici videtur esse legitimi (dummodo in verbo *negas* corripias, ut licet in iambis, alteram syllabam), collatis locutionibus similibus, scil.: *cum diu ambulareis, tamen hoc veniundum est tibi* (CLE 119, 2), *bene vive, propera, hoc est veniundum tibi* (CLE 83, 4), *hospitium tibi hoc; invitus venio, veniundum est tamen* (CLE 242, 1), *innuis et negitas? tamen hoc redeundus tibi* (CLE, 120, 2). Quibus tit. collectis MASSARO supra laudatus censuit locutionem, recto ductu senarii servato, suppleri posse exempli gratia hoc modo, scil.: [*si* (vel potius *an*) *properas* (vel *taedet* vel etiam *piget*)] *et negas tamen hoc veniundu[m est tibi]* (vel *veniundu[mst tibi]* vel *veniundu[m tibi]*); de re universa vide EUND., *Inv. luc.* 12, 1990, 205–217; etiam cf. tit. n. 5337 et F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 194.

Forma litterarum et punctorum nec non locutiones adhibita ad saec. I medium a. C. n. saltem adducunt.

## 7997 tit. sepulchralis

Stela lapidis calcarii superne semicirculata et latior in fronte scalpro dentato dolata nec non fissuris laesa infra rudis a tergo scabra 87 × 39–30 × 19. Litt. 3,5–3,2. Rep. videtur Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 5461), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



M(arcus) Rubrius  
M(arcus) I(ibertus) Eros.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 102–103 n. 282 cum im. phot. tab. LXXIX fig. 167; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 264 n. 16 cum im. phot. fig. 18 (*AE* 1997, 471) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 345 n. 16); ID., in *Fonti latine e greche* II 449 n. 218; DI BIASE, *Alba Fucens* 134 n. 54 cum im. del. tab. XXXIV fig. 54.

Puncta triangularia.

Marcus Rubrius Ampio i. e. Amphio quidam tit. n. 4025 quoque laudatur; etiam vide ad tit., qui praecedit.

Ex litterarum forma saec. I in. p. C. n. esse videtur.

#### 7998 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa in usum posteriorem undique recte scissa (13) × (26) × ?. Litt. ad acturias transredientes acu incisae 4/2. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur inde ab a. circ. 1950 *Sorbo* haud longe a *Scurcola Marsicana* muro cuidam exteriori immissa in fronte domus domini *Antonio D'Eramo* sitae iuxtam viam *Valeriam* sub n. 63, ubi a. 1992 contuli et m. Sept. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



Rufio  
Hilarai p(osuit).

Im. phot. a CASTELLANI sumpta. G. SUSINI, in *Epigraphica* 37, 1975, 212–213 cum im. phot.; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 90 n. 244 cum im. phot. tab. LXV fig. 136.

2 punctum triangulare sursum directum.

2 *Hilara* "(liberta)" p(osuit) non excludit SUSINI; *Hilarai* pro *Hilarae*.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 7999 = *EE* VIII p. 48 n. 195 tit. incerti generis

Videtur fuisse pars epistylis ex lapide calcario supra, a dextra, infra fracta (37) × (54) × 3. Litt. "maximae sed non bonae" (*IHM*) 23,5. A. 1890 titulum *IHM* descripsit muro exteriori affixum domus cuiusdam vici *Albe Vecchia* sitae haud longe a *Castello*, ubi inter a. 1949 et 1952 *DE VISSCHER* quoque contulit. Attamen a. 2011 frustra quaesivi. Descripsi quatenus potui a. 2011 a scheda *IHM*, *DE VISSCHER* et ad im. phot. a *CESARE CASTELLANI* m. Ian. ex. a. 1982 sumptam.



*L(ucius) S[- -]*.

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

M. *IHM*, *EE* VIII p. 48 n. 195; F. *DE VISSCHER*, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 81 n. 47, qui titulum ineditum existimavit; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 65 n. 166 cum im. phot. tab. XLI fig. 81 (cf. p. 84 n. 229); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 440 n. 163; DI BIASE, *Alba Fucens* 156 n. 74.

Ratio nominis casu nominativo exarata mihi esse videtur, ex eo, quod ex forma monumenti videtur fuisse titulus ad opus publicum pertinere, quod *Lucius S[- -]* dedicavit. Res autem incerta manet.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 8000 tit. sepulcralis

Parvus cippus ex lapide calcario crepidine prominente praeditus ab utroque latere et supra fractus in fronte levigatus a tergo rudis (37,2) × (38,4) × 13,5. Litt. 4,5–4,3. Rep. a. 1973 in effossionibus ad cloacas faciendas institutis in regione, q. d. *Caruscino*, sita haud longe ab *Avezzano* una cum tit. n. 7950. 7969. 8009. Eodem anno immissa est a domino *Enrico Vero* in museum municipale *Avezzano*, ubi a. 1982 contuli et m. Oct. a. 2014 una cum *CESARE CASTELLANI* denuo recognovi.



-----  
[- - -]d]iebu[s - - -]  
[- - -]ae Salvi[- - -]  
[- - -]us Priscu[s]  
b(ene) m(erenti) p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

CASTELLANI, *Museo* 13; ID., *Epigrafi albensi* 95 n. 257 cum im. phot. tab. LXVIII fig. 141 (sine supplementis); BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 270–271 cum im. phot. tab. XI fig. 11; ID., in *Fonti latine e greche* II 450 n. 226; CATALI, *Museo Lapidario* 86 n. 75 cum im. phot., qui titulum nondum editum esse suspicatus est; DI BIASE, *Alba Fucens* 127–128 n. 50 cum im. del. tab. XXXII fig. 50. – Cf. *LETTA*, *I Marsi e il Fucino* 122 adn. 67; *ORLANDI – VERI*, *Museo Lapidario* 28 n. 19; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 231 (*AE* 2006, 388); C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 491. 492.

2 punctum in formam circuli redactum.

1 [Dis] [Ma]nibu[s sac(rum)] haud recte *EGO* in ed. pr., [- -]IEB[- -] CASTELLANI, [d]iebu[s - - -] CATALI. – 2 quomodo cognomen *Salvi[- -]* restituendum sit, incertum (cf. *SOLIN – SALOMIES*, *Repertorium*<sup>2</sup> 396; *SOLIN*, *Arctos* 40, 2006, 149). – 2–3 *Salvilius Priscus* CATALI.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

8001 = I<sup>2</sup> 3278 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique levigatus nonnullis autem fissuris laesus 83 × 53 × 48. In parte inferiore exstat foramen, quod aetate posteriore excavatum esse videtur potius quam ad cippum humi figendum adhibitum. Litt. 6. Rep. Avezzano a. 1930 prope castellum gentis *Orsini* inter vias olim *Colle* et *Miloni* appellatas a domino *Loreto Orlandi* in effossionibus ad rudera quaedam purganda institutis. Usque ad a. 2012 servabatur in museo municipali eiusdem oppidi, ubi a. 1982 et 1996 contuli; nunc exstat in *Museo del Fucino* (olim *Mattatoio Comunale*), ubi a. 2012 denuo recognovi.



*Salveia M(arci) f(ilia).*

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 8. 19).

L. ORLANDI, *I Marsi* 259 n. 7; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 88 n. 240 cum im. phot. tab. LXIV fig. 133; A. LA REGINA, huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 3278 cum im. phot. tab. 90 fig. 6; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 48 n. 48; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 449 n. 219; CATALI, *Museo Lapidario* 55 n. 41 cum im. phot.; DI BIASE, *Alba Fucens* 135 n. 55 cum im. del. tab. XXXIV fig. 55; C. LETTA, in *Aia dei musei* 46 n. 44 cum im. phot. – Cf. G. PAGANI, *Pietraquaria e il suo santuario dalle origini ai nostri giorni*, Avezzano (AQ) 1979, 10; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 229; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 96; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 490. 492.


Puncta triangularia sursum directa.

Nomen gentilicium *Salveii* aliunde ignotum esse videtur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 161).

Forma litterarum et punctorum ad saec. I medium a. C. n. adducit (etiam nota *Salveiam* cognomine carere).

8002 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario corona et crepidine magna ex parte autem decussata in fronte et ab utroque latere prominentibus praeditus ab utroque latere et infra fractus, a tergo levigatus 60 × (21/19) × 18/16. Litt. ad actuaras transgredientes 2,5/2. Rep. a. 2006 casu et fortuito in vico *Albe Vecchia*. Servatur inter reposita erigendi antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe* (inv. n. 118), ubi m. Nov. a. 2011 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[D(is)] M(anibus) [s(acrum)].

Ṭ(ito) Sulpicio Fe-

[l]ici, qui vixi[t]

annis

5 LXXXV

menses IIII

dies VIII,

[-] Novius

[F]elix nepo[s].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

M. BUONOCORE, *Epigraphica* 74, 2012, 278–279 n. 4 cum im. phot. fig. 24 (AE 2012, 434).

Puncta triangularia.

7 dies VII AE. – 8 *Nonius* errore EGO, *Epigraphica*, inde AE. – 9 nepo(s) AE.

Sulpicios Noviosque alios tit. Albensibus non invenies.

Ex litterarum forma saec. III p. C. n. saltem tribuerim.

8003 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta (12,5) × ? × ?. Litt. 6. Rep. nescio quando loco incerto. Usque ad a. 1955 servabatur muro cuidam exteriori affixa sub sinistra aditus ecclesiae S. Petri in vico *Albe*. Periisse videtur, ex eo, quod ecclesia inter a. 1966 et 1967 tota in integrum refecta est (vide R. DELOGU, in *Alba Fucens* II 23–68; C. VARAGNOLI, in *Reimpiego in architettura* 469 et passim; P. PENSABENE, *BABesch* 94, 2019, 161–182). Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda DE VISSCHER.

-----?

[- - -] Tituleius C(ai) f(ilius) [- - -]

-----

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77 n. 35 (*AE* 1974, 312); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 81 n. 217; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 449 n. 220. – Cf. DEMOUGIN, *Prosopographie* 324.

Tituleios alios fusius in tit. Albensibus memorantur (vide supra ad tit. n. 3926); nota Caium Tituleium illum tit. n. 3927 laudatum, qui fuit quattuorvir quinquennalis, de quo etiam vide *PME* II 789 n. 30 (add. V 2255), DEMOUGIN, *L'ordre équestre* 316. 833 n. 391, EAND., *Prosopographie* 324 n. 391. De Tituleiis Albensibus vide B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 137–138 (etiam cf. supra ad tit. n. 7945).

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 8004 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fortasse supra rotundata undique fracta, in fronte perquam adesa, a tergo paululum scabra (53) × (43) × 20. Litt. 8,5–6. Rep. a. 1953 in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis haud longe a sepulcreto aetatis Romanae Albae Fucentis sito in regione inter meridiem et ortum solis spectante. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40908), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Umbr[- -]  
Quar[- -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 77–78 n. 36 cum im. phot. tab. XXXIV; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 81 n. 218 cum im. phot. tab. LVIII fig. 120; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 449 n. 221.

Umbr[o] | Quar[- -] DE VISSCHER. – 1 nomina, quae incipiunt in *Umbr[- -]*, in regione Albae Fucentis non laudantur; tit. Cliterniae n. 4171 memoratur Titus Umbrenus Cai filius quidam; Caius Umbrios fusius in tit. Beneventi repertis invenies (etiam cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 194). *Umbr[ius]* vel *Umbr[icius]* LETTA, *I Marsi e il Fucino* 103 adn. 72. – 2 *Quar[ta]* vel *Quar[tilla]* vel sim. (cf. SOLIN – SALOMIES, *l. l.* 388). – Supplere potuissem casu nominativo ex. gr. *Umbr[ia -] | Quar[ta]*; attamen spatium lacunae definire non possum.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

#### 8005 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur undique fracta rep. a. 1802 in *S. Angelo di Antrosano* (ROSSI). Ecclesia S. Angeli nunc diruta est. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1987 et 2011 ad im. a ROSSI del.

Traditur:

VM VALERIA

TO ANNVM · I

XXII

Fuit fortasse:

-----

[- - -]um Valeria

[- - -] filio [q(ui) v(ixit)] annum I

[mensib(us) - dieb(us)] XXII

-----

Im. a ROSSI del.


ROSSI, *ms.* f. 41r cum im. del.; ex quo CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 94 n. 255; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 138; ID., *Epigraphica* 75, 2013, 377–378 n. 37 cum im. del. fig. 44 a ROSSI deprompta (*AE* 2013, 426). – Cf. EUND., *Codici epigrafici* 29.

Supplevi non sine dubiis, eo magis, quod nescio quid dicam de spatio lacunae. Tit. n. 7875 memoratur Valeria Amaryllis, quae Bonae Deae Arcensi Triumphali votum solvit libens animo.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 8006 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario trapezii instar supra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata (20) × (69) × 31. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in stabulo domini *Aulo Colucci* sito in colle *I Cappuccini* nuncupato prope vicum *Scurcola Marsicana*. Accessui clausam descripsi a. 2011 quatenus potui ex scheda GROSSI et ad im. phot.



-----

[- sesterium mille] arbitra[tu - -]

Venustae con[iugis]

de suo.

Im. phot. a GIUSEPPE GROSSI sumpta.

C. LETTA apud G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 118 n. 17. 130 cum im. phot. fig. 8. – Cf. G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 66 cum im. phot. fig. 34. 74.

Puncta in formam aculei rosa insculpta. – 1 HS CD in lapide.

Ex locutione *arbitratu* (de qua inter al. vide A. MAGIONCALDA, in *Finanze municipali* 207 bibliographia ampliore collecta, S. GENTILI – C. VERGANTINI, in *Epigrafia* 280–281, A. SARTORI, in *Epigrafia* 2006 III 1327–1340, H. SOLIN – P. CARUSO, *Samnium* 81–82, 2009, 92–93 et H. SOLIN – P. TUOMISTO, in *Studi storico-epigrafici* 24) aetati Augusteae vel etiam priori parti saec. I p. C. n. tribuerim, cui tempori congruit nota sesterium adhibita (de qua vide S. MROZEK, *Anc. Soc.* 30, 2000, 115–134; etiam cf. RUSSI, *Teanum Apulum* 52).

8007 = *EE* VIII p. 47 n. 193 = I<sup>2</sup> 1823 (cf. p. 1047) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario 35 × 70 × ?. Rep. nescio quando in vico *Scanzano* prope *Tagliacozzo*, ubi a. 1887 ERCOLE CANALE PAROLA descripsit et ectypum chartaceum sumpsit. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2012 ad im. a CANALE PAROLA del.

## L · VETIVS · I · F · FAB sic

*L(ucius) Vetius 'L'(uci) f(ilius) Fab(ia) [- - ?].*

Im. a CANALE PAROLA del.

G. FIORELLI, NS 1887, 459 ad ectypum ab E. CANALE PAROLA datum; ex quo M. IHM, *EE VIII* p. 47 n. 193; E. LOMMATZSCH, *I<sup>2</sup> 1823*; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 64 n. 164; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche II* 440 n. 161; DI BIASE, *Alba Fucens* 154 n. 72. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 267; A. DEGRASSI, *I<sup>2</sup> p. 1047 ad n. 1823*; F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALT, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 385; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 125 adn. 93; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 115; FORNI, *Tribù I Rep.* 557; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34.

“Cernitur I in ectypo fortasse non satis expresso, ut fuerit L” IHM.

*Vetius* pro *Vettius*, quod nomen gentilicium fusius in tit. Albensibus invenies (cf. B. GUASTALLA, *Atti CESDIR* 1, 1967/68 (1969), 139–139; F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195; etiam vide supra ad tit. n. 7884), inter quos vide tit., qui sequitur et supra tit. n. 7918, ubi laudatur L. Vettius Q. f. Te+[- -].

Saec. I medii a. C. n. esse potest (etiam nota virum cognomine carere).

8008 = *EE VIII* p. 47–48 n. 194 = *I<sup>2</sup> 1824* (cf. p. 1047) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra et infra fracta, in fronte perquam adesa (50) × (60) × ?. Litt. profunde incisae 5,5. Rep. a. 1881 in effossionibus ad coemeterium vici *Scanzano* prope *Tagliacozzo* faciendum institutis. Servatur muro cuidam immissa muri ad septentrionem vergentis coemeterii eiusdem vici *Scanzano*, ubi a. 2011 contuli et m. Apr. a. 2015 cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Fig. alpha

L · VETTIVS · M  
VARVELVSFAB  
STAATIAQ · F  
· VXSOR · H  
CVT · SIIPVIT

Fig. beta

*L(ucius) Vettius M(arci) f(ilius)*

*Varvelus Fab(ia),*

*Staatia Q(uinti) f(ilia)*

*uxsor; h[ic]*

5 *sunt sepult[i].*

Fig. alpha: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Fig. beta: Im. a CANALE PAROLA del.

G. FIORELLI, NS 1887, 459 ad ectypum ab E. CANALE PAROLA datum; ex quo M. IHM, *EE VIII* p. 47–48 n. 194; E. LOMMATZSCH, *I<sup>2</sup> 1824*; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 64–65 n. 165 cum im. phot. tab. XLI fig. 80; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche II* 440 n. 162; DI BIASE, *Alba Fucens* 118 n. 44; KRUSCHWITZ, *Römische Inschriften* 49. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 267; F. DE VISSCHER – J. MERTENS – J. CH. BALT, *Mon. Accad. Lincei* 46, 1963, 385; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 125 adn. 93; A. DEGRASSI, *I<sup>2</sup> p. 1047 ad n. 1824*; G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 115; FORNI, *Tribù I Rep.* 560; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34; G. PETRICCONE, *Aequa* 19, 68, 2017, 18.

1 litt. S cum hastis eodem fere gradu inclinatis; 5 litt. E, ut traditur, indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis. Puncta triangularia esse videntur.

2 in. *Varvelus* videtur cognomen aliunde ignotum. – 2 ex. DEGRASSI suspicatur illud FAB ex loco, quo positum *fab(er)* potius quam *Fab(ia)* esse solvendum (etiam vide KRUSCHWITZ, *l. l.*), cum qua coniectura FORNI et EGO non consentimus. – 3 *Staatia* pro *Statia* (etiam cf. tit. Reatinum n. 4642 = *I<sup>2</sup> 1845* (cf. p. 1049), ubi laudatur Sex. Staatius Sex. f. quidam; de nomine nunc vide O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 174–175). – 4 *uxsor* pro *uxor*. – 4–5 iam explevit CHR. HÜLSEN apud FIORELLI, scil. *sut* pro *sunt*, quamquam non est cur excludam, quominus *sunt* cum littera N conexas legendum sit (etiam cf. C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 9 adn. 22).

De Lucii Vettiis Albensibus vide ad tit., qui praecedit, eodem loco repertum. Statios alios non reperies.

Ex forma litterarum et grammatica saec. I medio a. C. n. tribuerim.

8009 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et a sinistra fracta, in fronte valde pessumdata, a tergo scabra (91,3) × 48,2 × 19,8. Ab utroque latere columna cum capitulo et crepidine est sculpta. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 51,2 × 26,5. Litt. magna ex parte evanidae 5,5/3,5. Rep. a. 1973 in effossionibus ad cloacas faciendas institutis in regione, q. d. *Caruscino*, sita haud longe ab *Avezzano* una cum tit. n. 7950. 7969. 8000. Eodem anno immissa est a domino *Enrico Veri* in museum municipale *Avezzano*, ubi a. 1982 et 1996 contuli et m. Oct. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.

*L(ucius) Ve[tuleius]*

*[- - - - -]*

*et [Vetu]leia*

*Nereis m[a]ter*

*Vetuleiae Iustae*

5 *filiae*

*v(ixit) m(ensibus) VIII.*

Im. phot. a M. B. sumpta.





CASTELLANI, *Museo* 13; ID., *Epigrafi albensi* 95–96 n. 259 cum im. phot. tab. LXIX fig. 143 (sine supplementis); BUONOCORE, *ZPE* 52, 1983, 183–185 n. 1 cum im. phot. tab. VI litt. a (*AE* 1988, 464) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 707–108 n. 1); ID., in *Fonti latine e greche* II 450 n. 223; CATALLI, *Museo Lapidario* 65 n. 53 cum im. phot.; DI BIASE, *Alba Fucens* 99–100 n. 35 cum im. phot. tab. XXIII fig. 35. – Cf. LETTA, *I Marsi e il Fucino* 122 adn. 67; ORLANDI – VERI, *Museo Lapidario* 59 n. 84; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 230; BRANCATO, *Repertorium* II 92; C. CASTELLANI, *Epigraphica* 80, 2018, 492.

Puncta triangularia haud semper signata.

L. V[- -] | [- -] | ET V[- -] SIB | NIP[- -] | VETVLEIA[E] IVSTAE | FILIAE | V. M. VIII CASTELLANI, L. V[- -] | [- -] | ET V[- -] | NIPH[- -] | NEPI | VETV[.]IA[.]IVSTAE | FILIAE | V. M. VIII CATALLI, qui titulum nondum editum esse suspicatus est. – 2 [pater (!)] sine idonea causa DI BIASE.


Forma nominis gentilicii Vetuleii in regionibus Albensi et Marsa non laudatur (etiam cf. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 195 et supra ad tit. n. 7884).

Saec. II p. C. n. esse videtur.

#### 8010 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario ab utroque latere in usum posteriorem decussa undique levigata (63) × (43) × 22. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars supra servatur. Litt. 5/2,8 (adprecatio extra aream marginatam incisa). Rep. Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis post secundum inter omnes gentes bellum factis, nescio autem quo loco antiquae urbis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40904), ubi a. 1992

contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*[V]ibiae Fortun[ae]*

*[-] Grattiu[s]*

*Facundu[s]*

5 *coniugi*

*b(ene) m(erenti) p(osuit).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 103 n. 284 cum im. phot. tab. LXXX fig. 169; BUONOCORE, *Epigraphica* 59, 1997, 266 n. 17 cum im. phot. fig. 19 (*AE* 1997, 472) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 347 n. 17); ID., in *Fonti latine e greche* II 450 n. 224; DI BIASE, *Alba Fucens* 98 n. 34 cum im. phot. tab. XXII fig. 34.

Puncta in forma aculei rosae insculpta.

2–3 *Fortu[n]i[ae]* CASTELLANI. – 5 *coniugi* pro *coniugi*.

Nomen gentilicium Vibii fusius in tit. Albensibus laudatur: etiam cf. tit. urbanos huius Corporis vol. VI 2620, ubi memoratur miles cohortis VI praetoriae M. Vibius M. f. Cam(ilia) Restutus Albe(ensis) (cf. FORNI, *Tribù* I V862; BUONOCORE, in *Tribù romane* 34) et VI 2517 dicatum T. Vibio T. f. Munati[ano] tribuli tribu Oufen[tina] Albensi eq(uiti) coh(ortis) III pr(aetoriae) (cf. FORNI, *Scripta minora* 200; EUND., *Tribù*, l. l. V851; BUONOCORE, l. l. 34); nomen Grattii autem hic solum in tota regione Albensi invenies.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

#### 8011 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata in fronte levigata autem passim deturpata, a tergo scabra 90 × 38 × 20. Litt. perquam adesae 5,5/4,5. Rep. a. 1978 iuxta viam *Veneto* sub n. 21 vici *Magliano dei Marsi* operibus ad cloacas ducendas institutis pro operculo sepulcri aetatis posterioris adhibita. Servatur in aedibus municipalibus vici *Magliano dei Marsi*, ubi CESARE CASTELLANI descripsit. M. Nov. a. 2015 recognovi cum CASTELLANI ipso.



*T(itus) Vibiedius  
T(iti) l(ibertus) Pilodam(us)  
d(e) s(uo) f(ecit).*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

FIORANI, *Una città romana* 105; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 91 n. 247 cum im. phot. tab. LXVI fig. 138; inde G. GROSSI, in *Cappelle dei Marsi* 116; ID., in *Scurcola Marsicana II* 125 n. 1 cum im. phot. fig. 21 (p. 134).

Puncta triangularia.

1 I.VICLEDIC FIORANI. – 2 *Pilodam(us)* pro *Philodam(us)* (etiam vide supra ad tit. n. 7988).

Vibiedios alios non invenies in tit. Albensibus (cf. supra tit. Supini repertos n. 7843. 7844).

Ex forma litterarum non excludo, quominus aetatis imperatoriae in. vel etiam paulo antea esse possit.

#### 8012 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario trapezii instar supra et a dextra fracta, in fronte passim fissuris laesa. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in aedibus privatis in vico *Scurcola Marsicana*. Descripsi a. 2011 quatenus potui ex scheda GIUSEPPE GROSSI et ad im. phot.



-----  
*pudensq(ue) e+[- - -]  
annos XX [mens(es)] X[- - -]  
itaq(ue) b(ene) merenti munus fecere [parentes?]  
5 sui; (vac.) sepultus hoc sub saxo  
ut occuleret necem.*

Im. phot. a GROSSI sumpta.

C. LETTA apud G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana II* 119 n. 19. 130 im. phot. fig. 10. – Cf. EUND., in *Scurcola Marsicana I* 65 cum im. phot. fig. 33.

Puncta in formam virgulae acclivis redacta.


*Pudens C[- - -] | [- - -]annos XX [- - -] X[- - -] | itaq. b. merenti munus feceram [- - -] | sum [- - -] sepultus hoc sub saxo [- - -] | [iniquam?] ut occuleret necem [- - -]* GROSSI.

5–6 ad senarium iambicum pertinent; cf. locutionem *hic iacet intus condita saxo* (CLE 565). Iunctura *occulere necem* in titulis ignota.

Ex forma litterarum priori parti saec. I p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

#### 8013 tit. fortasse sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in fronte levigatus autem perquam fissuris laesus, a tergo scaber (27) × (32) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius pars supra tantum exstat. Litt. 5. Rep. a. 2006 casu et fortuito in vico *Albe Vecchia*. Servatur inter reposita erigendi antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe* (inv. n. 404), ubi m. Nov. a. 2011 descripsi et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



[- - -]cili Ae[- - -]  
[- - -]+[- - -]  
-----

Im. phot. a M. B. sumpta.

1 punctum triangulare.

Sex. Caecilius Martialis quidam tit. n. 3935 laudatur; attamen crebra sunt nomina gentilicia, quae terminantur in *-cilius* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 238. 493).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

#### 8014 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex marmore undique fracta, in fronte passim scalpro dentato dolata, a tergo levigata (12,5) × (14,3) × 4. Litt. 2,5. Rep. a. 1951 Albae Fucentis operibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis ad porticum ante basilicam sitam in lucem detegendam institutis. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40956), ubi a. 1992 contuli.



-----  
[- - -]||h̄o v[- - -]  
[- - -]ertius [- - -].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 78–79 n. 37; inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 81–82 n. 219 et DI BIASE, *Alba Fucentis* 155 n. 73 cum im. phot. tab. XLIII fig. 73.

1 DE VISSCHER omisit (*quelques vestiges de la ligne supérieure*); ex. gr. [A]||h̄o vel [Ba]||h̄o; littera V, quae sequitur, pertinere videtur ad verbum *vixit* vario modo compendiis

scriptum. – 2 [C]ertius, [Soll]ertius, [T]ertius vel sim. (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 451).

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I ex p. C. n. et II in. comprehenso tribuerim.

#### 8014a tit. incerti generis

Tabula ex marmore Lunensi (*bardiglio*) ab utroque latere fracta undique levigata (15) × (10) × 3,5. Litt. in latere dextro inter lineas binas ad delineandum ductas sculptae 2. Rep. a. 2011 effossionibus in favissis ante sacellum Herculis Albae Fucentis situs in lucem detegendis ab Aprutinae antiquitatum praefectura institutis. Servatur in repositis erigendi antiquarii siti prope ecclesiam S. Petri in vico *Albe*, ubi m. Nov. a. Dec. 2018 VALERIO BRUNI inspexit et me certiore fecit.



[ - - ]nius Cn(aei) f(i)lius M[ - - ]

Im. phot. a BRUNI sumpta.

Puncta triangularia.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuenda esse videtur.

#### 8015 tit. incerti generis

Videtur fuisse pars epistylis ex lapide calcario supra et infra immixta undique levigata (38) × (51) × 13. Litt. affabre insculptae 24. Rep. a. 1952 Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis muro cuiusdam inserta in angulo ab occasu solis ad septentriones spectante porticus ante basilicam sitae. Ibidem servatur, ubi a. 1982 contuli.



[ - - ] T(it) i l(ibert-) [ - - ].

Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 80 n. 44; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 83 n. 226 cum im. phot. tab. LX fig. 124.

Puncta in formam aculei rosae signata.

Ex forma monumenti non excludo, quominus titulus ad opus publicum pertineat, quod libertus quidam vel etiam liberta quaedam dedicavit. Res autem tota incerta manet.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 8016 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata, a tergo paululum rudis (87) × (21) × 4,4. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 5/4,5. Rep. a. 1952 Albae Fucentis in effossionibus a F. DE VISSCHER eiusque sociis Belgis institutis muro inserta tabernae cuiusdam in decumanum alterum (*Via dei Pilastris*) versae. Servatur *Celano* inter reposita castelli olim gentis *Piccolomini* (inv. n. 40901), ubi a. 1992 contuli et m. Nov. a. 2014 una cum CESARE CASTELLANI denuo recognovi.



Q(uinto) [ - - ]

[ - - - - ]

ma[ter filio bene me]-

re[nti - - ]

- - - - - ?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.

F. DE VISSCHER, *L'Ant. Class.* 24, 1955, 81 n. 48; inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 84 n. 230.


1 vestigium puncti in formam virgulae acclivis redacti.

Supplevi non sine dubiis. – 3 *reficiendum*] dubitanter DE VISSCHER.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

#### 8017 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario utrimque fractus, in fronte magna ex parte tempore recentiore pessumdatum, corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praeditus (67) × (26) × 15,5. In latere sinistro anaglyphum serti floralis foliis hederæ pendentibus effictum. In facie sursum directa nomina quaedam aetate recentiore sunt sculpta. Litt. 2,8. Rep. *Antrosano* circ. a. 1960 a domino *Olimpio Di Cosimo*. Inde ab a. 2003 servatur *Tagliacozzo* in caupona *La Parigina* nuncupata sita iuxta viam *Molini* sub n. 1, ubi m. Mai. a. 2014 descripsi. Ibidem CESARE CASTELLANI d. 20 m. Dec. a. 2018 titulum recognovit et im. phot. sumpsit.



-----  
*fecit et [sibi]  
 et posteris [suis].*

Im. phot. a FRANCESCO SCIPIONI facta.  
 Puncta triangularia.  
 Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

## 8017a tit. sepulcralis

Ara ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita undique levigata (64,5) × (51,3) × 25,5. Area titulo inscribendo destinata excavata ad utroque latere columna cum basi cincta 29 × ?. Litt. circ. 2,8. Rep. nescio quando prope *Avezzano* sub praedio appellato *La Trara*. Ibidem servatur in aedibus privatis, ubi FLAVIA DE SANCTIS m. Nov. 2018 tit. inspexit et im. phot. sumpsit.



-----  
*b(ene) m(erenti) p(os-).*  
 Im. phot. a DE SANCTIS sumpta.  
 Ex forma litterarum priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

## 8018 tit. sepulcralis

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita, in fronte passim scalpro dentato levigata, a tergo rudis (29,5) × (81) × 35. Litt. affabre insculptae 6. Rep. a. 1964 a domino *Ferdinando Di Pietro* in regione appellata *La Difesa* vel *Pratelluccio* sita prope vicum *Scurcola Marsicana*. In eodem vico servatur in aedibus eiusdem *Di Pietro* iuxta viam *Stazione* sub n. 4 sitis. Accessui clausam descripsi a. 2011 quatenus potui ex scheda et ad im. phot. CESARE CASTELLANI.



-----  
 [- -] lib[er]t[us] [- -]  
 [pa]tronus fecit.

Im. phot. a CESARE LETTA sumpta.  
 CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 98 n. 266 cum im. phot. tab. LXXIII fig. 151; C. LETTA, in *Fucino* III 218. 221 cum im. phot. fig. 1; a CASTELLANI pendet G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* II 117 n. 12 cum im. phot. fig. 6. – Cf. EUND., in *Scurcola Marsicana* I 66 cum im. phot. fig. 35.

2 punctum triangulare sursum directum.

Titulus liberto vel libertae vel etiam libertis vel libertabus a patrono quodam dedicatus.

Forma litterarum ad saec. I in. p. C. n. adducit vel paulo postea.

## 8019 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra fractus (45) × (55) × ?. Litt. circ. 5/4. Infra titulum exsculpta sunt anaglypha duo ad officium fabri ferrarii pertinentia, scil. a sinistra malleus, a dextra forceps (LOLLI). Rep. m. Dec. ex. a. 1891 in fundo dominae *Giulia Pace* vicum *Cappelle* versus sito. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2011 ex scheda LOLLI.

-----  
 M A I E T I  
 PIENTISSIMO  
 P

-----  
*ma[ter] f(ilio)  
 pientissimo  
 p(osuit).*

Im. a FRANCESCO LOLLI del.

LOLLI, *ms.*, *Il versamento*, 1° serie, b. 11, fasc. 185 (epistula missa d. 25 m. Ian. a. 1892); ID., NS 1892, 59 cum im. del.; inde CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 66–67 n. 171; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 450 n. 227; DI BIASE, *Alba Fucens* 147 n. 66; C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 308–309.

Aetatis imperatoriae incertae.

8020 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta (0,8) × (12) × ?. Rep. a. 1884 a comite *Cesare Pace* in sepulcreto in regione ad occasum solis spectante sito in regione, q. d. *Torrioni*, prope vicum *Massa d'Albe*. Periisse videtur. Descripsi a. 2011 quatenus potui ad schedam DE NINO.

B I L I  
P I C P

-----  
[- -?] incompara]bili [- -]  
[- -] uxo]ri op]timae [- -]  
-----?

Im. ab ANTONIO DE NINO del.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1885, 484 cum im. del. (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4°, 1, 1885, 658) (= ID., *Scoperte archeologiche* 222); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 65–66 n. 168; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 451 n. 228.

Supplevi ad exemplum non sine dubiis.

Aetatis imperatoriae incertae.

8021 tit. sepulcralis

M. GUARDUCCI, *NS* 1953, 123–124, cum im. del. fig. 8 (AE 1954, 169d); F. DE VISSCHER, *Bull. Acad. Belgique* s. 5°, 39, 1953, 151; ZARKER, *Studies* 125; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 70 n. 181; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 44 n. 65 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 186 n. 65); ID., in *Fonti latine e greche* II 451 n. 231; DI BIASE, *Alba Fucens* 163–164 n. 81 cum im. del. tab. XLV fig. 81 e GUARDUCCI repetita; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 11 n. 51. – Cf. J. MERTENS, in *Alba Fucens*

II, 21; GROSSI, *Marsica* 59; EUND., in *Scurcola Marsicana* I 92; J.-CH. BALTU, in *Belgica et Italica* 51 cum im. del. fig. 9.

Sunt duo dactyli pentametri, scil. *Flavia, te decoret una Venus phaleris; | te chorus omnis agat, Flavia, caelicolum*, quos in sermonen Italicum verto, scil. *Flavia, solo Venere ti adorni con monili!; Flavia, tutto il coro dei celesti ti accompagni!*. De titulo fusius disseruit GUARDUCCI, quae memorat iuncturam

*omnis caelicolum te chorus exc[ipiet]* tituli CLE 1109, 34 aetatis Flaviae; etiam cf. G. BARBIERI, *Misc. Greca e Romana* 4, 1975, 321. De caeliculis vide SBLENDORIO CUGUSI, *Composti nominali* 16. 36. 39. 63. 86. 101. 106. 117; P. CUGUSI, *Mem. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 22, 2007, 120.

Temporis spatio inter saec. II ex. p. C. n. et III in. comprehenso tribuerim.

8113 Tit. incisus in saxo undique absciso ad meridiem vergente. Litt. circ. 2–1.



Fig. α




Fig. β

(ante diem) VI k(a)l(endas) septe(m)[b]r(es) depositio Ade[l]ber'ti sacerdotis.

Fig. α: Im. phot. a G. G. PANI deprompta.

Fig. β: Im. del. a GUARDUCCI deprompta.

M. GUARDUCCI, *NS* 1953, 125 cum im. del. fig. 9; G. G. PANI, *ICI* III, 42 n. 31 cum im. phot. (*AE* 1988, 466); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 451 n. 232; DI BIASE, *Alba Fucens* 121–122 n. 46 cum im. del. tab. XXVIII fig. 46 et im. del. e GUARDUCCI repetita; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 21 n. 13; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 20 n. 38. – Cf. R. DELOGU, in *Alba Fucens* II 25 cum im. phot. tab. XXX fig. 43; ESCH, *Römische Straßen* 151; A. M. GIUNTELLA, in *Tesoro del lago* 322 cum im. phot. fig. 2; G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 232 (= EUND., in *Terra dei Marsi* 33); G. GROSSI, in

*Scurcola Marsicana* I 92 cum im. del. ab A. VERROCCHIA sumpta.

*depositio pro depositio.*

De cognomine Adelberti vide J. JARNUT, *Prosopographische und sozialgeschichtliche Studien zum Langobardenreich in Italien (568–774)* (*Bonner historische Forschungen* 38), Bonn 1972, 36. Ut recte PANI statuit, illud *sacerdos* potius quam *episcopus* esse videtur presbyter (etiam cf. GROSSI GONDI, *Trattato* 146).

Saec. VI p. C. n. tribuit GUARDUCCI, contra saec. VII fortasse recte PANI.

8114 Tit. incisus in saxo undique absciso ad septentrionem vergente. Litt. circ. 2–1,5.



Fig. α



Fig. β

(scil. ante diem) III id(us) m(a)r(tias) depositio Benedic(ti).

Fig. α: Im. a G. G. PANI deprompta.

Fig. β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.


M. GUARDUCCI, *NS* 1953, 125; G. G. PANI, *ICI* III 43–44 n. 32 cum im. phot. (*AE* 1988, 467); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 451 n. 233; DI BIASE, *Alba Fucens* 123–124 n. 47 cum im. del. tab. XXX fig. 47; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 21 n. 14; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 20 n. 39. – Cf. R. DELOGU, in *Alba Fucens* II 25 cum im. phot. tab. XXX fig. 44; ESCH, *Römische Straßen* 151; A. M. GIUNTELLA, in *Tesoro del lago* 322 cum im. phot. fig. 3; G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 323 (= EUND., in *Terra dei Marsi* 33); G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 92.

*Benedic(ti)* pro *Benedic(ti)*. – m(a)rt(ias), *Benedic[ti]* GUARDUCCI.

Saec. VII p. C. n. esse videtur.

8115 Tit. incisus in saxo undique absciso ad septentrionem vergente. Litt. recentiore tempore acu vel stilo retractata circ. 2–1.

(scil. ante diem) III id(us) m(a)r(tias).



M. GUARDUCCI, *NS* 1953, 125; G. G. PANI, *ICI* III 44 n. 33 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 452 n. 234; DI BIASE, *Alba Fucens* 125 n. 48 cum im. del. tab. XXX fig. 48; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 20 n. 40. – Cf. A. M. GIUNTELLA, in *Tesoro del lago* 322 cum im. phot. fig. 3; G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 323 (= EUND., in *Terra dei Marsi* 33); G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 92.  
Saec. VII p. C. n. esse videtur vel paulo postea.

8116 Tit. incisus in saxo undique absciso ad septentrionem vergente. Litt. recentiore tempore acu vel stilo retractatae circ. 3,5–1,5.

(scil. ante diem) III no(na)s m(a)r(tias).



Im. phot. a G. G. PANI deprompta.

M. GUARDUCCI, *NS* 1953, 125; G. G. PANI, *ICI* III 45 n. 34 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 452 n. 235; DI BIASE, *Alba Fucens* 126 n. 49 cum im. del. tab. XXXI fig. 49; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 20 n. 41. – Cf. A. M. GIUNTELLA, in *Tesoro del lago* 322 cum im. phot. fig. 3; G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 323 (= EUND., in *Terra dei Marsi* 33); G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 92.  
Saec. VII p. C. n. esse videtur vel paulo postea.

8117 signaculum aeneum

Parva lamina i. e. signaculum ex aere cum anulo in formam navis efformata (etiam cf. M.-A. DOLLFUS, *Bull. Trav. Hist.* n. s. 3, 1967 (1968), 137 n. 19 et G. BARATTA, in *Instrumenta Inscripta* V 124) Albae Fucensis nescio autem quando reperta 3,5 × 5,6 × 0,5 (anulus 2,2 × 2,7). Litt. eminentes sinistrorsum currentes insculptae 0,9/0,6. Servatur Ripatransone in museo municipali *Cesare Cellini* (inv. n. 948). Descripsi a. 2012 ad im. phot. mihi officiose datam a GIOVANNA CICALA.

⟨culter⟩  
in Deo  
vita ⟨chrismon⟩.

Fig. α: Im. phot. a CICALA sumpta.

Fig. β: Im. a CICALA del.

G. B. DE ROSSI, *Bull. Arch. Crist.* s. 5°, 4, 1894, 97–99; G. CICALA, in *Instrumenta Inscripta* III 401–402. 405–406 n. 6 cum im. phot. et im. del. (*AE* 2012, 438); BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 21 n. 42 cum im. phot. fig. 7. – Cf. DE ROSSI, *Bull. Arch. Crist.* s. 3°, 3, 1878, 163 cum im. del. tab. X fig. 2; *L'istruzione nella provincia di Ascoli Piceno*, Ascoli Piceno 1899, 21 (non vidi); G. OTRANTO, *Vet. Christ.* 38, 2001, 323–324 (= EUND., in *Terra dei Marsi* 33); G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 91.

De locutione *in Deo vita* vide DE ROSSI, qui memorat locum epistolae VII s. Paulini Nolani, scil. *Vive precor, sed vive Deo, nam vivere mundo | mortis opus; viva est vivere vita Deo.*

Saec. IV p. C. n. DE ROSSI tribuit; inter saec. IV et V CICALA.



Fig. α




Fig. β

LXXXVII. CARSIOLI (*Piano del Cavaliere* inter *Àrsoli* et *Carsoli* p. 19\*. 382. 682. 698).  
*Tribus Aniensis*

376\* De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 315; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (=

EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270). – Cf. BASILICI, *Epigrafi* 21 adn. 5.

377\* Cf. BASILICI, *Epigrafi* 21 adn. 5; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.

378\*, 1 = VI 10366 (cf. p. 3504)

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 5 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 892; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).

378\*, 2 = XIV 3412

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 6 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 893; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).

378\*, 3 = VI 16315

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 3 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 890; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).

378\*, 4 = VI 12968

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 4 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 891; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).

378\*, 5 = VI 30622 (frg. supra)

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 2 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 889; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).


378\*, 6 = VI 30622 (frg. infra)

De traditione manuscriptorum vide STEVENSON, *ms. 10564* f. 211v; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 1 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 888; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 216–217; EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 269–270).

3715 Desideratur. – Carsiolis non Marruvio referendus suo loco relatus, ex eo, quod ROSSI, scil. apud *ms. f. 9r* cum im. del., monuit usque ad a. 1810 titulum Carsiolis iacere in loco, qui dicitur *Civita*, postea esse translatum in episcopium vici *Pescina*, scil. 1810. *Carseoli jacebat in loco qui dicitur Civita, nunc Pescinae in Episcopio* (vide autem S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 466–467, quae titulum Marruvio refert). – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008895).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272; EUND., *Tradizione manoscritta* 100; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 217; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 42 n. 28 cum im. phot. a ROSSI deprompta. Exemplum repetiverunt ROSSI, *l. l.*; C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 347; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 463 n. 1; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 154 n. 1 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 744 n. 1). – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 114–115 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 270).

6 [Pr]ochrysum ROSSI supplevit, ex quo OMNES nescio an recte; attamen [Hol]ochrysum esse quoque potest.



Aetatis imperatoriae incertae.

4051 (cf. p. 682. 698) = ILS 795. Fragmenta complura ex marmore et venis albis (frg. 1. 5. 8) et venis obscuris (frg. 7) perfuso in fronte levigata ad tabulas saltem tres ut mihi videtur crass. 3 inter sese non coniunctas pertinentia, nunc autem magna ex parte deperdita. Quae supersunt, scil. fragmenta n. 1. 5. 7. 8, exstant etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON descripsit et recognovit, nempe muro cuidam exteriori inserta villae gentis *Massimo* in vico *Arsoli* sitae, ubi a. 1986 contuli et im. phot. quatenus potui quoque sumpsit. Frg. 1 ex decem partibus compositum 58 × 140, litt. 6,5/7; frg. 5 ex viginti tribus partibus compositum 58 × 123, litt. 6,5/7; frg. 7 ex tribus partibus compositum 23 × 45, litt. 7; frg. 8 ex quattuordecim partibus compositum a dextra autem integrum 53 × 137, litt. 9,5/6. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008896–8902) et ectypum (inv. n. EC0009745).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 273–274; EUND., *Tradizione manoscritta* 283. 887. 894. 895. 899. 901. 916. 917. 919. 930 cum im. phot. tab. XXIII fig. 44 e STEVENSON deprompta; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 217–218. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 211. 212rv. 213v. 214v. 218v. 221. 223. 232. 235rv. 236v–245, ubi omnia ectypa cartacea ab ipso confecta reperies; LANCIANI, *Commentarii* 284–286 cum im. del.; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3686; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 463–464 n. 2; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 154–155 n. 2 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 744–745 n. 2); Z. MARI, in *Lazio & Sabina* II 30–33 cum im. phot. fig. 15; BUONOCORE, in *Equi* 94; Z. MARI, in C. CAPPELLI – Z. MARI (Ed.), *Roviano e il Ponte Scutonico*, Roma 2014, 41–42 cum im. phot. fig. 34. – Cf. TH. MOMMSEN epistulas ad STEVENSON ipsum missas inter a. 1878 et 1879, quas publici iuris feci in *Theodor Mommsen e gli studi sul mondo antico. Dalle sue lettere conservate nella Biblioteca Apostolica Vaticana (Università di Roma "La Sapienza". Pubblicazioni dell'Istituto di Diritto Romano e dei Diritti dell'Oriente Mediterraneo* 79), Roma 2003, 301–311. 333 (= BUONOCORE [Ed.], *Lettere di Theodor Mommsen agli italiani [Studi e testi* 520], Città del Vaticano 2017, II, n. 421. 424. 427. 462); S. MAZZARINO,

*Stilicone. La crisi imperiale dopo Teodosio*, Roma 1942, 268 et passim; H. P. KOHNS, *Versorgungskrisen und Hungerrevolten im spätantiken Rom*, Bonn 1961, 53. 191 et passim; DE SALVO, *Economia privata* 180; H. B. EVANS, *Aqueduct Hunting in the Seventeenth Century*, Ann Arbor 2002, 138. 176; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 9, 2002, 9 cum im. phot.; DEL CHICCA, *Frontino* 173; Z. MARI, *Aequa* 6, 16, 2004, 7–9; CHASTAGNOL, *Pouvoir impérial* 155; A. BUONOPANE, *Ant. Alt.* 88, 2018, 43.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ



Fig. δ

[Imperator(ibus) Caesaribus domi]nis nostris Flaviis Arcadio et [Honorio fratribus victor]ibus ac tri]umfatori-

bus sem]per Au[gustis quod obsecuti] | [optimis providentissimisque] consiliis inlustris et praeclari viri Fl(avi) Stilichonis com]itis et magi]stri utriusque mil]itiae parentis su]i reliqua ex] | [veneranda antiquitate Ro]mana r[e]i publicae monumenta u[n]iversa bona quae capta sunt] a Gildone h[o]stē p[ub]lico [donan]do formas ad Anienis fl[uenta] | [quorum aqua non modo nocebat flo]ssa[e] urbanicianae sed et vas[titatem urbis per immen]sa spatia gignebat [o]b squ[alors] ac perniciem ext]endendo | [vetere ductu addito insupe]r in [ibi] meatu (vel etiam: ext]endendo | [instaurari, paludesque pe]r invia meatu apud DRESSSEL) novo iuvante etiam [praef]ecto urb(i) Quintilio L]aeto [dis]positione [egregia] averti oport[ere] iusserunt. || Salvis dd(ominis) n(n(ostris) Arcadio et Honorio victoribus ac triumphato]ribus sem]per Augustis] | [perpet]--- no]vum alve[um] ---] | [formam] [---]. || [Postquam dd(omini) nn(ostris) edictis suis quibus et paludes siccarunt] | [destinarunt opes quantas antiqu]itas habere non potuit ad purgandas | [formas ob labores susceptos explic]itaque merita senatus populusque | [Romanus virum clarissim]um et inlustrem Quintilium | [Laetum praefectum urbi]s consecravit dedicavitque lapis quae servatur.

Supplementa omnia a MOMMSEN primum temptata sunt, quae OMNES sequuntur. Ut iam MOMMSEN ipse recte monuerat, in hoc titulo aedificii cuiusdam, fortasse arcus, forma reficienda memorata (de munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 159. De verbo *dedicare* una cum *consecrare* vide S. MROZEK, *Epigraphica* 66, 2004, 122. 123. 125. 126), quae forma consilio Stilichonis (de quo inter al. vide B. POTTIER, *MEFRA* 117, 2005, 223–267) Honorio et Arcadio dedicata, ob Gildonem devictum. Gildo, qui comes Africae fuit circ. a. 398 deinde magister utriusque militiae per Africam a. 393/98 (vide *PLRE* I Gildo; nunc praesertim J. W. P. WIJNENDAELE, *Latomus* 76, 2017, 385–402), consilio Stilichonis ipsius devictus occisus est d. 31 m. Iul. a. 398. De re universa vide bibliographiam ampliorem, quam reperies apud commentaria tit. urbanorum huius Corporis vol. VI 1730 add. p. 4746 et VI 41382 (adde autem, inter al., D. ROQUES, *CRAI* 1983, 660–667 et Y. MODÉLAN, *MEFRA* 101, 1989, 820–872; EUND., *Les Maures et l’Afrique romaines (IV<sup>e</sup>–VII<sup>e</sup> siècle)* (*Bibl. des Écoles Fr. d’Athènes et de Rome* 314), Rome 2003, 3 et passim). De appellationibus vide A. CHASTAGNOL, in *La terza età* 33. De Quintilio Laeto praefecto Urbis inter a. 398 et 399 vide *PLRE* I Laetus; etiam cf. S. ORLANDI, in P. BROWN – R. LIZZI TESTA (Ed.), *Pagans and Christians in the Roman Empire: the Breaking of a Dialogue (IV<sup>th</sup> – VI<sup>th</sup> Century A.D.)*. *Proceedings of the International Conference at the Monastery of Bose (October 2008)*, Münster 2011, 458 n. 104.

Titulus positus est a. 398 posteriore vel a. 399, priusquam Stilicho cos. a. 400 creatus est.

4052 = *ILS* 3334. Ara ex lapide calcario corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praedita et levigata a tergo paululum scabra supra fracta (105) × 70/58 × 67/54. In corona servari videntur vestigia rosae et litui. In fronte a sinistra victimarius (de quo officio vide J. J. LENNON, *PBSR* 83, 2015, 65–89) cum ascia sacrificali taurum fascia dorsuali praeditum ducens, tibicinarius et mulier capite velato ad tripodem stat sacrificans. In latere sinistro patera et infra ovis, in dextro urceus et infra sus. In postica truncus lauri (de anaglyphis vide FERRACUTI *l. infra l.*, ubi bibliographiam ampliorem invenies). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 49 × 46,5. Litt. affabre insculptae 4,5. Servatur *Riofreddo* in *Villa Garibaldi*, ubi a. 2004 contuli et denuo recognovi aestate a. 2014 una cum TERENCE FLAMINI, qui im. phot. quoque sumpsit. M. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. sumpsit. Im.

phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016188–96).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 274; EUND., *Tradizione manoscritta* 884; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 218. Exemplum repetiverunt HOARE, *Classical tour* I 383; STEVENSON, *ms. 10564* f. 210v; CANALE PAROLA, *ms. II* cum im. del.; PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 113 adn. 4; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3460; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 464 n. 3; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 3 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 3); ID., in *Equi* 98 n. 4 cum im. phot. (etiam cf. p. 93); S. FERRACUTI, *ibid.* 99–103 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287 n. 254; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 19 cum im. phot. fig. 1 (etiam cf. p. 23). – Cf. S. MAIALETTI, *Aequa* 5, 2001, 16; Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 85; S. MAIALETTI, *Lumen* 6, 2003, 8; VERZULLI, *Riofreddo* 21. 32–33.



[ - - ] FR̄I SACR GARRUCCI (supra sub tit.), ÇERĒRĪ SACR STEVENSON. Attamen ex eo, quod spatium scripturae est integrum, excludendum non est, quin illud *Cereri* a STEVENSON recognitum ad titulum pictum pertineret; de spatio vacuo relicto cogitare nolo, ex eo, quod OMNES penitus cognoscunt bonam fidem STEVENSON nostri (etiam vide, quae scripsit FERRACUTI, *l. l.*). Inde lege: *Cereri sacr(um)*.

Titulos *Cereri* sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 145–146) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189.

Saec. I medii p. C. n. est.

4053 = I<sup>2</sup> 1825 (cf. p. 1047 cum im. phot. tab. 90 fig. 3) = RITSCHL, *Monumenta* tab. LXXVI litt. J = *ILLRP* 197 cum add. Tabula ex lapide Tiburtino undique in usum posteriorem resecta in fronte passim levigata superne autem pterebata (17) × (66) × ?. Litt. 3,5. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie eodem loco, quo HENZEN et STEVENSON recognoverunt, nempe in *Mus. Vat.* in *Gall. Lap.* XLVII 38 (inv. n. 6792), ubi a. 1986 contuli. Neg.

*Mus. Vat.* n. XXVIII. 23. 123. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0000759).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 289. 308. 333; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 218. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3535; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 4; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 4 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 4); ID., in *Dediche sacre* 288 n. 263; ID., in *Antiquitas* 43 n. 20. – Cf. C. PIETRANGELI, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 13, 1993, 69 adn. 300 [in hac dissertatione publici iuris factum est regestum nunc in Tabulario Romano asservatum (scil. *Archivio di Stato di Roma, Camerale, II, A. B. A.* 17), ubi legitur: *A Giuseppe Bettini [...] per una grande iscrizione sopra una lastra maggiore di p(al)mi 15 e d'altra iscrizione incisa su d'un architrave, nella quale si fa menzione di una edicola e d'un orto [...] 31 luglio 1782; mea autem sententia hic titulus memoratur apud p. 64 eiusdem dissertationis, ubi legitur: Al sig. Conte Vendettini [...] per prezzo di 4 iscrizioni, la terza di Filargiro [...] con certi frammenti trovati nelle ruine della colonia di Carseoli non lontano da Pereto]; DI STEFANO MANZELLA, *Ambulacrum Iulianum* 260 cum im. phot. fig. 58 n. 38; BUONOCORE, in *Equi* 92; BASILICI, *Epigrafi* 10 n. 1 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 22; D. RIGATO, *Riv. Stor. Ant.* 48, 2018, 60. 69 n. 8.*

1 *Philargurus* pro *Philargyrus*. – 2 in *aed(em) Lar(um)* solvere malo potius quam *aed(em) Lar(ibus)* ut DEGRASSI in add. *ILLRP* p. 321 proposuerat (etiam vide infra tit. n. 8118).

De *Larum* cultu vide, inter al., G. VITUCCI, *Diz. epigr.* IV 398; LATTE, *Religionsgeschichte* 90–91. 97. 101; RADKE, *Die Götter Altitaliens* 166–168. Titulos in regione quarta repertos *Laribus* dicatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 224 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 152–153). Nota vilicos nonnullos saepius titulos *Laribus* dedicare. Vilici alii *Carsiolis* non redeunt (de quibus cf. SIRAGO, *L'Italia agraria* 141; etiam vide, quae disseruerunt L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 283; AUBERT, *Business Managers* 120. 445. 453; 454 n. B122; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 315); vilicos fusius in tit. regionis quartae memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Antiquitas* 42–43. De re universa vide CARLSEN, *Vilici* passim et U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124.

Ex litterarum et punctorum forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim (de aetate autem imperatoria cogitavit DEGRASSI, *l. l.*).

4054 (cf. p. 682) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 335; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 219. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3611; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 464 n. 5; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 5 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 5); ID., in *Dediche sacre* 287 n. 260. – Cf. EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 372; BASILICI, *Epigrafi* 10–11 n. 2 cum im. del. a Corpore sumpta.

1 *imper[io]* pro *imper[io]*. – 2 potius quam *Titien[ius]* vel *-nus]* opinor *Titied[ius]* supplendum (cf. p. 682 et denuo ad p. 727 col. 1 sub indice nominum et cognominum virorum mulierumque), quod nomen redit in tit. *Carsiolano* n. 4059 (de nomine etiam vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138). – 3 *Egn[atius]* veri similiter vel *Egn[atuleius]* vel *Egn[atienus]* vel *Egn[ius]*.

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur.



4055 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 291; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 219. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3992; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 6; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 6 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 6). – Cf. EUND., in *Equi* 90; EUND., in *Dediche sacre* 287; BASILICI, *Epigrafi* 11 n. 3 cum im. del. a Corpore sumpta.

Totum titulum sic legerim, non sine dubiis: *P(ublius) Pescennius T(iti) l(ibertus), | Alexsander Corri [s(ervus)], | Hilarus [N]ummi [s(ervus)], | Antiochus Puq(ui?)* vel potius *Paq(ui) s(ervus), | M(arcus) Rubrius M(arci) l(ibertus) Ant(iochus), | Alexsander Sal(vi) [s(ervus)] | fac(iundum) cu[raver(unt) idemq(ue) probaver(unt)?]*. Si res ita est, in dubio autem maneo, in hoc titulo memorantur sex magistri vel ministri cuiusdam fani, duo liberti et quattuor servi, qui opus quoddam faciendum curaverunt idemque probaverunt (etiam vide infra tit. n. 8129).

Fuisse potest primae aetatis imperatoriae.

4056 (cf. p. 682. 698) = ILS 521. Tabula ex lapide calcario in angulo superiore sinistro fracta, in fronte scalpro dentato dolata fissuris autem laesa, a tergo paululum levigata 67 × 44,5 × 5. Area titulo inscribendo destinata excavata sulco continuo cincta 58 × 37. Litt. actuariae 7,7/5,5. Puncta in formam virgulae acclivis redacta. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit, nempe in museo municipali Veronae (n. inv. 233), ubi a. 1986 contuli. Im. phot. a museo Veronensi sumpta, quam officiose mihi dedit amicus ALFREDO BUONOPANE. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008903. 16197).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 314; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 219 cum im. phot. tab. II fig. 2. Exemplum repetiverunt C. CIPOLLA, *Relazione del Museo Lapidario Maffeiano al momento in cui viene consegnato al Municipio di Verona*, i. e. ms. d. 14 m. Sept. a. 1883 in bibliotheca Veronensi servatus; WILMANN, *Exempla* 1020; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3669; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 106 n. 293 cum im. phot. tab. LXXXIII fig. 174; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 7; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 7 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 7). – Cf. EUND., in *Equi* 92; M. MERLINO, *Lumen* 13, 2005, 9; A. KOLB in *Augustae* 30; BASILICI, *Epigrafi* 11–12 n. 4 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.

Herennia Cupressenia Etruscilla Augusta (E. GROAG (†) – A. STEIN (†), *PIR*<sup>2</sup> H 136) coniunx Decii Augusti nec non mater Augustorum duorum et castrorum nempe Herennii Etrusci et Hostiliani, cui senatus populusque Carsiolanus titulum dicaverunt, hic solum in tota regione quarta memorata.

Dedicata inter a. 250 medium, cum Herennia Cupressenia mater castrorum appellata est, et d. 9 Iun. a. 251, cum ipsa mater Augustorum nominata (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*<sup>6</sup> 197).

4057 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 219. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 1308; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3783; ZANDEGIACOMI, *Arsoli* 16–17; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 8; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 8 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 8). – Cf. EUND., in *Equi* 90; [S. MAIALETTI], *Lumen* 14, 2006, 36–37.

De officio lictoris in tit. municipalibus laudato cf. N. PURCELL, *PBSR* 51, 1983, 152. De iunctura *Augustus Caesar* pro *Caesar Augustus* inter al. vide S. PANCIERA, in *Mau-*

*soleum* 92–93, P. RUGGERI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 899.

Ex locutione *ex testament(o) arbitrato* (de qua formula inter al. vide G. GERACI, *Stud. Romagn.* 20. 1969, 385–386, A. MAGIONCALDA, in *Finanze municipali* 207 bibliographia ampliore collecta, S. GENTILI – C. VERGANTINI, in *Actes du Colloque Degrassi* 280–281, A. SARTORI, in *Epigrafi* 2006 III 1327–1340, H. SOLIN – P. CARUSO, *Samnium* 81/82, 2008/09, 92–93 et H. SOLIN – P. TUOMISTO, in *Studi storico-epigrafici* 24) ad priorem partem saec. I p. C. n. pertinere videtur vel etiam ad aetatem Augusteam.

4058 Desideratur. – Cf. im. del. in ACE sub n. (inv. n. PH0016253).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 274–275 cum im. del. tab. II fig. 1 ex apographo ROSSI deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 88; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 219. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 6r* cum im. del. (*Esiste nel fondo di Gio(vanni) de Angelis di Pietrasecca nel luogo d(ett)o Vallevito accosto al Fiume Turano, ove esistono gli avanzi di un Sepolcro lungo in fronte [-] in agro [-]. Consultata 17 Maggio 1810*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3856; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 9; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 9 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 745 n. 9). – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 49; FORNI, *Tribù* A1008; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287; EUND., in *Tribù romane* 35; M. PICONI, *Lumen* 2, 2001, 4–5.

3 *Sciticae* pro *Scythicae*.

C. Appuleius C. f. Aniensis Firmus (de nomine etiam vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 464) fuit, ut veri simile est, centurio legionis III Scythicae, de qua vide E. RITTERLING, *RE* XII, 1925, col. 1563. Augustales alii nude dicti in tit. Carsiolis repertis non redeunt (cf. BUONOCORE, *ZPE* 108, 1995, 130). De nomine gentilicio Appuleii etiam cf. M. D'ASDIA, *Arch. Class.* 53, 2002, 453. De nomine Aurunculeii G. CORAZZA, *Epigraphica* 77, 2015, 463–464.

Fuisse potest saec. I p. C. n.

4059 = VI 33029 (ubi autem, significatione Corporis noni carente, legitur: “Romae, ex municipio aliquo adlatus”). Tabula marmorea undique in usum posteriorem recte et transverse scissa, in fronte levigata (29) × (49) × ?. Litt. inter lineas ad delineandum subtiles ductas affabre insculptae 5–4. Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis redacta. Etiam hodie eodem loco, quo HENZEN, STEVENSON et DRESSEL recognoverunt, nempe in *Mus. Vat.* in *Gall. Lap.* XXXVII 22 (inv. n. 6929), ubi contuli a. 1986. *Neg. Mus. Vat.* n. XXVIII. 28. 549. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008904) et ectypum (inv. n. EC0011261).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 293. 309. 332; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 220. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3846; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 465 n. 10; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 155 n. 10 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 10); ID., in *Varia epigraphica* 115 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 270–271); TRAVERSO, *Esercito* 105 n. 18; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 119 n. 12; BUONOCORE, in *Pluralidad* 125–126. – Cf. C. PIETRANGELI, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 13, 1993, 64 adn. 196 [ubi legitur (vide supra): *Al sig. Conte Vendettini [...] per prezzo di 4 iscrizioni, la prima di Flacco [...] con certi frammenti trovati nelle ruine della colonia di Carseoli non lontano da Pereto*]; DI STEFANO MANZELLA, *Ambulacrum Iulianum* 245 cum im. phot. fig. 48a n. 22; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 372; BASILICI, *Epigrafi* 12 n. 5 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 315.




2 ex. GEM nunc lapis.

[–] Titiedius Flaccus (de nomine vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 458; etiam cf. supra ad tit. n. 4054) fuit tribunus militum per annos duos legionis X Geminae, praefectus fabrum bis et in municipio Carsiolis quattuorvir iure dicundo quinquennalis, de quo viro vide B. DOBSON, in *Britain and Rome* 69–70. 75; *PME* II 784 n. 23 (ubi scriptum errore “Carsulae” pro “Carsiolis”). IV 1739. V 2253; LE ROUX, *L’armée romaine* 305 n. 7; DEMOUGIN, *L’ordre équestre* 334 n. 33. 847 n. 760; EAND., *Prosopographie* 645–646 n. 760.

Ex litterarum forma aetati Augusteae tribuerim.

4060 Cippus ex lapide calcario undique fractus in fronte fissuris laesus, a tergo paululum scaber (120) × (20) × 20. Litt. 5–3. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe humi iacens in villa gentis Massimo in vico Arsoli sita, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008905).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 275; EUND., *Tradizione manoscritta* 900; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 220. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3859; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 11; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 11 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 11). – Cf. S. MAIALETTI, *Aequa* 5, 2001, 15 n. 1; BUONOCORE, in *Equi* 92; BRANCATO, *Repertorium* II 93.



6 COH ◦ VI ◦ PR ◦ POS, quae vocabula, ut iam recte PASSERINI, *Coorti pretorie* 150 adn. 1 intellexerat, solvenda *cob(ortis) VI pr(aetoriae) pos(uit)*; nescio qua causa MOMMSEN sic scripserit in adparatu Corporis: “significatur *cob(orte) VI pr(inceps) pos(terior)* omisso vocabulo legionis, cuius omissionis alterum exemplum non novi”. Praetorianos alios in tit. Carsiolis repertis memoratos non habes; de militibus praetorianis ex regione quarta oriundis vide, quae scripsi in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 214–216 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 140–141); etiam cf. O. BOHN, in *EE* V, Romae – Berolini 1884, 253.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

4061 Pars sinistra tabulae ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis composita in fronte levigata fissuris autem deturpata a tergo scabra 32 × (85) × 8. Litt. affabre insculptae 5,5. Puncta triangularia sursum directa. Exstat *L’Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1985 contuli. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 8010; *neg. D. A. I. Rom* n. 951.VW.83. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008906–07).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 220. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3989; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 12; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 12 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 12); G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 66 n. 58 (etiam cf. p. 24). – Cf. MARCANGELI, *ms.*; KUBITSCHKE, *Imperium* 49; N. PERSICHETTI, *RM* 27, 1912, 300; M. MORETTI, *Museo nazionale* 264; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 62; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240; S. MAIALETTI, *Aequa* 5, 2001, 15 n. 2; BUONOCORE, in *Equi* 90; FORNI, *Tribù* A646; C. BERRENDONNER, *Cahiers du Centre G. Glotz* 16, 2005, 92. 96; BUONOCORE, in *L’ombelico d’Italia* 69; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 69; EUND., in *Dediche sacre* 287; EUND., in *Tribù romane* 35; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23.

M. Anneius Q. f. Aniensis Postumus augur (vide M. S. BASSIGNANO, *Epigraphica* 79, 2017, 155 n. 83) esse videtur idem ac legatus M. Tullii Ciceronis in Cilicia a. 51/50, de quo vide WISEMAN, *New Men* 212 n. 28 et M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 188. 192.

Ex litterarum forma et ex eo, quod supra scripsi tit. alteri parti saec. I a. C. n. tribuendus.

4062 = ILS 6540. Duo epistylia ex lapide calcario ad idem sepulcrum pertinentia a tergo scabra, prius in fronte passim deturpatum, utriusque, ut videtur, titulus idem. Priorem titulum a dextra imminutum [57 × (140) × 43/36; litt. 7,5–4; puncta triangularia sursum directa] in aedibus municipalibus vici Pereto a. 1985 contuli cum im. phot. quoque sumptis (denuo recognovi a. 2015); exemplum alterum undique fractum [(36) × (56) × ?; litt. 4; puncta triangularia] muro cuidam exteriori insertum casulae gentis Carletti extruendae sitae inter vicos Pereto et Rocca di Botte iuxta viam, qua itur ad ecclesiam *Madonna dei Bisognosi* vocatam, a. 1985 vidi et im. phot. sumpsit. Utrumque titulum m. Dec. a. 2015 denuo recognovit CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit et mihi comiter dedit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003624. 8908. PH0016198–201).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 272 cum im. del. tab. I fig. 12 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *PP* 40, 1985, 386; EUND., *Tradizione manoscritta* 87. 129. 305. 337. 883; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 220–221 cum im. phot. tab. III fig. 4 (exemplum prius). 5 (exemplum alterum); EUND., in *Corsignani* 100–101 adn.; EUND., in *Febonio* 142 n. 57. Exemplum prius repetiverunt ROSSI,

ms. f. 19r cum im. del. (*Lapida sita nell'orto de' Sig(no)ri Maccafani di Pereto vista, e consultata addì 30 Maggio 1808*); STEVENSON, *ms. 10564* f. 210; CANALE PAROLA, *ms. III* cum im. del.; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3984; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 106 n. 294; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 365 adn. 9; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 13; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 13 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 13); BUONOCORE, in *Equi* 96 n. 2 cum im. phot. (etiam cf. p. 90. 92); ID., in *L'iscrizione e il suo doppio* 206. Exemplum alterum autem dimidiatum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 5v* cum im. del. (*nel locale detto di S. Pietro*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 106 n. 294. – Cf. M. SCIÒ, *Lumen* 0, 2000, 10; EUND., *ibid.* 7, 2003, 3 cum im. phot. fig. 4; M. MERLINO, *Aequa* 20, 2005, 5; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 372; CLARK, *Divine Qualities* 204; BASILICI, *Epigrafi* 13–14 n. 6 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; EUND., *Chiesa di San Pietro* 8–9 cum im. del. ex Corpore repetita; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 316.



Exemplum prius sic legendum: *Q(uintus) Avillienus Q(uinti) f(ilius) Bassus | magister Iunius | IIII vir aed(ilitica) pot(estate), | IIII vir iur(e) dic(undo); || Baebidi[a - - -] | Avill[iana - - -], | honore v[iri] sui? - - -*; exempli alterius quae supersunt hoc modo legerim: *Q(uintus) Avillienus Q(uinti) f(ilius) Bassus | magister Iunius | IIII vir aed(ilitica) pot(estate), | IIII vir iur(e) dic(undo); || Baebidi[a - - -] | Avill[iana - - -], | honore v[iri] sui? - - -*.

De magistro Iunio vide infra ad tit. n. 8119; nescio qua causa LETTA, *l. l.* conatus sit cogitare de magistro quodam vici vel pagi Iunii appellati vel etiam de magistro iuvenum. De nomine Avillieni etiam vide J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 24.

Ex litterarum forma saec. I medii p. C. n. fere fuit.

4063 Tabula marmorea supra et a dextra fracta in fronte levigata (42) × (65) × ?. Litt. actuariæ 6–4. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo HENZEN et STEVENSON descripserunt, nempe in *Mus. Vat. in Gall. Lap. XXXVII* 7 (inv. n. 6923), ubi a. 1986 contuli. Neg. *Mus. Vat.* n. XXVIII. 13. 252. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008909) et ectypum (inv. n. EC0011307).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 276; EUND., *Tradizione manoscritta* 290. 306. 336; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 5v* [v. 1 tantum] cum im. del. (*In Pereto nel locale detto di S. Pietro consultata da me accuratamente in pietra rozza addì 25 Mag(gio) 1812*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3985; E. PAIS, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* n. s. 6, 1918, 431; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 14; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 14 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 14). – Cf. R. LANCIANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 3°, 4, 1879/80, 487 (= EUND., *Acque* 275); C. PIETRANGELI, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 13, 1993, 64 adn. 197 [ubi legitur (vide supra): *Al sig. Conte Vendettini [...] per prezzo di 4 iscrizioni [...] la seconda d'Avilleno [...] con certi frammenti trovati nelle ruine della*

*colonia di Carseoli non lontano da Pereto*]; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 62; DI STEFANO MANZELLA, *Ambulacrum Iulianum* 245 cum im. phot. fig. 48a n. 7; BUONOCORE, in *Equi* 90; S. LAPENNA, *ibid.* 124; C. LETTA, in *Archeologia Pisana* 239; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 372. 373; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 224; BASILICI, *Epigrafi* 14–15 n. 7 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; EUND., *Chiesa di San Pietro* 8 cum im. del. ex Corpore repetita; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 315. 316; T. BLOKZIJL, *Talanta* 48/49, 2016/17 (2018), 202; W. ECK, *ZPE* 206, 2018, 8; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.

Memorantur quattuorviri iure dicundo duo, scil. Q. Avillienus Felix et M. Olius Secundus, qui parietem basilicae reficiendum a fundamentis et arcum faciendum ex decurionum decreto pecunia publica curaverunt. De muniticentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 48. De nomine Olius vide infra ad tit. n. 8136.

Ex litterarum forma saec. III p. C. saltem tribuo.

4064 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3986; FORBIS, *Municipal Virtues* 158 n. 204; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 15; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 15 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 15). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 62; E. FORBIS, *Athenaeum* 81, 1993, 498; FORNI, *Tribù* C1677; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 372. 373; I. LYASSE, in *Quotidien municipal* 190; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; BASILICI, *Epigrafi* 15 n. 8 cum im. del. a Corpore sumpta; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23.

Cn. Cossutius L. f. Aniensis Successinus, cui populus Carsiolanorum ob merita eius ex aere collato basim cum statua fortasse superimposita ex senatus consulto dicavit, fuit quattuorvir iure dicundo nec non quaestor rei publicae (de quo vide PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 175 n. 257).


Ob locutionem *ex aere coll(ato)* adhibitam (de qua vide S. MROZEK, *Epigraphica* 43, 1981, 162 et passim et C. BERRENDONNER, in *Quotidien municipal* 320 et passim) et ob officium quaestoris rei publicae alteri parti saec. II p. C. n. tribuerim.

4065 Tabula a dextra fracta in fronte levigata 60 × (150) × ?.

Litt. affabre insculptae 13. Puncta in formam trianguli sursum directi insculpta. Servatur muro cuidam interiori affixa loco edito ecclesiae *S. Maria in Cellis* sitae haud longe a *Carsòli*, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 quatenus potui contuli. M. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. sumpsit, quam mihi comiter dedit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016202–05).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 276; EUND., *Tradizione manoscritta* 107; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 45 n. 35. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 10v* cum im. del. (*Nella Chiesa di S. Maria in Cell(is) di Carsoli giace obliqua compulsata più volte da me presso il campanile alla facciata di occidente, oggi murata di nuovo nella Cappella restaurata della Beatissima Vergine*); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3987; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 107 n. 295; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 466 n. 16; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 16 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 16). – Cf. PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; MANNI, *Storia dei municipi* 178; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 62; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 224; ESCH, *Römische Straßen* 159; BUONOCORE, in *Equi* 90; S. LAPENNA, *ibid.* 124. 125 cum im. phot. fig. 6; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373. 374; T. BLOKZIJL,

*Talanta* 48/49, 2016/17 (2018), 202; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.



3 *cúriam* vidi in lapide. – 2–3 suppleverim IIII *v(ir) i[ur(e) dic(undo) - - -] | cúriam reficiunda[m curavit]; reficiunda[m] pro reficienda[m].*

De munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 48 et J. M. ABASCAL PALAZÓN, *Estudios sobre el hábito epigráfico en Hispania citerior*, Zaragoza 2019, 269–274.

Forma litterarum punctorumque ad saec. I ex. a. C. n. adducit.

#### 4066 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3991; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 467 n. 17; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 17 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 17). – Cf. EUND., in *Equi* 90–91; R. TUTERI ET AL., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 48.

4 in. *here(di)* solvendum.


De vocabulo *paganus*, i. e. pagi incola, vide, praeter quae scripsi apud *Epigrafia del villaggio* 59 et *Panorami* 8. 1, 1996, 31 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 44–45), praesertim *ThLL* X 1, col. 79–80.

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur; saec. quidem I p. C. n. fere fuit.

#### 4067 = XI 581\*, 2 = ILS 6538. Ara ex lapide calcario in fronte expolita et fissuris iam antiquitus laesa ab utroque latere et a tergo scabra, corona et crepidine undique prominentibus praedita, 130 × 67 × 45. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 68 × 46. Litt. affabre insculptae 4,5–2. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON descripsit, nempe humi iacens in viridario villae gentis *Massimo* in vico *Àrsoli* sitae, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008910–12).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 276; EUND., *Tradizione manoscritta* 142. 313. 510. 523. 537. 538. 886 cum im. del. tab. XVIII fig. 36 e TOMASSETTI sumpta; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 48 n. 75; EUND., in *Corsignani* 101 adn. 10. 16. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 23r* cum im. del. (*Carsoli. Consultata addi 24 Maggio 1806*); MANCINI – MASTRODDI, *Viaggio antiquario* 19; STEVENSON, *ms. 10564* f. 211; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3983; WALTZING, *Corporations* III 411 n. 1576; L. GASPERINI, *Misc. Greca e Romana* 6, 1978, 545 adn. 1; FORBIS, *Municipal Virtues* 158 n. 203; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 467 n. 18; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 18 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 746 n. 18). – Cf. SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 272–273; A. DEGRASSI, *Riv. Filol.* n. s. 16, 1938, 138 (= EUND., *Scritti vari* I 90); CERASANI, *Annotazioni* 46; LAFER, *Omnes collegiati* 252. 278; S. MAIALETTI, *Aequa* 5, 2001, 16–17 n. 4; EUND.,

*Lumen* 2, 2001, 18; A. PISTELLATO, in *Quotidien municipal* 633; BUONOCORE, in *Equi* 91; T. SIRONEN, *Arctos* 40, 2006, 120; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287; BRANCATO, *Repertorium* II 99; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 23.



1 METIL, – 11 L D L D D haud recte ROSSI.

M. Metilio Successo filio M. Metilii Repentini patroni coloniae Carsiolanorum (de patrono vide HARMAND, *Le patronat* 278; R. DUTHOY, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 145 n. 221; res publica Carsiolanorum laudatur tit. n. 6078, 55 = huius Corporis vol. XI 6675, 2, de quo vide M. DONDIN-PAYRE, in *Tribù romane* 445 n. 74), qui fuit patronus ordinis Augustalium Martinorum et collegii dendrophorum civitatis (de collegio dendrophorum inter al. vide R. PALMIERI, *Epigraphica* 33, 1971, 155; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 74–78; R. RUBIO RIVERA, *Gerión* 1, 1993, 175–183), ob merita eius basim cum statua superimposita loco dato decurionum decreto collegium ipsum dedicavit (de patrono et eius virtutibus etiam vide G. CLEMENTE, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 148. 172 n. 57; D. SAAVEDRA-GUERRERO, *L'Ant. Class.* 68, 1999, 203; S. SEGNNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 270. De munificentia etiam vide E. FORBIS, *Athenaeum* 81, 1993, 498). De Augustalibus Martinis vide infra ad tit. n. 8128.

Ex litterarum forma saec. II ex. p. C. n. saltem mihi esse videtur (contra vide, ex. gr., DEGRASSI *l. l.*, cum quo GASPERINI *l. l.* quoque consentit, qui saec. III p. C. n. titulum tribuit).

#### 4068 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221. Exemplum repetiverunt WALTZING, *Corporations* III 412 n. 1577; BUONOCORE, in

*Fonti latine e greche* II 467 n. 19; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 19 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 19). – Cf. SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 272–273; LAFER, *Omnes collegiati* 252. 278; S. MAIALETTI, *Aequa* 5, 2001, 15 n. 3; A. PISTELLATO, in *Quotidien municipal* 633; BUONOCORE, in *Equi* 91; T. SIRONEN, *Arctos* 40, 2006, 113; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 287; BASILICI, *Epigrafi* 16 n. 9 cum im. del. a Corpore sumpta; M. MAIER Y OLIVÉ, *Latomus* 75, 2016, 393.

De patrono etiam vide G. CLEMENTE, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 148. 172 n. 58. De collegio dendrophorum vide ad tit., qui praecedat.

Cui aetatis titulus tribuendus sit, incertum; esse potest saec. II p. C. n.

## 4068a Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 276; EUND., *Tradizione manoscritta* 878; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 221–222. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 196; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 467 n. 20; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 20 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 20); C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 19. – Cf. BUONOCORE, in *Equi* 91; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 373.

RVFO F[ - - ] STEVENSON. – 2 suppleverim non sine dubiis [ - - ] *ag(istro) Martin(orum)* [ - - ]; vide infra ad tit. n. 8128.

Aetatis imperatoriae incertae.

## 4069 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222; EUND., in *Corsignani* 101 adn.; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113; BUONOCORE, *Febonio* 142 n. 56; G. MORELLI, *ibid.* 155 n. 20. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 467 n. 21; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 21 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 21). – Cf. MANNI, *Storia dei municipi* 178. 179; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 373.

Saec. I p. C. n. fere fuit.

4070 = ILS 6539. Mensa podialis ut videtur lapidis calcarii concava ex duabus partibus inter se fere coniunctis composita marginibus fracta undique levigata (60) × (60) × 20/11. Litt. 2,5. Puncta triangularia. In media area magna corona quercea efficta est. Servatur *Pereto* in aedibus domini *Gaetano Penna* iuxta viam *Borgo Modena* n. 15, ubi m. Dec. a. 2015 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0010318. 16206).



De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 311. 331; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222. Exemplum repetiverunt DE RUG-

GIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3990; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 467 n. 22; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156 n. 22 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 22); M. BASILICI, *Dai frammenti, una cronaca. La famiglia Vendettini di Pereto (L'Aquila)*, Pietrasecca di Carsoli (AQ) 2007, 59 cum im. phot. fig. 71. – Cf. BUONOCORE, in *Equi* 91; M. BASILICI – S. VENTURI, *Lumen* 19, 2007, 12–13 cum im. phot. fig. 7; BASILICI, *Epigrafi* 16–17 n. 10 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; M. MAIER Y OLIVÉ, *Latomus* 75, 2016, 393.

*Thoria Ingenua* | *h(onoris) c(ausa)* | *C(aio) Petidio Primioni mag(istro) Mart(inorum)* lapis.

C. Petidius Primio fuit magister Martinorum, de quibus vide infra ad tit. n. 8128.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

4071 = ILS 6541. Tabula ex lapide Tiburtino marginibus effracta in fronte deturpata (44) × (52) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 39 × 48. Litt. actuariae 4,5–3,9. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo HENZEN et DRESSSEL recognoverunt, nempe in *Mus. Vat. in Gall. Lap.* XLV 9 (inv. n. 6820), ubi a. 1986 contuli. *Neg. Mus. Vat.* n. XXVIII. 13. 132. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008913).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 292. 334; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3988; WALTZING, *Corporations* III 412 n. 1578; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 468 n. 23; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 156–157 n. 23 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 23); BONKOFFSKY, *Curatores* II, 29 n. I.99; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 112–113 n. 18 cum im. phot. (etiam cf. p. 97–98. 118). – Cf. SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 281–282; ABRAMENKO, *Municipale Mittelschicht* 246; C. PIETRANGELI, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 13, 1993, 65 adn. 198 [ubi legitur (vide supra): *Al sig. Conte Vendettini [...] per prezzo di 4 iscrizioni [...] la quarta di Vario Lucano [...] con certi frammenti trovati nelle ruine della colonia di Carseoli non lontano da Pereto*]; A. FUJISAWA, *Acme* 49, 3, 1996, 200; DI STEFANO MANZELLA, *Ambulacrum Iulianum* 257 cum im. phot. fig. 56 n. 9; LAFER, *Omnes collegiati* 252; BUONOCORE, in *Equi* 90. 91; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 375; S. SEGNI, in *Quotidien municipal* 229; BASILICI, *Epigrafi* 18 n. 11 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; A. FAUSTO FERRI, in *Fucino* V 315; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 23.

8 *coiugi* pro *coniugi*; *commune* pro *communi* (de ablativo singulari *-i* passim *-e* cf. BANNIER, *ThLL* III 9, col. 1968 lin. 17–18); PAV solvendum ut iam MOMMSEN suspicatus est *pau(pertate)*, cum qua solutione non sine dubiis quoque consentiunt SUTER, *ThLL* X 1, col. 852 lin. 55–56 et BONKOFFSKY.

Q. Varius Lucanus fuit sevir Augustalis Martinus, patronus collegii fabrum tignuariorum (de quo patrono etiam vide HARMAND, *Le patronat* 282; G. CLEMENTE, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 148. 173 n. 59; de collegio vide N. TRAN, *Arch. Class.* 86, 2017, 117–125), curator annonae frumentariae populique.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta alterius partis saec. II p. C. n. fere fuit.

4071a = CLE 5 app. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277 cum im. del. tab. I fig. 11 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 874; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 188; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3491; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 45 n. 67 (= ID.,

Abruzzo e Molise I 186 n. 67); ID., in *Fonti latine e greche* II 468 n. 24; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 24 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 24); ID., in *Temptanda viast* 18 n. 22\*; ID., *Arch. Class.* 57, 2006, 383 n. 1; ID., in *Dediche sacre* 287 n. 255. – Cf. WORDSWORTH, *Fragments* 239; ZANDER, *Versus* 54 n. 6; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 119 adn. 55. 57; KRUSCHWITZ, *Carmina* 210; BUONOCORE, in *Equi* 92; C. BERRENDONNER, *Cahiers du Centre G. Glotz* 16, 2005, 98; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 23; EHMIG, *Donum dedit* 50. 225. 231.

2 [dec]uma pro [dec]ima; – 4 [- -?] Hercoll[i] d(onum) dat iam recte BÜCHELER.

De munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 349.

Ex locutione *decuma facta* (de decima etiam vide J. NÚÑEZ – X. DUPRÉ, *Chiron* 30, 2000, 333–348) saec. I medio a. C. n. tribuo.

4072 = I<sup>2</sup> 1826 (cf. p. 1047). Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277 cum im. del. tab. I fig. 10 ex apographo STEVENSON deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 875. 876. 877. 928; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 188v; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 468 n. 25; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 25 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 25); ID., in *Dediche sacre* 288 n. 264; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 19. – Cf. D. VAN MOERBEKE, *Carsioli: Archeologisch-Topografisch Onderzoek*, Leuven 1971, 104–105. 116 (non vidi), inde VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 106 adn. 178; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 123; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 168 (etiam cf. p. 36); BUONOCORE, in *Equi* 92; S. LAPENNA, *ibid.* 124; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373; A. BERTRAND, *Cahiers du Centre G. Glotz* 23, 2012, 43.

1 Otatius legit VAN MOERBEKE fortasse recte (etiam vide infra ad tit. n. 8118–8119). – 2 *Mulcius* restituerim (de quo nomine etiam vide O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 161). – 4 *lucei* pro *luci*.

Memorantur Q. Otatius L. f. Fig+(- -) et M. Mulcius M. f., magistri, ut veri simile puto, luci cuiusdam (de luco vide A. PASQUALINI, *Diz. epigr.* IV, 62, Roma 1975, 1969–1989; S. PANCIERA, in *Montelucio e i monti sacri* 25–46 (= EUND., *Epigrafi* I 903–919); L. GASPERINI, in *Los orígenes de la ciudad en el noroeste hispánico. Actas del Congreso Internacional. Lugo, 15–18 de Mayo* 1996, Lugo 1998, 309–24), qui porticum ex pecunia luci ipsius collata faciendam curaverunt (de munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 349).

Ex eo, quod magister alter cognomine caret et ex forma, ut traditur, *lucei*, alterius partis saec. I a. C. n. fere fuit.

4073 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277; EUND., *Tradizione manoscritta* 898. 904. 922; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 222. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 213; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 468 n. 26; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 26 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 26). – Cf. BRUUN, *Water Supply* 339.

Ut elicitur ex apographo a STEVENSON deprompto, nihil est ante nomen plumbarii, inde legendum *Avillius fecit* (cf. C. BRUUN, *Epigraphica* 72, 2010, 325. 326; etiam cf. fistulam Romae repertam huius Corporis vol. XV 7599).

Esse potest saec. I p. C. n., in dubio autem maneo.

4074 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277; EUND., *Tradizione manoscritta* 918; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223.

Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 221v; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 468 n. 27; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 27 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 27); C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 19. – Cf. BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373; BRANCATO, *Repertorium* II 95.

2 *fi[li]* suppleverim.

Cuius aetatis sit, nescio.

4075 Epistylum ex marmore sepulcri rotundi undique fractum in fronte levigatum, a tergo paululum scabrum (16) × (90) × (19). Litt. affabre insculptae 6,5–5. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON descripsit, nempe in vico *Arsoli* humi iacens in platea ante ecclesiam Sancto Salvatore dicatam, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsi. M. Sept. a. 2015 denuo recognovit CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit mihi comiter missam. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016207).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277–278; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 213; Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 56, 1983, 65–66 n. 44 cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 468 n. 28; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 28 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 747 n. 28); ZANDEGIACOMI, *Arsoli* 14–15 cum im. phot. – Cf. KUBITSCHEK, *Imperium* 49; FORNI, *Tribù A529*; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 373; EUND., in *Tribù romane* 35; FRATIANNI, *Terventum* 229; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23.



*C(aius) Alfius C(ai) f(iilius) Ani(ensis) Ru[- -] | vix(it) [- -] iam recte MARI.*

Ex litterarum forma et sepulcri primae aetatis imperatoriae esse potest.

4076 (cf. p. 698) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 937; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetiverunt LANCIANI, *ms. 13047* f. 300r; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 29; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 29 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 29). – Cf. A. DE NINO, *NS* 1901, 442 (= EUND., *Scoperte archeologiche* 439); S. MAIALETTI, *Lumen* 12, 2005, 9–10.

1 quomodo nomen recte supplendum, incertum; vide autem nomina gentilicia in tit. Carsioliis repertis nominata, quae sequuntur, scil. *Avidius* (n. 4079), *Avillienus* (n. 4062. 4063) et *Avillius* (n. 4073).

Quamquam in dubio adhuc maneo, saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

4077 Operculum vasculi cinerarii, in quo exstat tabella marginibus cincta 11,9 × 25,4 (teste STEVENSON infra laudato). Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 278; EUND., *Tradizione manoscritta* 903; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 215v; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 30; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 30 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 30).

2 C(- -) i. d. nomen; *Castor[i]* vel *Castor[is]* legendum ex apographo a STEVENSON sumpto (cf. etiam p. 708 col. 1 et denuo p. 733 col. 2 sub indice nominum et cognominum virorum mulierumque, ubi cognomen Castoris restitutum est).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta alterius partis saec. II p. C. n. fere fuit.

4078 Cippus ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissus in fronte valde attritus (25) × (20) × ?. Litt. 2,8. Servatur *Oricola* muro cuidam affixus aedium domini Massimo Pirola sitarum in *Largo del Cavaliere* (olim *Taverna del Cavaliere*), ubi a. 2019 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit, quam mihi dono dedit.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetiverunt CANALE PAROLA, *ms. II* cum im. del., qui titulum enotavit in *Civita di Oricola* pro gradu adhibitum cauponae appellatae *Taverna del Cavaliere*; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 31; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 31 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 31); S. MAIALETTI, *Lumen* 6, 2003, 8; C. CASTELLANI, *ibid.* 54, 2019, 23 cum im. phot. fig. 9. – Cf. G. DAVIS CHASE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 6, 1897, 166; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373.



1–2 POLIA COSIDIA | F ◦ F ◦ ORBI traditur; ut iam vir doctus KAJAVA recte suspicatus est (scil. KAJAVA, *Praenomina* 52) legendum *Pol'la Cosidia* | 'P'(ubli) *f(ilia) Orbi* (scil. *uxor*); nescio qua causa MOMMSEN v. 2 solvere conatus sit *f(ili) f(ecerunt) orbi*, scilicet patri et matri; de praenomine Pollae fusius disseruit KAJAVA, *l. l.* 50–53. Titulus nunc sit legendus: [P]olla *Cosidia* | P(ubli) *f(ilia) Orbi* (scil. *uxor*), | C(aius) *Popillius C(ai) f(ilius) Rufus*, | [C(aius)] *Popillius C(ai) f(ilius)* | - - - - -.

Ex litterarum forma aetatis rei publicae labentis potius quam aetatis imperatoriae ineuntis fere fuit.

4079 Tabula ex marmore in fronte levigata undique in usum posteriorem resecta (80) × (92) × 23. Litt. exiles 8 (v. 1–3) – 4 (v. 4–5). Puncta triangularia haud semper insculpta. Servatur eodem loco, ubi RODOLFO LANCIANI d. 17 m. Ian. a. 1901 contulit, nempe Carsiolis infra pulpitem ecclesiae S. Mariae in *Cellis*, ubi m. Aug. a. 1979 et denuo m. Iun. a. 2015 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit. Gratias ago CASTELLANI, qui me certiore fecit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016208–09).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 277 cum im. del. tab. II fig. 3 ex apographo a ROSSI deprompta; EUND., *Tradizione manoscritta* 103. 105; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 42 n. 31. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 10r* cum im. del. (*Sotto il pulpito di S. M(aria) in Cellis di Carsoli, scoperta addì 19 Maggio 1808*); LANCIANI, *ms. 13047 f. 300*; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4275; CASTELLANI, *Epigraphi albensi* 107 n. 296; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 32; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 32 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 32); S. BRAUNE, *Convivium funebre. Gestaltung und Funktion römischer Grabtriklinien als Räume für sepulkrale Bankettfeiern (Spudasmata 121)*, Zürich – New York 2008, 311 n. B 32. – Cf. PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; ESCH, *Römische Straßen* 159; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 374; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.



Ut ex apographo a ROSSI sumpto sane elicitur, in principio exstare vestigia litterarum nonnulla videntur, inde legerim: - - - - -? | [- - -]a *T(iti) l(iberta) Thal[as]sa*, | [M(arcus)] *Curtius M(arci) l(ibertus) Hilar[is]*, | *Titinia L(uci) l(ibertae) Facultati*, | *Chryse l(ibertae) locum culinae*; | in front(e) a cipp(o) *Avidiae ad cipp(um) Trebonior(um)*, | in agr(o) *ped(es) XX*. – 3 *Cryse* ROSSI.

De culina etiam vide R. MACMULLEN, *Historia* 66, 2017, 123.

Ex litterarum forma saec. II ex. p. C. n. vel etiam saec. III in. tribuerim.

4080 = VI 8100. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetivi EGO, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 33; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 33 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 33). – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 114 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 271).

Ex formula *Dis Manibus* sine compendiis scripta saec. ex. I p. C. n. fere saltem fuit.

4081 Desideratur. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016210).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetiverunt ZANDEGIACOMI, *Arsoli* 16–17 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 469 n. 34; ID., in *Miscella-*

nea Lidio Gasperini 157 n. 34 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 34).

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur; ex autem locutione *ossa scil. sita* esse potest saec. I p. C. n.

4082 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 552; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetivi EGO, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 35; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 35 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 35).

3 *Crescentian[o]* fortasse recte iam MOMMSEN (cf. p. 713. 734).

Ex formula *D(is) M(anibus) [s(acrum)]* compendiis scripta, si recte tradita, saec. II p. C. n. fere fuit.

4083 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223. Exemplum repetivi EGO, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 36; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 157 n. 36 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 36).

Supplementa adhuc incerta manent; in v. 3 suppleverim [- - *Primi*]genio.

Cuius aetatis sit, nescio.

4084 Tabula ex lapide calcario a dextra fracta in fronte perquam adesa. Puncta triangularia sursum directa. Servatur eodem loco, ubi AUCTORES ANTIQUIORES descriperunt, nempe Carsolis loco edito muro cuidam exteriori affixa turris campanariae ecclesiae S. Mariae in *Cellis*, ubi m. Aug. a. 1979 et denuo m. Lun. a. 2015 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. mihi comiter missam sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016211–13).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 728; EUND., *Tradizione manoscritta* 130. 933; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 223; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 47 n. 63. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 19r cum im. del. (*Nella Chiesa di S(ant)a Maria in Cellis di Carsoli*); LANCIANI, *ms.* 13047 f. 298v; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 107 n. 297; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 37; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 37 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 37). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; FORNI, *Tribù* L295–296; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 374; EUND., in *Tribù romane* 35; BRANCATO, *Repertorium* II 94; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.



1 in. *Q(uintus)* iam recte GUALTIERI et ROSSI; *L(ucius)* MOMMSEN, qui pendet e GARRUCCI. – 1 ex. RV[- -] ROSSI in ed. (supra sub tit. in exemplo suo), RA[- -] ID. in *ms.*; *Ru[- -]* lego, inde non excludo ex. gr. *Ru[ffus]*. – 2 ex. F+I[- -] ROSSI; *Ru[ffus]* quoque legerim. – 3 *patrei* pro *patri*; in fine legerim non sine dubiis *f[ilii] fec(erunt)*.

Ex litterarum punctorumque forma alteri parti saec. I a. C. n. tribuo.

4085 Tabula ex lapide calcario undique recte et transverse in usum posteriorem scissa. Litt. affabre insculptae. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe *Carsoli* muro cuidam exteriori loco edito ecclesiae parochialis S. Victoriae inserta, ubi a. 1986 quatenus potui contuli.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 38; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 38 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748 n. 38). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224; EUND., in *Equi* 90; FORNI, *Tribù* L536; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23.

Legerim *C(aius) Luturius C(ai) f(ilius) An(iensis) sei[bei] et sueis ?]* (*seibe et sueis* pro *sibi et suis*).

Ex litterarum forma et ex eo, quod vir cognomine caret, alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

4086 Stela ex lapide calcario supra rotundata in fronte levigata manu autem recentiore deturpata 82 × 59 × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta 59 × 45. Litt. 5–3,5. Puncta triangularia haud semper signata. Servatur extra vicum *Pereto* sub praedio *La Croce* nuncupato muro cuidam interiori stabuli gentis olim *Vicario* inserta, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit. Denuo recognovi m. Dec. a. 2015 una cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0003625. 8915. 16214).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 312. 338. Exemplum repetiverunt CANALE PAROLA, *ms.* III cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 39; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 39 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 748–749 n. 39); M. MERLINO, *Aequa* 20, 2005, 6; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 19–20 cum im. phot. fig. 3. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224 cum im. phot. tab. II fig. 3; M. SCIÒ, *Lumen* 7, 2003, 2; BASILICI, *Epigrafi* 19 n. 12 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; EUND., *Chiesa di San Pietro* 8 cum im. phot. et del. ex Corpore repetita; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 316.

Cognomen Horaei redit in tit. eiusdem loci n. 4094.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo.

4087 Tabula ex lapide calcario in angulo superiore sinistro fracta, in fronte levigata fissuris autem laesa 50 × 110 × 26. Litt. 6–3,8. Puncta triangularia sursum directa. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1985 contuli. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 6040; *neg. D. A. I. Rom* n. 1037.VW. 3; 1038.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008925–26).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 470 n. 40; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 40 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 40). – Cf. MARCANGELI, *ms.*; PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; N. PERSICETTI, *RM* 27, 1912, 300; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 250.

5 *posiit* pro *posit* vel *posuit*.

De nomine gentilicio Naevii fusius disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 48–49.

Ex litterarum punctorumque forma aetatis liberae rei publicae labentis vel potius primae aetatis imperatoriae mihi esse videtur.

4088 Tabula ex lapide calcario a sinistra imminuta, in fronte levigata autem passim deturpata (134) × (40) × (circ. 4,5). Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta, cuius partes a dextera et supra supersunt. Litt. 6/3. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe



muro cuidam exteriori inserta in viridario villae gentis *Massimo* in vico *Àrsoli* sitae, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 278. 280; EUND., *Tradizione manoscritta* 896. 897; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224. Exemplum repetivi EGO, in *Fonti latine e greche* II 471 n. 41; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 41 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 41).

1 *Prosdexix* pro *Prosdexis*.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

4089 Pars dextra tabulae ex lapide calcario ex tribus partibus inter se coniunctis composita, in fronte levigata autem passim deturpata (43) × (37) × ?. Litt. 5,8/4,3. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON descripsit, nempe muro cuidam exteriori inserta in viridario villae gentis *Massimo* in vico *Àrsoli* sitae, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008927–28).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 280; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms. 10564* f. 221; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 471 n. 42; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 42 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 42). – Cf. KUBITSCHEK, *Imperium* 49; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373; EUND., in *Tribù romane* 35.



1 in. [- -]ius, 2 in. [- -]bo potius quam [- -]po, 3 in. [- -]dilia, 5 [- -]dia *L(uci) fili(i)a* legendum; supplementa autem ad nomen et cognominum rationem pertinentia incerta adhuc manent.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

4090 Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte levigata passim autem deturpata (55) × (58) × ?. Litt. 9–4. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe *Pereto* muro cuidam exteriori ecclesiae S. Georgii inserta, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit; m. Dec. a. 2015 denuo recognovi cum CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008934–35. 16215–17).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 280; EUND., *Tradizione manoscritta* 168. 307; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 31r* cum im. del. (*Pereto*); CANALE PAROLA, *ms. III* cum im. del.; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 107–108 n. 298; BUONOCORE,

*Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 45 n. 68 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 187 n. 68); ID., in *Fonti latine e greche* II 471 n. 43; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 43 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 43); ID., in *Temptanda viast* 18 n. 23\*; ID., *Arch. Class.* 57, 2006, 383 n. 2 (etiam cf. p. 373); BASILICI, *Epigrafi* 19–20 n. 13 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta.



2 legerim [*q(uae) v(ixit) a(mnis) .]III*; – 3–5 non excludo, quominus ad carmen epigraphicum quoddam metro autem incerto pertineant. Etiam vide infra ad tit. n. 8138.

Ex litterarum forma priori parti saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

4091 Desideratur.


Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 471 n. 44; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 44 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 44). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224.

2 *Hecateo* pro *Hecataeo*, 3–4 *Filumene* pro *Philumene*; 5 *karissimo* pro *carissimo*.

Ex formula [*D(is) M(anibus)*] teste STEVENSON compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo.

4092 Tabula ex lapide calcario in fronte levigata attamen valde deturpata (183) × (71) × ?. Litt. 8. Puncta triangularia. Servatur eodem loco, ubi ROSSI descripsit, nempe *Carsiolis* infra pulpitum ecclesiae S. Mariae *in Cellis*, ubi m. Aug. a. 1979 et denuo m. Jun. a. 2015 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit. Gratias ago CASTELLANI, qui me certiore fecit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008936–37. 16218–22).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 280; EUND., *Tradizione manoscritta* 173. 205; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 51 n. 107. 53 n. 139. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms. f. 32v* cum im. del. (*Letta, ed osservata in S. Maria in Cellis di Carsoli addi 18 Maggio 1808*). 41v cum im. del. (*In S(anta) Maria in Cellis di Carsoli*); CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 108 n. 299; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 471 n. 45; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 45 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 45). – Cf. PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; ESCH, *Römische Straßen* 159; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 374; EUND., in *Fides amicorum* 103; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.



2 SALVIE ROSSI apud CARDINALIUM ex quo MOMMSEN; SALVIAE recte ROSSI *ms.* – 2–3 *Felicissime* pro *Felicissimae*. – 3 CVRBISIVS ROSSI apud CARDINALIUM, ex quo MOMMSEN (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 65. 482); C VIRBISIVS ROSSI, *ms.* f. 41v; de nomine Virbisii haud recte sum opinatus (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 490); *C(aius) Verbisius* lego (nomen aliunde ignotum). – 5 *coiugi dignissime* pro *coniugi dignissimae*.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. labenti saltem tribuo.

4093 Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem resecta, in fronte levigata, infra vero latior et rudis (87) × (35) × ?. Litt. 4,5. Puncta distingui nequeunt. Nunc exstat *Rocca di Botte* muro cuidam exteriori aedium quarundam inserta apud ecclesiam parochialem S. Petro Apostolo dicatam iuxta viam *Vittorio Emanuele III* n. 73A sitarum, ubi a. 1983 contuli una cum viro docto ZACCARIA MARI, qui im. phot. sumpsit. Im. phot. mihi quoque comiter transmisit a. 2006 ALESSANDRO BETORI. Tit. denuo recognovit m. Dec. a. 2015 CESARE CASTELLANI. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008938–39. 16223–24).



Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 471 n. 46; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n.

46 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 46). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224.

*L(uci) Saufei L(uci) l(iberti) | Philomusei* vidi in lapide. – 2 *Philomusei* pro *Philomusi*.

De nomine Saufei fusius disseruerunt A. ELLERO, in *Studi Fulviomario Broilo* 319–324 et D. NONNIS, in *Studi Daniele Manacorda* 345–350.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. medio tribuerim.

4094 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 47; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 47 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 47). – Cf. ESCH, *Römische Straßen* 159; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224.

1 *Dis Manibus* traditur, quam formulam vocabulum *sacrum* compendio fortasse scriptum in lacuna sequitur; – 3 *Horea* pro *Horaea*.

Cognomen *Horaeae* redit in tit. eiusdem loci n. 4086 (cognomen fusius tractavit E. MURGIA, in F. FONTANA – E. MURGIA (Ed.), *Sacrum facere. Atti del IV Seminario di Archeologia del Sacro: Sacra peregrina. La gestione della pluralità religiosa nel mondo antico. Trieste, 17–19 novembre 2016* (*Polymnia* 19), Trieste 2019, 311–312).

Ex formula *Dis Manibus* teste STEVENSON sine compendiis scripta saec. I ex. p. C. n. fere fuisse suspicari possumus.

4095 Stela ex lapide calcario supra latior quam infra, a dextra fracta supra scalpro dentato dolata, infra rudis a tergo paululum scabra 85 × 36/27 × 21. Litt. 4–3,5. Puncta triangularia sursum directa et in formam rectiangulari insculpta. Etiam hodie servatur eodem loco, quo GARRUCCI vidit, nempe prope *Carsoli* in ecclesia *San Vincenzo*, ubi una cum amico TERENCE FLAMINI d. 8 m. Iun. a. 2014 contuli. Maximas ago gratias FLAMINI et CESARE CASTELLANI, qui me certiores fecerunt et im. phot. quoque sumpserunt. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016225).



Exemplum repetiverunt ZAZZA, *ms.* 7r; CANALE PAROLA, *ms.* II cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 48; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 48 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 48). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224; S. MAIALETTI, *Lumen* 6, 2003, 8; L. DEL GIUDICE, *ibid.* 13, 2005, 6 cum im. phot.; EUND., *Chiesa di S. Vincenzo* 41; FORNI, *Tribù* V1032; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 383; EUND., in *Tribù romane* 35; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 23.

2 Gall[us] MOMMSEN supra p. 730 vel potius Gall(us). – 3 T(it)i [(i)lius] MOMMSEN in scheda Corporis, T(it)i [(i)bertus] ID. ad p. 730. – 4 Aeschin[us] MOMMSEN supra p. 730 vel potius Aeschin(us) (cf. tit. huius Corporis vol. VI 3835. 17246. 35280); Aeschin(es) parum probabile.

Ex forma litterarum punctorumque saec. I medio a. C. n. tribuerim.

4096 Stela ex lapide calcario supra latior quam infra, a dextra fracta supra scalpro dentato dolata, infra rudis a tergo paululum scabra 82 × 45 × 13. Litt. 6. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie servatur eodem loco, quo GARRUCCI vidit, nempe prope Carsoli in ecclesia *San Vincenzo*, ubi una cum amico TERENCE FLAMINI d. 8 m. Iun. a. 2014 contuli; maximas ago gratias FLAMINI et CESARE CASTELLANI, qui me certiore fecerunt et im. phot. quoque sumpserunt. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016226).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 280; EUND., *Tradizione manoscritta* 206. 316; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 1, 1987, 53 n. 140. Exemplum repetiverunt ROSSI, *ms.* f. 42r cum im. del. (*Nella Chiesa detta della Madonna di San Vincenzo in Carsoli*); ZAZZA, *ms.* 7r; CANALE PAROLA, *ms.* II cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 49; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 49 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 49). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 49; S. MAIALETTI, *Lumen* 6, 2003, 8; L. DEL GIUDICE, *ibid.* 13, 2005, 6 cum im. phot.; EUND., *Chiesa di S. Vincenzo* 41; FORNI, *Tribù* V1032; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 383; EUND., in *Tribù romane* 35; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 23.

2 Gall[us] MOMMSEN supra p. 730 vel potius Gall(us).

Ex forma litterarum punctorumque saec. I medio a. C. n. tribuerim.

4097 Fuit, ut traditur, epistylum ex marmore (LANCIANI), ex lapide calcario (DE NINO), undique resectum (65) × (23) × (15), pone coemeterium in area ecclesiae S. Maria in Cellis, prope vicum Carsoli, saec. XX in. in lucem denuo prolatum. Litt. pulchris et altis. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016227).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 936; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 224–225. Exemplum repetiverunt LANCIANI, *ms.* 13047 f. 300; A. DE NINO, *NS* 1901, 441 (= ID., *Scoperte archeologiche* 439); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 50; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 50 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 749 n. 50). – Cf. PFEIFFER – ASHBY, *Carsioli* 135; ESCH, *Römische Straßen* 159; S. MROZEK, *Epigraphica* 66, 2004, 129; S. MAIALETTI, *Lumen* 12, 2005, 9–10; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 374; C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 22.



1 [- -]S ◦ L ◦ F ◦ VRVIN | F ◦ SIBI ◦ [E]T traditur; ex apographo, quod et STEVENSON et DE NINO sumpserunt, nunc legerim [Vivu]s; L(ucius) Furvius | [- -] [(ecit) sibi] [e]t | - - - - -.

Esse potest I saec. p. C. n.

4098 Pars dextra tabulae ex lapide calcario a sinistra et supra mutila, ex tribus partibus inter se coniuncta, in fronte levigata (40) × (135) × (4,5), in qua duo tituli spatio minimo interiecto insculpendi, quorum autem prior a sinistra tantum exaratus est. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius vestigia infra et a dextra supersunt. Litt. tituli a sinistra 4,5/5; puncta triangularia. Litt. tituli a dextra cursive exaratae 5–4 ad probationem calami pertinentes esse mihi videntur; puncta in formam circuli haud semper distingui possunt. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe muro cuidam exteriori inserta in viridario villae gentis Massimo in vico Arsoli sitae, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsimus. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003626. 8940–44).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 281; EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 225 cum im. phot. tab. IV fig. 6–7. Exemplum repetiverunt STEVENSON, *ms.* 10564 f. 221; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 51; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 51 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 750 n. 51).



Pars sinistra: 2 [- -]JERONI STEVENSON inde MOMMSEN supra ad tit.; [- -] [(ibertae) Eroni] autem lego, i. e. Eroni pro Heroni; cetera supplementa ad nomen et

cognominum rationem pertinentia incerta adhuc manent. – Pars dextra: 1–2 ET ◦ LONCLAINII ◦ IIIICAI | L L M M STEVENSON inde MOMMSEN supra ad tit.; 1 sic legerim: *et Longiae Feliclae (Feliclae pro Feliculae; etiam cf. H. SOLIN, in Modelli epistemologici 127)*, quomodo autem litterae singulares, quae sequuntur, scil. L L M M recte solvendae sint, nescio; ad liberos libertasque merentes fortasse pertinent.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

## 4099 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 472 n. 52; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 158 n. 52 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 750 n. 52). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 225; BASILICI, *Epigrafi* 20 n. 14 cum im. del. a Corpore sumpta.

2 *Cutilus* fortasse pro *Cotilus*, res autem incerta manet. Cuius aetatis sit, definire nescio.

## 4100 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 310. Exemplum repetivi EGO, in *Fonti latine e greche* II 473 n. 53; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 159 n. 53 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 750 n. 53). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 225; BASILICI, *Epigrafi* 21 n. 15 cum im. del. a Corpore sumpta.

2 *Laellio* pro *Laelio*.

Aetatis incertae.

4101 Tabula ex lapide calcario recte et transverse in usum posteriorem secta, in fronte scalpro dentato passim dolata (59) × (136) × (28/16). Litt. affabre insculptae 22. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie eodem loco, quo STEVENSON recognovit, nempe *Pereto* muro cuidam exteriori ecclesiae S. Georgii inserta, ubi a. 1986 contuli et im. phot. sumpsit. Tit. m. Dec. a. 2015 denuo regnovit CESARE CASTELLANI, qui me certiore fecit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008945–46. 16228–29).

Exemplum repetiverunt CANALE PAROLA, *ms.* III cum im. del.; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 108 n. 300; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 473 n. 54; ID., in *Miscellanea*

*nea Lidio Gasperini* 159 n. 54 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 750 n. 54). – Cf. KUBITSCHER, *Imperium* 49; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 225; EUND., in *Equi* 90; FORNI, *Tribù* Y724; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; BASILICI, *Epigrafi* 21 n. 16 cum im. phot. et del. a Corpore sumpta; P. SEBASTIANI DEL GRANDE, *Aequa* 16, 58, 2014, 23.

Fortasse legendum [- -]anus T(iti) f(ilius) An[is](-) [- -?].

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse videtur.

4102 Tabula ex lapide calcario supra et a sinistra fracta, in fronte perquam adesa, ad monumentum sepulcrale pertinens (85) × (53) × ?. Litt. 7,5. Puncta triangularia. Servatur *Civita di Oricola* muro cuidam exteriori affixa aedium domini *Fabrizio Colelli* in platea *Cavaliere* sub n. 13 sitarum, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 una cum TERENCE FLAMINI contuli et im. phot. sumpsit. M. Dec. a. 2015 tit. CESARE CASTELLANI denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0016230–31).

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 473 n. 55; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 159 n. 55 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 750 n. 55); S. MAIALETTI, *Lumen* 12, 2005, 12 cum im. phot.; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 371 adn. 4. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 225.



Suppleverim non sine dubiis [- -?] *Ex testamen*to <sestertium viginti milia>; | [- -?] *h(oc) m(onumentum) s(ive) s(epulcrum) h(eredem) n(on) s(equetur); liberti* [fecerunt?].

In lapide HS ⓄⓄ.

Ex nota sestertium adhibita aetatis liberae rei publicae labentis vel primae aetatis Augusteae esse potest.

797\* Tit. EE VIII p. 48 n. 196 = XIV 3727 = *Inscr. It.* IV 1, 274 non inserui in Corpore, ex eo, quod ad Tibur est referendus.

Exemplum quoque repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 474 n. 62 ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 160 n. 62 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 751 n. 62); M. CHRISTOL, *ibid.* 262–264, qui fusius de nomine gentilicio Alfredii disputavit (etiam cf. T. P. WISEMAN, *Historia* 14, 1965, 334). De re universa vide BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 115 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 271).

798\* Tabula fortasse integra, sub cuius titulo avis ramulum florem pedibus accipiens delineata est, quam ROSSI d. 25 m. Mai. a. 1810 *Pereto* inspexit in ecclesia S. Georgii; postea tit. translatus est *Pereto in Cappella Vendettini*. Attamen ROSSI ipse in breviario suo visitationis pastoralis (vide BASILICI, *l. l.*) asserit corpus Thalassi effossum Romae a. 1749 in coemeterio Callisti.

*Thalassus* | *in pace*. | <chrismon>

ROSSI, *ms.* f. 35r cum im. del. inde C. CARDINALI, *Iscrizioni antiche inedite*, Bologna 1819, 67. 477; e CARDINALI A. SILVAGNI, *ICVR*, N. S. 3827; e ROSSI G. G. PANI, *ICI*, III, 36 n. 47 cum im. a ROSSI del.; e ROSSI BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 284–285 cum im. del. tab. II fig. 2 ex apographo ROSSI deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* II 478 n. 79; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 79 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 753 n. 79); C. PALUMBO, *Planus* 2007, 22 n. 16; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 21 n. 43 cum im. del. a ROSSI sumpta. – Cf. EUND., in *Equi* 92; M. BASILICI, *Lumen* 24, 2009, 23.

799\* = *ICVR*, N. S. 3511

Tit. [15 × 47 × ?]. Litt. 4] nunc servatus *Poggio Cinolfo* muro cuidam interiori affixus ecclesiae S. Mariae Assumptionis, qui tit. est repertus Romae in coemeterio Praetextati.

*Fortunia in pace* | <signum crucis>

8118 = I<sup>2</sup> 3279 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario a dextra et a sinistra fracta, in fronte levigata, fissuris autem laesa 22 × (84) × ?. Litt. circ. 4. Rep. anno fere 1965 a Carsiolis 7 km meridiem versus prope vicum *Pereto*. Asservabatur in vico *Rocca di Botte* in aedibus domini *V. Squadrilli*, ubi autem nescio quando vir doctus ADRIANO LA REGINA descripsit et im. phot. sumpsit. Accessui clausam videre non potui et ad im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* quatenus potui contuli.



*L(ucius) Otatius L(uci) l(ibertus) Glaucia,*  
*Grecus Otatius aidem*  
*Larum curaverunt.*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 3870.

A. LA REGINA, I<sup>2</sup> 3279 cum im. phot. tab. 91 fig. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 475 n. 67; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 160 n. 67 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 752 n. 68); D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 169 (etiam cf. p. 38); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 262. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 212; EUND., in *Equi* 92; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 36; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 315.

Puncta triangularia sursum directa.

2 *Grecus* pro *Graecus*, *aidem* pro *aedem*.

Nominantur liberti duo, qui aedem Larum scil. domesticorum faciendam curaverunt (vide supra ad tit. n. 4053, ubi memoratur Philargyrus vilicus, qui aedem Larum de sua pecunia faciendam curavit). Nomen Otatii in tit. Carsiolis repertis tantum occurrit (supra n. 4072 et infra n. 8119; cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 134). De praenomine Graeci vide SALOMIES, *Vornamen* 71–72 cum amplissimo commentario titulis collectis (titulus noster memoratur ad p. 72).

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. saltem tribuo.

8119 tit. sacer

Arula ex lapide calcario vulgo *pietra campanara* appellato instar pyramidis truncae supra et in marginibus fracta, infra crepidine undique paululum prospiciente praedita, in fronte et a tergo levigata (58) × (27/19) × (22/13). Litt 3–1,6. Rep. m. Iunio a. 1984 apud vicum *Pereto* 1 km a praedio, q. d. *Le Battute*. Exstat in aedibus municipalibus vici *Pereto*, ubi primo vere a. 1985 descripsi et im. phot. sumpsit. M. Dec. a. 2015 tit. denuo recognovit CESARE CASTELLANI, qui im. phot. quoque fecit mihi comiter missam.

[.] Otat[ius]

Eros,

[.] L[oll]ius Sec[und(us)],

[.] Di[d]ius Pr[im]us],

5 [.] Albinova[nus]

Philoxenus,

M[entis] n[umini] d[ederunt].

Im. phot. a M. B. sumpta.



BUONOCORE, *PP* 40, 1985, 384–386 cum im. phot. (= ID., *Abruzzo e Molise* II 775–778) (AE 1988, 468); ID., in *Fonti latine e greche* II 476 n. 68; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 160 n. 68 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 752 n. 68); ID., in *Dediche sacre* 287 n. 257; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 23–25 cum im. phot. e BUONOCORE repetita. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 212; EUND., in *Equi* 92; BASILICI, *Epigrafi* 22 n. 17 cum im. phot.; A. FAUSTOFERRI, in *Fucino* V 315.

Puncta triangularia.

Esse videntur magistri quattuor, ut puto, liberti, qui numini Mentis arulam dederunt. Animadvertendum est, tit. Carsioliano n. 4062 memorari magistrum Iunium quendam, qui, mea sententia, sacris Mentis ipsius praepositus erat, cuius deae, ut constat, dies 8 Iunius religiosus fuit (fontes nunc collecti a CH. REUSSER, in *Lexicon Topographicum* III 240–241; etiam vide DONATI – STEFANETTI, *Dies natalis* 68–69). Albae Fucentis habes titulos duos Menti Bonae dicatos, scil. n. 3910 et 3911 (vide supra); de qua dea, praeter LATTE, *Religionsgeschichte* 239–240. 255, imprimis vide MELLO, *Mens Bona* et CLARK, *Divine Qualities* 201–204. Praeter nomen Albinovani, cetera in tit. huius regionis nominata sunt (cf. BUONOCORE, *PP*, I. I. 385–386).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

8120 tit. sacer

Arula ex lapide calcario a sinistra fracta in fronte levigata corona undique prospiciente praedita (57) × (35) × 24. Litt. 6/5. Rep. a domino *Giovannino Marzolini* a. 1958 inter maceries sitas in *Colle San Vito* prope *Casaletto* (ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI, qui pendet ex ore syndici vici *Rocca di Botte* domini *Fernando Marzolini* filii *Giovannino*). Servabatur in viridario aedium gentis *Marzolini* in vico *Rocca di Botte* sitarum, ubi a. 1988 vir doctus MICHELE SCIÒ descripsit et im. phot. sumpsit. Accessui clausam videre non potui attamen contuli ad im. phot. mihi dono missam a MICHELE SCIÒ. Nunc exstat *Celano* inter

reposita musei *Paludi* nuncupati, ubi m. Nov. a. 2015 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



*M(arcus) V̄errius*  
[- -]hiletus  
[- -]n(umini) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito),  
[aram] dicavit  
5 [(ex) voto su]scepto.

Im. phot. a SCIÒ sumpta.

ZINANNI, *Rocca di Botte* 186 cum im. phot. notitia tantum, scil.: *Una di esse ricorda espressamente che Murrius Philetus N(umini) V(otum) S(olvit) L(ibens) A(ram) dicavit*; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 476 n. 69; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 160 n. 69 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 752 n. 69); ID., in *Dediche sacre* 287 n. 259. – Cf. EUND., in *Equi* 92; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 23–25; G. TARASCO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 86, 2013/14, 495.

Littera T supra versum semper egrediens. – Puncta triangularia sursum directa.

Restitui imprimis ex spatiis supplendis. – 2 [P]hiletus vel etiam [Eup]hiletus. – 4 [de]dicavit EGO in ed. priore.

Si recte interpretatus sum, memoratur M. Verrius [- -]hiletus, fortasse libertus, qui numini (de numine cf. ex. gr. A. SCHAUB, *Zeitschr. d. Aach. Gesch.* 109, 2007, 1–17) dei deaeve cuiusdam votum solvit libens merito nec non aram dicavit ex voto suscepto; vide tit. qui praecedit, in quo Mentis numen veri simile laudatur.

Ex litterarum forma tit. positus est saec. I medio p. C. n. vel haud longe post.

8121 tit. fortasse sacer

Cippus ex lapide calcario undique fractus corona prominente praeditus ab utroque latere levigatus (55) × (18) × 16. Litt. 8,5 (v. 1.3) – 5,5 (v. 2.4). Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Oricola* muro cuidam interiori affixus domus paroecialis iuxta viam *Roma* sub. n. 24

sitae, ubi m. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI recognovit et me certiore fecit. Descripsi a. 2016 quatenus potui ex im. phot. a CASTELLANI ipso facta mihi comiter missa.



[- -]NVIC[- -]  
[- -]CRESC[- -]  
[- -]IAE [- -]  
[- -]ELEN[- -]  
-----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

S. MAIALETTI, *Lumen* 15, 2006, 8 cum im. phot.

3 punctum triangulare.

2 RISC, 4 III N MAIALETTI.

1 fortasse subest appellatio Invicti ad deum quendam pertinens, ex. gr. [Herculi I]nvic[to] vel al. – 2 non excludo, quin cognomen Crescentis supplendum, i. e. *Cresc[ens]*.

Fuisse videtur titulus sacer, qui Crescens quidam Herculi ex. gr. Invicto posuit pro salute [- -]iae [- H]elen[ae]. Attamen res incerta manet, ex eo, quod nescio quomodo verba compendiis sint insculpta.

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. adducunt.

8122 tit. incerti generis imperatoris

Tabula ex marmore undique fracta in fronte et a tergo levigata (30) × (22) × 5,5. Litt. inter lineas subtiliter ductas affabre insculptae 6,5–6. Rep. a. 1888 *Civita di Oricola* ab agricolis quibusdam. Usque ad a. 2001 servabatur *Riofreddo* in ecclesia S. Mariae Assumptionis. Nunc exstat in eodem vico in museo municipali *Villa Garibaldi* nuncupato, ubi a. 2002 ZACCARIA MARI titulum descripsit et im.

phot. mihi comiter misit. M. Aug. a. 2015 tit. CESARE CASTELLANI denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
 [- -]++[- -]  
 [Imp(erator)] Nerv[a]  
 [Caesar] Aug(ustus) p(ontifex) m(aximus)  
 [trib(unicia) pot(estate) - - - c]o[(n)s(ul) - - - p(ater) p(atriae)]  
 -----

Im. phot. a MARI sumpta.

Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 85 n. 5 cum im. phot. tab. XXIII fig. 2; ID., *Aequa* 9, 2002, 31 cum im. phot.; ID., in *Lazio & Sabina* II 24 cum im. phot. fig. 5. – Cf. E. CANALE PAROLA, *Breviarium manu scriptum* d. 29 m. Dec. a. 1888 servatum Romae apud *Archivio Centrale dello Stato (EUR)*. MPI. Direzione Generale AABBA. *Il versamento*, 1° serie, b. 10, fasc. 151; VERZULLI, *Riofreddo* 22 cum im. phot. ad p. 48; S. MAIALETTI, *Lumen* 37, 2013, 11–12; C. CASTELLANI, *ibid.* 54, 2019, 23. 24.

Puncta triangularia.

Supplevi quatenus potui versus concinne ordinatos. – 1 + sunt vestigia hastae rectae. – ++ (= numerale?) | [Imp(erator)] Nerv[a] | [Caesar] Aug(ustus), p(ontifex) m(aximus)], | [trib(unicia) p]ot(estate) - - - | co[(n)s(ul) - - - , p(ater) p(atriae) - - -] | [- -] MARI ed. pr.; ++ (= numerale XXXX?). | [Imp(erator)] Nerv[a] | [Caesar] Aug(ustus), p(ontifex) m(aximus)], | [trib(unicia) p]ot(estate)], | co[(n)s(ul) - - - , p(ater) patriae, - - -] MARI ed. alt., qui autem non excludit, quin litt. O v. 4 ad co(n)s(ul) pertineat (vide adn. 12).

MARI non excludit quin agatur de opere quodam publico, fortasse de ponte S. Georgii, a Nerva exstructum vel refectum inter a. 96 et 98 p. C. n. iuxta viam Valeriam posito, quam viam Nerva ipse inter d. 1 m. Ian. et fortasse d. 28 m. Febr. 28 a. 97 faciendam curavit (vide inter al. Z. MARI, in *Lazio & Sabina*, l. l. 23–38 cum alia bibliographia).

8123 tit. domus imperatoriae

Tabula marmorea a sinistra in usum posteriorem recte scissa undique fissuris laesa, in fronte levigata (48) × (37) × 4/3 circ. Rep. a. 2004 Pereto in operibus ad ecclesiam *Sant'Antonio abate* nuncupatam reficiendam institutis in altari ecclesiae eiusdem affixa. Servatur *Pereto* muro cuidam interiore affixa in viridario aedium domini *Tommaso Bove* iuxta viam *San Giovanni* sub n. 11 sitarum, ubi

m. Dec. a. 2015 CESARE CASTELLANI recognovit. Descripsi ut potui a. 2014 ex scheda MERLINO et ad im. phot.



[- - - Pe]rtinacis  
 [- - - - -?]  
 [| - - - - -|]  
 [- - - A]ugustorum  
 -----

Im. phot. a MICHELA MERLINO sumpta.

M. MERLINO, *Lumen* 13, 2005, 7–11 cum im. phot.

Quamquam supplementa non temptavi ex eo, quod spatium lacunae a sinistra definire non possum, videtur fuisse tit. positus inter a. 198 et 209 ex. p. C. n. gr. pro salute Imperatorum Caesarum Lucii Septimi Severi Pii Pertinacis Augusti et Marci Aurelii Antonini Augusti et Publii Septimii Getae et Iuliae Augustae matris Augustorum et castrorum totiusque domus divinae.

8124 tit. operis publici imperatori vel ab imperatore ipso dedicati

Epistylum ut videtur ex lapide calcario undique in usum posteriorem sectum a tergo scabrum (30) × (114) × 22,5. A sinistra servatum vestigium fasciae, quae marginavit titulum. Litt. affabre insculptae 18,5. In lucem rediit a. 2006 *Riofreddo* in portam ecclesiae S. Georgii insertum in effossionibus ad ecclesiam dirutam ipsam reficiendam institutis. Servatur *Riofreddo* in museo municipali *Villa Garibaldi* nuncupato, ubi a. 2013 amicissimus ZACCARIA MARI titulum descripsit et im. phot. mihi comiter misit. M. Aug. a. 2015 tit. CESARE CASTELLANI denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
 Imp(erat-) Ca[?]s[- - -]  
 -----

Im. phot. a MARI sumpta.

Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 86, 2013, 189 n. 3 cum im. phot. fig. 82.

Puncta in formam aculei sagittae acclivis redacta.

Quo casu ratio nominis supplenda nescio. Titulus operis publici ab imperatore ipso positus vel imperatori dedicatus videtur.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

8125 tit. operis a quattuorviris dedicati

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita in angulo superiore sinistro fracta. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Rep. casu et fortuito a. 2008 in sito *San Pietro* haud longe a vico *Oricola*, ubi in lucem sunt detecta vestigia magni momenti ad fanum quoddam extraurbanum pertinentia. Nescio autem ubi exstet muro cuidam exteriori affixa. Descripsi ut potui a. 2014 ex im. phot. S. LAPENNA et AL.

*T(itus) Aninius Rufus,*

*P(ublius) Satrius Tarentinus,*

*III vir(i) iur(e) dic(undo)*

*murum ex s(enatus) s(ententia) r(eficiendum) c(uraverunt).*

Im. phot. e SANDRA LAPENNA et AL. repetita.



S. LAPENNA et AL., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 242–243 cum im. phot. fig. 15.

Puncta triangularia sursum fere directa.

4 *s(umptis) s(uis)* haud recte LAPENNA et AL.

Quattuorviri iure dicundo ex senatus sententia murum vel fani vel etiam luci extraurbani reficiendum curaverunt. L. Aninius L. I. Eros quidam laudatur tit. n. 4057. Alios Satrios non reperies. Cognomen Tarentini redit tit. Aequiculano n. 4154. Etiam vide supra ad tit. n. 2691. 3048.

Ex forma litterarum punctorumque aetati Augusteae tribuerim.

8126 tit. operis a quattuorviris dedicati

Tabula ex lapide calcario a dextra fracta, in fronte perquam adesa undique levigata  $50 \times (70) \times 17$ . Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta  $35 \times 53,5$ . Litt. 4,5 (litt. T v. 5 maioris mensurae 5). Rep. casu et fortuito a. 1935 *Civita di Oricola* (ubi fuerunt Carsioli) in regione appellata *Valle San Pietro* apud cauponam olim vocatam *Cavaliere*. Usque ad a. 1975 servabatur pene dominum *Curzio Nitoglia*, hodie exstat *Civita di Oricola* in aedibus *Fabrizio Coelli* in platea *Cavaliere* sub n. 13 sitarum, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 una cum TERENCEZIO FLAMINI contuli. M. Dec. a. 2015 tit. CESARE CASTELLANI denuo contulit et im. phot. quoque sumpsit.



*M(arcus) Decimius M(arci) f(ilius)*

*Rufus,*

*L(ucius) Coelius Sex(ti) f(ilius),*

*III vir(i) iur(e) dic(undo),*

5 *port(icum) Apol(linis) ex s(enatus) c(onsulto) f(aciendam) c(uraverunt).*



Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 5856 (adde neg. *Arch. Sopr. Lazio* n. 27.138).

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 109 n. 304; [S. MAIALETTI], *Lumen* 7, 2003, 18 cum im. phot.; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 371–373 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (*AE* 2006, 389); ID., in *Dediche sacre* 288 n. 261; T. FLAMINI, *Lumen* 33, 2012, 24, qui pendet ex mea priore editione. – Cf. BUONOCORE, in *Equi* 90, 91; S. SEGENTI, in *Quotidien municipal* 224.

Puncta triangularia.

--- MIVS ◦ M | RVFVS | L ◦ COELIVS ◦ SEXF | IIII ◦ VIR  
◦ IVR ◦ DIC◦ [- - -] | PORT ◦ APOL ◦ EX ◦ S ◦ S ◦ [- - -] MAIA-  
LETTI.

Nomen Decimii redit tit. n. 8129. Coelios alios in aliis tit. Carsiolis repertis non invenies. – Cf. tit. n. 4063, ubi memorantur quattuorviri iure dicundo Q. Avillienus Felix et M. Olius

Secundus, qui parietem basilicae reff[ic(iendum)] ab fundamentis et arcu[m] ex d(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) p(ublica) f(aciendum) c(uraverunt), n. 4065, ubi laudatur quattuorvir iure dicundo T. Docetius T. f. Fl[- - -], qui curiam reficienda[m] curavit], nec non supra tit. n. 8125, ubi memorantur quattuorviri iure dicundo T. Aninius Rufus et P. Satrius Tarentinus, qui murum ex s(enatus) s(ententia) r(eficiendum) c(uraverunt). Etiam vide tit. n. 4072 = huius Corporis vol. I<sup>2</sup> 1826 (add. p. 1047), ubi memorata porticus quaedam facta, pecunia luci, a Q. Otatio L. f. Fig+(- - -) et M. Mulcio (?) M. f., qui magistri ipsius luci fuisse videntur. De porticu cf. fontes in *ThLL* X 2, col. 24–29 recensitos.

Ex forma litterarum et ex eo, quod quattuorvir alter cognomine caret, saec. I ex. a. C. n. tribuerim vel paulo antea.

#### 8126a tit. incerti generis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (11,5) × (11) × ?. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Oricola* muro cuidam affixa aedium domini *Masimo Pirola* sitarum in *Largo del Cavaliere* (olim *Taverna del Cavaliere*), ubi a. 2019 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit, quam mihi dono dedit.



-----  
[- - -]d[edic] [- - -]

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 23 cum im. phot. fig. 10.

Subest fortasse verbum *dedicare*, inde non est cur excludam, quin tit. ad opus quoddam vel etiam ad rem sacram pertinere possit.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

#### 8127 tit. sepulcralis quattuorviri iure dicundo

Cippus ex lapide calcario undique fractus supra corona prospiciente praeditus, in fronte levigatus, passim autem deturpatus, a tergo paululum scaber (35) × (25) × 16,5. Litt. 5,5–4,8. Adprecatio in fastigio insculpta. Rep. nescio quando prope antiquos Carsiolos loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 24491), ubi a. 1982 descripsi et denuo 2000 recognovi.

*D(is) [M(anibus)].*  
*M(arco) Metili[o - f(ilio)]*  
*An(iensi) Moq̄s[to]*  
*IIIvir(o) [i(i)ure] d(icundo)],*  
-----

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26855.



BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 179–180 n. 7 cum im. phot. ex neg. *Chieti* (*AE* 1984, 362); ID., in *Fonti latine e greche* II 477 n. 75; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 75 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 753 n. 75). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 11, 1987, 212; FORNI, *Tribù* M511; BUONOCORE, in *Equi* 90; EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 373; EUND., in *Tribù romane* 35.

Puncta distingui nequeunt.

4 [-]+++VI++[- - -] EGO in editionibus prioribus.

Marcum Metilium alterum habes tit. n. 4067. Tribum Carsiolanorum fuisse Aniensem plurimi tituli docuerunt; etiam vide tit. urbanus huius Corporis vol. VI 37211, ubi laudatur C. Iulius C. f. Ani(ensis) O[b]sequens Carseolis mil(es) coh(ortis) V pr(aetoriae) (cf. FORNI, *Tribù* I543; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; G. CRIMI, *ibid.* 332 n. 9).

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) [M(anibus)]* compendiis scripta alterius partis saec. II p. C. n. fere fuit.

#### 8128 tit. sepulcralis Augustalis Martini

Tabula ex lapide calcario ex quattuor partibus inter se coniunctis composita, supra, a dextra et infra fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (78) × (60) × 36. Litt. affabre ductae 6,5–3,5. Rep. casu et fortuito m. Oct. a. 1997 in agro prope vicum *Rocca di Botte* sub praedio *Colle San Vito* nuncupato apud fontem super flumen, q. d. *Fioio*, situm. Servatur in vico *Rocca di Botte* in viridario aedium gentis *Battisti*, ubi m. Nov. a. 1997 descripsi et im. phot. sumpsi. Nunc exstat *Celano* inter reposita musei *Paludi* nuncupati, ubi m. Nov. a. 2015

CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.

*C(aius) Setidius Rufu[s]  
Aug(ustalis) Mar(tinus) sibi et  
Oli[a]e Iucundae  
con[iug]i concor[di],*

5 *vix[it p(lus)] m(inus) ann(is) LX;  
C(aio) Seti[dio] Romano f(ilio) v(ixit) a(mnis) XII[-1?]-.*

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 147–153 cum im. phot. fig. 1 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 735–743) (*AE* 2000, 379); ID., in *Fonti latine e greche* II 476 n. 71. – Cf. EUND., *Arch. Class.* 57, 2006, 373; BRANCATO, *Repertorium* II 93; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102. 103.

Puncta triangularia.

3 *Oliae* pro *Olliae*.

C. Setidius Rufus, fortasse ingenuus, fuit Augustalis Martinus Carsiolis; ordo Augustalium Martinorum aliunde ignotus etiam memoratur tit. n. 4067, scil. patronus ordinis Augustalium Martinorum, n. 4068a, scil. [- m]ag(ister) Martinorum [notandum hunc magistrum cognomen Rufi quoque habere], n. 4070, scil. mag(ister) Mart(inorum), n. 4071, scil. sevir

Aug(ustalis) Mart(inus). Etiam vide M. MAIER Y OLIVÉ, *Latomus* 75, 2016, 393–394 et passim. Nomen Setidii i. e. Settidi rarissimum (vide tit. lectionis autem incertae huius Corporis vol. VIII 8612 et tit. *Inscr. It.* X 1, 618); Olii redeunt tit. huius loci n. 4063. 8136. De locutione *coniugi concordi* cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. VI 4370, ubi habes *coniugi suae concordi*.



Litterae videntur esse saec. I p. C. n.

8129 tit. fortasse operis publici

Plinthus lapidis calcarii ex duabus partibus inter se fere coniunctis composita supra et ab utroque latere fracta crepidine prominente praedita in facie passim scalpro dentato dolata a tergo paululum rudis (31,4) × (47,7) × 18. Litt. 2,4 (v. 1), 2,7 (v. 2), 2,4 (v. 3). Aetate recentiore inservit aquae ad manus lavandas. Rep. nescio quando loco incerto. M. Oct. a. 2010 dominus *Maurizio Fracassi* plinthus enotavit in atrio aedificii municipalis vici *Camerata Nuova*. Hodie exstat, ut me certior fecit ZACCARIA MARI, Tibure inter reposita Praefecturae antiquitatum regionis Latii sitis in *Tempio d'Ercole*. Descripsi adiuvante OLLI SALOMIES a. 2016 ex im. phot. a MARI mihi comiter missa.



-----  
*Q(uintus) Cati(us) Q(uinti) l(ibertus) Arist(-), Uri(-) Si[- -] (scil. servus)],  
Turpio Turi (scil. servus), Min(-) Opi(us) [- -],  
Licai(us) Decmi (scil. servus), Q(uintus) Fabi(us) Q(uinti) l(ibertus) +[- -].*

Im. phot. a ZACCARIA MARI sumpta.

C. DE LEONI – M. FRACASSI – S. MAIALETTI, *Lumen* 28, 2010, 46–47 cum im. phot. fig. 1–3.

Puncta triangularia haud semper insculpta. – Litt. C aperta; litt. E indicata est hastis rectis duabus ad perpendicularum directis; litt. Q cum lineola ad libellam collocata; litt. R cum parte dextra inferiore angulata loco lineolae declivis.

Q. CATI. Q. L. ARIST. URI. S. | TURIO. TURI. MINOPI | LICAL. DIICANI. Q. FABI. Q. L. DE LEONI – FRACASSI – MAIALETTI. – 1 cognomen *Arist(-)* incertum quomodo solvendum; cognomen *Uri(-)* adhuc ignotum. – 2 de praenomine Minati vel Minii vide SALOMIES, *Vornamen* 79; EUND., in *Prénoms* 26–27. – 3 *Licai(us)* pro *Liccai(us)*; de cognomine *Liccai(us)* vide D. DANA, *ZPE* 188, 2014, 188. *Decmi* pro *Decimi*.

Memorantur tres liberti, scil. Q(uintus) Cati(us) Q(uinti) l(ibertus) Arist(-), Min(-) Opi(us) [- - -] et Q(uintus) Fabi(us)

Q(uinti) l(ibertus) +[- - -], et tres servi, scil. Uri(-) Si[- - -] (scil. servus), Turpio Turi (scil. servus) et Licai(us) Decmi (scil. servus), qui aliquid faciendum curaverunt. – Cf. tit. n. 4055 primae aetatis imperatoriae ubi laudantur sex magistri vel ministri fani cuiusdam, duo liberti, scil. P(ublius) Pescennius T(iti) l(ibertus) et M(arcus) Rubrius M(arcus) l(ibertus) Ant(iochus), et quattuor servi, scil. Alexsander Corri [s(ervus)], Hilarus [N]ummi [s(ervus)], Antiochus Puq(ui?) vel potius Paq(ui) s(ervus), Alexsander Sal(vi) [s(ervus)], qui opus quoddam faciendum curaverunt idemque probaverunt (etiam vide supra tit. Furfonensem n. 3521). M(arcus) Decmius M(arcus) f(ilius) Rufus quattuorvir iure dicundo laudatur tit. n. 8126 saec. I ex. a. C. n. tribuendo. Alia nomina aliunde ignota in tota regione Carsiolana.

Ex forma litterarum priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

### 8130 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario infra fracta marginibus laesa, in fronte valde pessumdata undique levigata (40) × (46) × 20. Litt. exiles 8. Rep. circ. a 1960 in regione, q. d. S. Angelo, haud longe a *Rocca di Botte* ab agricola quodam, dum vinetum subigebatur. Servatur *Rocca di Botte* in aedibus privatis, ubi CESARE CASTELLANI enotavit m. Nov. a. 2015 et me certiore fecit. Descripsi ut potui a. 2016 ex im. phot. a CASTELLANI ipso sumpta mihi comiter missa.

A(ulus) Aleius A(uli) l(ibertus)  
Nicephor,  
[-] Spelius  
-----

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Nomina hic solum in tota regione occurrunt.  
Ex forma litterarum saec. I in. a. C. n. saltem tribuerim.



### 8131 tit. sepulcralis

*Nella Chiesa di S. Rocco di Rocca di Botte in cornu Evangelii visitata da me a(ddi) 23 Maggio 1808* ROSSI. Ubi extet, nescio. Exemplum a ROSSI praebitum a. 2000 denuo recognovi.

Tit. ita traditus est:

VIVA  
MA CORDIBRVNII  
A-L PILOTIMI  
ET APRONISI  
SIBI ET SVLS POSTER  
LOCVM SEPVLCR  
LÖ. P. XIV. LÄ. P. XIII  
*di Rossi*  
*Nella Chiesa di Rocca di Botte*  
*in cornu Evangelii visitata da*  
*me a 23 Maggio 1808*

Im. a ROSSI del.

ROSSI, *ms.* f. 9v cum im. del.; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 285 cum im. del. tab. II fig. 5 ex apographo ROSSI deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* II 476–477 n. 73; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 73 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 752 n. 73).

Fuit fere:

viva;  
[- - -]ma Cordi Brundi[sini] (scil. uxor),  
[- - -] M(arcus) l(iberto) Pilotimo [- - -]  
[- - -] et Apronisi[o - - -]  
5 [- - -] sibi et suis poster[isque eorum]  
[- - -] locum sepulcr[i - - -]  
[- - -] lo(ngum) p(edes) XIV la(tum) p(edes) XIII.

Restituti ut potui non sine dubiis.

3 *Pilotimo* pro *Philotimo*, – 4 *Apronisi[o]* pro *Aphrodisi[o]*. – 7 [in fronte vel in agro].

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur; attamen ex eo, quod locutio *viva* (si recte tradita) memoratur, saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

## 8132 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (55) × (70) × ?. Litt. 7. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur intus in ecclesia *S. Maria in Cellis* muro cuidam interiori affixa prope pulpitem sive ambonem calce autem passim oblita, ubi d. 12 m. Nov. a. 2016 CESARE CASTELLANI descripsit et me certiozem fecit.



-----?  
M(arc-) Co[- -]  
-----?

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

Punctum in formam trianguli insculptum.

In tit. Carsolis repertis laudantur nomina Coelii (n. 8126), Cosidii (n. 4078) et Cossutii (n. 4064).

## 8133 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario a dextra fracta, in fronte levigata 15,5 × (35,5) × 22,5. Litt. 5-4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam interiori affixa turris campanariae ecclesiae *S. Maria in Cellis* sitae haud longe a *Carsoli*, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 una cum TERENCE FLAMINI recognovi. M. Iun. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



A(ulus) Lollius [- -?]  
Balbinus  
-----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

ROSSI, *ms.* f. 31r cum im. del. (*pal(mi) 1 1/2*). *Sul Campanile di Carsoli*; CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 108 n. 301; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 285 cum im. del. tab. II fig. 4 ex apographo ROSSI deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* II 477 n. 74; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 74 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 753 n. 74); ID., *Arch. Class.* 57, 2006, 373-375 n. 2 cum im. phot. fig. 2 et im. del. fig. 3 a ROSSI deprompta (*AE* 2006, 390).

1 punctum in formam circuli insculptum.

ALOLIVS | BALBINVS ROSSI.

Lollia Matidia quaedam, uxor Q. Varii Lucani seviri Augustalis Martini, patroni collegii fabrum tignuariorum nec non curatoris annonae frumentariae populique, laudatur tit. n. 4071 = *ILS* 6541).

Ex forma litterarum temporis spatio inter saec. I ex. a. C. n. et saec. I in. p. C. n. comprehenso tribuerim.

## 8134 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique resecta (28) × (43,5) × ?. Litt. 12. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Carsoli* muro cuidam exteriori affixa turris campanariae ecclesiae *S. Maria in Cellis*, ubi m. Iun. a. 2015 CESARE CASTELLANI recognovit et me certiozem fecit. Descripsi a. 2016 quatenus potui ex im. phot. a CASTELLANI ipso facta mihi comiter missa.



[- -] L(uci) f(il-) Heil[- -].

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

L. DEL GIUDICE, *Lumen* 24, 2009, 22 cum im. phot.

Puncta triangularia sursum fere insculpta. Nota formam litt. H.

Quomodo recte sit restituendum cognomen, quod incipit *Heil-* (fortasse pro *Hil-*), incertum.

Ex litterarum punctorumque forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

## 8135 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ut videtur in fronte perquam pesumdata (73) × (65) × circ. 25. Litt. 6-4,5 (mensuras sumere potuit CESARE CASTELLANI m. Aug. a. 1979). Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa loco edito a dextra biforis fenestreae secundae turris campanariae ecclesiae *S. Maria in Cellis* sitae haud longe a *Carsoli*, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 quatenus potui descripsi. M. Iun. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α



Fig. β

[P(ublius)] Manius P(ubli) l(ibertus) Phil[em]o),  
 [P(ublius)] Manius P(ubli) l(ibertus) Sosia,  
 [Man]ia <mulieris> l(iberta) Hilara  
 sepulta;  
 5 [in] f[ront(e) p(edes) -1?]-I in agr(o) p(edes) X[-1?]-].

Fig. α: Im. phot. a M. B. sumpta.

Fig. β: Im. phot. a CASTELLANI sumpta.

CASTELLANI, *Epigrafi albensi* 109 n. 303; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 375–377 n. 3 cum im. phot. fig. 4–5 (*AE* 2006, 391). – Cf. S. LAPENNA, *Oricola* 61 cum im. phot. fig. 8.

1 Phil[em] CASTELLANI, *Phil[os] EGO* ed. pr.

Manios alios non reperies in tit. Carsiolis inventis. *Sepulta* est verbum (i. e. hic sepulta); de re universa vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170–171 titulis aliis collectis.

Non excludo, quin primae aetatis imperatoriae vel potius saec. I a. C. n. labentis sit.

#### 8136 fistula plumbea

Fragmentum fistulae plumbeae già nella biblioteca barberiana LANCIANI. Quin in regione Carsiolana reperta videatur, LANCIANI non excludit. Periiit. Descripsi ut potui a. 2015 ex scheda LANCIANI.

T(iti) Oli T(iti) f(ili) per Secundum disp(ensatorem).

R. LANCIANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 3<sup>o</sup>, 4, 1879/80, 487 n. 460 (= *ID.*, *Acque* 275 n. 460); C. BRUUN, *Chiron* 29, 1999, 36 (*AE* 1999, 388). – Cf. L. GASPERINI – G. PACI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 228.

Secundus fuit dispensator domini Titi Olii, i. e. plumbarius. Nomen gentilicium Olii redit in tit. saec. III p. C. n. Carsiolis reperto n. 4063, ubi memoratur quattuorvir iure dicundo M. Olius Secundus, qui una cum collega Q. Avillieno Felice parietem basilicae reficiendum a fundamentis et arcum faciendum ex decurionum decreto pecunia publica curavit (etiam vide tit. n. 8128). De dispensatoribus vide BRUUN, *l. l.* 29–42.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 8137 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et in angulo inferiore dextro imminuta, in fronte passim dolata 31,5 × 44 × 14. Litt. manu imperita colore nigro repletae 4,8/4,3. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Carsoli* muro cuidam exteriori affixa aedium domini *Claudio De Leoni* iuxta viam *Roma* sub. n. 56–58, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 una cum TERENCE FLAMINI descripsi. M. Dec. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



C(aius) Pomponius  
 Malchio,  
 posuit Tertia  
 liberta.

Im. phot. a SERGIO MAIALETTI sumpta.

BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 377–378 n. 4 cum im. phot. fig. 6 (*AE* 2006, 392). – Cf. S. MAIALETTI – C. DE LEONI, *Lumen* 10, 2004, 8–9 cum im. phot.

Puncta triangularia sursum directa.

C. Pomponius Romanus quidam in tit. saec. II p. C. n. reperto in vico *Agosta* haud longe a Carsiolis sito quoque memoratur (*AE* 1899, 97 = 2006, 72). Cognomen Semiticum Malchionis redit tit. Reatino n. 8676 (de cognomine vide H. SOLIN, in *ANRW* II 29.2, Berlin – New York 1983, 634–635. 677–678. 680. 729–730. 735–736. 743. 750–751. 758. 766; *EUND.*, *Oebalus* 5, 2010, 274).

Forma litterarum punctorumque ad alteram partem saec. I a. C. n. adducit.

#### 8138 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario a sinistra et infra fractum, in fronte levigatum autem valde adesum, a tergo scabrum (60) × (75) × 30. In facie sursum directa exstat recessus ad figendum. Cum litt. a sinistra persectae sunt, est pars tituli in monumentum grande inserti ex duabus lapidibus inter se coniunctis compositi. A dextra servatur pars superior columnae lat. 25 cum capitulo serie foliorum acanthi ornato. Litt. affabre insculptae attamen omnes fere attritae 6,5–2,5. Rep. a domino *Giovannino Marzolini* a. 1958 inter maceries sitas in *Colle San Vito* prope *Casaletto* (ut me certiore fecit CESARE CASTELLANI, qui pendet ex ore syndici vici *Rocca di Botte* domini *Fernando Marzolini* filii *Giovannino*). Servabatur in viridario aedium gentis *Marzolini* in vico *Rocca di Botte* sitarum, ubi a. 1988 vir doctus MICHELE SCIÒ descripsit et me certiore fecit. Nunc exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 194832), ubi a. 2004 denuo contuli.



[ - - ] D(ecimi) (et) <mulieris> l(iberta) Rufa  
 [ - - ]eni  
 [ - - ] Pa]troni (scil. uxor),  
 [ - - ] Eunius.  
 5 [L(ocus) d(at)us d(ecurionum)] d(ecreto).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* sine n. inv.  
 ZINANNI, *Rocca di Botte* 186–187 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 477 n. 77; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 77 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 753 n. 77); ID., in *Equi* 97 n. 3 cum im. phot. – Cf. MOMMSEN ad tit. n. 4090; BUONOCORE, *Arch. Class.* 57, 2006, 373.

Puncta triangularia.

[ - - ]+ <mulieris> l(iberta) Rufa; | in fr(onte) p(edes) [ - - ] | [ - - ]o ZINANNI. – 2 [ - Avilli]eni restituerim sub ex. tit. n. 4062. 4063 (etiam cf. tit. n. 4076). – 3 [pa]troni supplere quoque potuissem.

Ex monumenti litterarumque forma saec. I in. p. C. n. tribuerim.

#### 8139 tit. sepulcralis

Duo fragmenta pertinentia ad eandem tabulam ex lapide calcario inter se non coniuncta in fronte levigata fissuris autem laesa. Litt. affabre insculptae 13,5. – Frg. a 22 × 60 × 23; frg. b 22 × 44 × 23. Ubi quandoque sint reperta, ignoratur. Hodie exstant muro cuidam interiori inserta in cavaedio aedium gentis *Mastroddi* in vico *Rocca di Botte* sitarum, ubi a. 1983 descripsi una cum amico ZACCARIA MARI, qui im. phot. sumpsit.



Fig. α



Fig. β

[ - - ]lvio [ - - ]Ve]recun[do - - ]  
 - - - - - ?

Fig. α: Im. phot. frg. a a Z. MARI sumpta.

Fig. β: Im. phot. frg. b a Z. MARI sumpta.

Quomodo nomen gentilicium recte restituendum, nescio; in tit. Carsolis repertis nomen Salvii tantum habes, scil. n. 4092. Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

#### 8140 tit. sepulcralis

Fragmenta duo inter se non composita ex lapide calcario tabulae a dextra fractae in fronte levigatae ad sepulcrum rotundum pertinentis. Frg. a: 12,5 × 22 × ?; frg. b: 14,5 × 17 × ?. Litt. circ. 5. Rep. a. 1897 prope vicum *Civita d'Oricola*, ubi Carsoli fuerunt. Servantur *Carsoli* in aedibus domini *Claudio De Leoni* iuxta viam Roma sub. n. 56–58 sitis, ubi d. 27 m. Iul. a. 2005 una cum TERENCE FLAMINI descripsi. M. Dec. a. 2015 CESARE CASTELLANI tit. denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



Fig. α



Fig. β

Quod par [parenti fuerat]  
facere [filium],  
 mors im[atura fecit ut]  
faceret [pater].

5 L(ucio) Vol[esio - - ]  
L(ucius) Volesius [ - - ]

Fig. α–β: Im. phot. a SERGIO MAIALETTI sumptae.

F. LOLLI, in *Actis Archivi Romani sign. MPI. AABBA. Antichità e Scavi. Il versamento, 1° serie, b. 12, fasc. 198*, sine supplementis; BUONOCORE, in *Metrische Inschriften* 215 n. 8; ID., in *Temptanda viast* 11 n. 53; ID., *Arch. Class.* 57, 2006, 378–383 n. 5 cum im. phot. fig. 8a–b (AE 2006, 393); C. CASTELLANI, *BDASP* 109, 2018 (2019), 313–314. – Cf. S. MAIALETTI, *Lumen* 0, 2000, 9–10; S. MAIALETTI – C. DE LEONI, *ibid.* 10, 2004, 8–9 cum im. phot.

Puncta distingui nequeunt.

Litterae, lineola infrascripta expressae, a LOLLI descriptae postea perierunt.

Supplevi ad exemplum. – 2 *facere*[t filius] quoque, 3 *immatura*] pro *immatura*]. De sententia v. 1–4 (sunt duo iambi senarii, scil. *quod par parenti fuerat facere filium, | mors immatura fecit ut faceret pater – vel mater – filio*; Italico sermone: *Quello che sarebbe stato giusto che un figlio facesse a un genitore, una morte prematura fece sì che il padre lo facesse*) vide praeter ea, quae BÜCHELER apud CLE scripsit (etiam cf. CLE 165–166. 168–178. 1888–1890); LATTIMORE, *Themes* 189–190 et passim; MASSARO, *Inv. luc.* 12, 1990, 192–195; EUND., *Epigrafia metrica latina* 18–21; P. CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 34–35 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1170–1172) et A. M. MORELLI, in *Valle di Comino XIV* 128–130. Nomen gentilicium Volesii in tota regione quarta hic tantum occurrit; cf. autem Caium Volesium Lucii filium Luculum quandam in titulo primae aetatis imperatoriae Veronae reperto nominatum (tit. huius Corporis vol. V 3844; etiam vide PAIS 634).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

#### 8141 tit. sepulcralis

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus inter se fere coniunctis composita undique fracta in fronte fissuris laesa (52) × (20) × ?. Litt. 2,5/2. Rep. inter a. 2011 et 2012 prope *Rocca di Botte* in regione *Colle San Vito* in usum posteriorem adhibita in ecclesia mediae aetatis (de situ vide L. MELONI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 373–379). In situ. Descripsi a. 2015 ut potui ex scheda MELONI et ad im. phot.



-----  
 [- -]LI[- -]  
 [h]onorem ma[- -]  
 accepit et eum a[- -]  
 tenuit u[s]que +[- -].

Im. phot. e LAURA MELONI repetita.  
 MELONI, *l. l.* 374 cum im. phot. fig. 6.

Puncta triangularia sursum directa.

--- LI - | - ONAREM MA [- -] | ACCEPIT ET EVM [- -]  
 | TENVIT QVE T [- -] MELONI. – 4 + vestigium litt. incertae.

Supplementa incerta manent. – 2 *ma[gnum]* vel *ma[iorem]* vel *ma[ximum]*, scil. *[h]onorem ... accepit*, potius quam *[in h]onorem Ma[- -]*.

Forma litterarum punctorumque ad saec. I ex. a. C. n. adducit.

#### 8142 tit. sepulcralis

Fragmentum tabulae ex lapide calcario 12,3 × 38,7 × ?. Litt. circ. 5,5. *Oricola. Trov(asi) in una soglia di casa De Vecchis* STEVENSON. Ubi extet, nescio. Exemplum a STEVENSON praebitum a. 2000 denuo recognovi.

Tit. ita traditus est:



-----  
 [- - bene mere]nti fecit.

Im. ad exemplum STEVENSON del.

STEVENSON, *ms.* 10564 f. 196v. 197v cum ectypo; BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 285; ID., in *Fonti latine e greche* II 477 n. 78; ID., in *Miscellanea Lidio Gasperini* 161 n. 78 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 753 n. 78); C. CASTELLANI, *Lumen* 54, 2019, 20.

Aetatis incertae.

#### 8143 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Servabatur *Riofreddo* muro cuidam exteriori affixa ecclesiae dirutae S. Georgio dicatae (etiam vide R. CAFFARI, *Appunti sull'antichissima Chiesa e sul Convento di San Giorgio di Riofreddo (Roma)*, Roma 1981, 32–34; etiam vide infra ad tit. n. 8149), ubi saec. XX medio descripsit FEDERICO HERMANIN. Periisse videtur. Descripsi ut potui a. 2016 ex scheda HERMANIN.

-----  
 [- - e]x test[amento - -]  
 -----?

F. HERMANIN, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 25/26, 1949/51, 236; VERZULLI, *Riofreddo* 29.

Non sine dubiis in Corpore recepi, ex eo, quod HERMANIN saec. VIII vel IX p. C. n. tit. tribuit.

#### 8144 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam adesa nec non fissuris laesa (30) × (41) × 20. Litt. 5. Rep. inter a. 2011 et 2012 prope *Rocca di Botte* in regione *Colle San Vito* in usum posteriorem adhibita in ecclesia mediae aetatis (de situ vide L. MELONI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 373–379). Nunc exstat *Celano* inter reposita musei *Paludi* nuncupati, ubi m. Nov. a. 2015 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



-----?  
*in f(r)onte p(edes) XII,*  
*in agro p(edes) XX.*

Im. phot. a CASTELLANI sumpta.  
 MELONI, *l. l.* 374 cum im. phot. 7.  
 Puncta triangularia.

1 *fonte* lapis, i. e. ut opinor litt. R errore a quadratario omissa.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

#### 8145 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata, a sinistra et infra fracta (35) × (48) × ?. Litt. profunde insculptae 6 (litt. T supra versum eminens 8). Rep. nescio quando loco incerto. Exstat muro cuidam exteriori affixa aedium gentis *Roberti* sitarum *Riofreddo* iuxta viam Valeriam sub n. 64–66, ubi m. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI recognovit et me certiore fecit. Descripsi a. 2016 ex im. phot. a CASTELLANI ipso facta mihi comiter missa.



*In frontem*  
*ped(es) XX*  
*[in agr]um*  
*[ped(es) - -].*

Im. phot. a C. CASTELLANI sumpta.  
 Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 85 n. 6 cum im. phot. tab. XXIV fig. 1; ID., *Aequa* 9, 2002, 32–33 cum im. phot.; VERZULLI, *Riofreddo* 26 cum im. phot. ad p. 45.

Puncta triangularia sursum directa.

Notanda locutio pedaturae perscripta casu accusativo pro casu ablativo insculpta (etiam vide ex gr. infra ad tit. *Amiterninum* n. 4435).

Ex forma litterarum punctorumque saec. I ex. a. C. n. saltem tribuerim.

#### 8146 tit. sepulcralis

Cippus ut videtur ex lapide calcario supra et ab utroque latere fractus in fronte perquam adesus nec non fissuris laesus (40) × (35) × ?. Litt. circ. 6. Rep. nescio quando prope

*Rocca di Botte* in praedio *Fonte Brecciaro* nuncupato. Ibi dem servatur in aedibus privatis. Accessui clausum a. 2014 descripsi ut potui e scheda MAIALETTI, qui titulum inspexit m. Aug. a. 1990, et ad im. phot. et del.



-----  
*in a[gr(o)]*  
*p(edes) X[- -?].*

Im. phot. a SERGIO MAIALETTI sumpta.  
 S. MAIALETTI, *Lumen* 18, 2007, 20 cum im. del. (cf. im. phot. ad p. 1).

Puncta nulla.

*In a(gro) | p(edes) X[- -]* MAIALETTI.

Non sine dubiis titulum recepi, ex eo, quod litterae antiquae non esse videntur.

#### 8147 tit. sepulcralis

Cippus ut videtur ex lapide calcario supra, a dextra et infra fractus in fronte levigatus (47) × (41) × ?. Litt. 8/7,5. Rep. inter a. 2011 et 2012 prope *Rocca di Botte* in regione *Colle San Vito* in usum posteriorem adhibitus in ecclesia mediae aetatis (de situ vide L. MELONI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 373–379). In situ. Descripsi a. 2015 ut potui ex scheda MELONI et ad im. phot.



-----?  
*in fr(onte) [- -]*  
*[in - - - p(edes)] XV[-1?].*



Im. phot. e LAURA MELONI repetita.  
MELONI, *l. l.* 374.

Quomodo recte sit restituenda locutio scil. *in fronte pedes tot in agro pedes tot*, nescio.

Aetatis imperatoriae incertae.

8148 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra, supra et infra fracta, in fronte valde pessumdata rimisque laesa (82) × (19) × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes supra, a sinistra et infra servantur, (82) × (19) × ?. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat muro cuidam exteriori affixa fenestrate domus privatae sitae *Riofreddo* iuxta viam *Sottocastello* sub n. 2, ubi m. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI recognovit et me certior fecit. Descripsi a. 2016 quatenus potui ex im. phot. a CASTELLANI ipso facta mihi comiter missa.



BA[- -]

IAN[- -]

MA[- -]

MO[- -]

5 III[- -]

C[- -]

Im. phot. a ZACCARIA MARI sumpta.

Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 86 n. 7 cum im. phot. tab. XXIV fig. 2; VERZULLI, *Riofreddo* 24 cum im. phot. ad p. 44.


Puncta distingui nequeunt.

Rationem nominis supplere non temptavi.

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. saltem adducit.

8149 tit. sepulcralis

Tabula undique fracta (14) × (20) × (43). Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Riofreddo* muro cuidam interiori affixa turris campanariae ecclesiae dirutae S. Georgio dicatae (etiam vide supra ad tit. n. 8143), ubi saec. XXI in. ZACCARIA MARI descripsit et me certior fecit. Attamen m. Aug. a. 2015 CESARE CASTELLANI frustra quaesivit. Descripsi quatenus potui a. 2016 e scheda MARI et ad im. phot.



-----  
[- -]JEDIA[- -]

[- -]orum [- -]

-----

Im. phot. a MARI sumpta.

Z. MARI, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 86 n. 8 cum im. phot. tab. XXIV fig. 3; VERZULLI, *Riofreddo* 11.

Quid subsit, incertum.

Aetatis imperatoriae labentis esse videtur.

LXXXVIII. AEQVICVLANI vel potius \*AEQVICVLVM (*Nesce* p. 19\*. 388. 683).

379\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 121 n. LXXIX, qui titulum genuinum iudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

381\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 119 n. LXXV, qui pendet e MARTELLI et titulum genuinum iudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

382\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 119 n. LXXIII, qui pendet e MARTELLI et titulum genuinum iudicat. Vide D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 178, qui titulum falsum esse fortasse recte diiudicat. Contra SALETTA, *S. Anatolia* 51, qui titulum genuinum esse diiudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

383\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 112 n. LI, qui pendet e MARTELLI et titulum genuinum iudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

384\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 117 n. LXVI, qui titulum genuinum iudicat. – Cf. SALETTA, *S. Anatolia* 48, qui titulum genuinum esse diiudicat; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 115 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 271); EUND., in *Valle del Salto* 87. 89; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; EUND., in *Tribù romane* 30. 33.

Attamen in dubio maneo, utrum titulus fictus an genuinus sit; nam nomen gentilicium Vestinae, quod MOMMSEN suspectum cogitavit (scil.: Potest esse genuina, etsi suspectum est *Vestinae* nomen), in aliis tit. quoque memoratur (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 205). Inde non excludo, quin titulus e falsis eximendus sit; si recte perpendi, hoc modo legerim: *C(aius) Cloelius L(uci) f(ilius) Cl(audia) | Corvinus | Vestinae Helenae | coniugi benemerenti*. Praeterrmittendum quoque non est Aequiculanos plerumque in tribu Claudia ascribi. Verumtamen in hoc capite titulum ponere malui.

385\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 112 n. L, qui pendet e MARTELLI et titulum genuinum iudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87. 89; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270. 272.

386\* Exemplum repetivit LUGINI, *Memorie storiche* 116 n. LXIV, qui pendet e GARRUCCI et titulum genuinum litteris vetustis exaratum iudicat. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

#### 4103 Desideratur.

Exemplum repetiverunt MICHAELI, *Memorie storiche* I 179 n. III; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3496; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 534 n. 2 (etiam cf. p. 524); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 265; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 83 n. 16. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; COARELLI, *Lazio* 30; A. M. REGGIANI, *QuadAEI* 3, 1979, 225; GROSSI, *Insediamenti* 15; REGGIANI MASSARINI, *Santuario degli Equicoli* 69; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 115 adn. 34. 117 adn. 46. 119 adn. 60; G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 185; G. ALVINO, in *Reate e l'Ager Reatinus* 103; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* V 148; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 695; EHMIG, *Donum dedit* 143. 199.

Titulos Herculi sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150).

Saec. I medii a. C. n. fuisse potest.

#### 4104 = I<sup>2</sup> 1827 (cf. p. 1047) = ILLRP 148. Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3497; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 84; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 534 n. 3 (etiam cf. p. 524); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 266; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 83–84 n. 17. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; A. M. REGGIANI, *QuadAEI* 3, 1979, 225; COARELLI, *Lazio* 30; GROSSI, *Insediamenti* 15; REGGIANI MASSARINI, *Santuario degli Equicoli* 69; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 115 adn. 34. 117 adn. 46; G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 185; G. ALVINO, in *Reate e l'Ager Reatinus* 103; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* V 148; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 695; EHMIG, *Donum dedit* 111. 143.

1 *Selsius* pro *Sellusius* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139); de nomine gentilicio, quod redit tit. n. 8177 et tit. n. 4169. 6351 Cliterniae repertis, vide ANTOLINI, *Iscrizioni* 164–165. – 2 *Hercolei* pro *Herculi* (cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 120. 124). – 3 *donum* pro *donom.* – 4 *lub(es)* pro *lib(ens)*.

De praenomine Petronis et Statii fusius disseruit SALOMIES, *Vornamen* 85–86. 90–91 cum amplissimo commentario titulis collectis; EUND., in *Prénoms* 31–32. 34–35.

Quominus prioris partis saec. I a. C. n. esse possit, non excludo.

#### 4105 Desideratur.

Imaginem a NICOLA DOMMARCO ut videtur delineatam invenies in epistula d. 20 m. Feb. a. 1859 transmissa *Sua Eccellenza il Principe di Bisignano* nunc servata Neapoli *Archivio di Stato. Min. Publ. Istr., a. 1859, b. 373, fasc. 08* (gratias ago amico TERENCE FLAMINI, qui me certiore fecit). Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3509; LUGINI, *Memorie storiche* 107 n. XXXVII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 534 n. 4; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 267; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 84 n. 18. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; A. M. REGGIANI, *QuadAEI* 3, 1979, 225; COARELLI, *Lazio* 29; GROSSI, *Insediamenti* 15; G. ALVINO, *QuadAEI* 21, 1993, 228; EAND., *ibid.* 24, 1995, 477; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 696. – Titulos Iunoni sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 151).

Aetatis imperatoriae incertae.

4106 Cippus ex lapide calcario corona crepidineque undique prominentibus praeditus in fronte levigatus et passim deturpatus (60) × 30 × circ. 30. Litt. valde attritae 4,5–4. Puncta distingui nequeunt. Servatur in cella vinaria domus cuiusdam sita in vico *Frontale di Torano* haud longe a *Borghose*, ubi a. 2007 contuli una cum viro docto DARIO ROSE, qui im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008836).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114 n. 55; BUONOCORE, in *Febonio* 141 n. 51; EUND., *Codici epigrafici* 218 n. 51. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3520; LUGINI, *Memorie storiche* 117 n. LXVIII; SALETTA, *S. Anatolia* 51; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 534 n. 5; M. DE SIMONE – B. FRISCHER – D. ROSE, in *Lazio & Sabina* III 113 cum im. phot. fig. 9; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 268; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 84–85 n. 19 cum im. phot. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 82. 85; A. M. REGGIANI, *QuadAEI* 3, 1979, 225; GROSSI, *Insediamenti* 15; F. VAN WONTERGHEM, in *Fucino* I 427; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 363; EUND., *MEFRA* 104, 1992, 117 adn. 45. 120 adn. 68; G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 189; D. ROSE – F. COLOSI – R. GABRIELLI, in *Lazio & Sabina* I 117; SPADONI, *Prefetti* 67; A. R. STAFFA, *Rend. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 15, 2004, 447; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87. 96; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; E. COLANTONI – G. COLANTONI – K. J. McDONNELL, in *Lazio & Sabina* V 134; BUONOCORE, in *Pluralidad* 128; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 695; BUONOCORE, in *Colons et colonnes* 290.



1 Iovi nunc vidi in lapide.

De nomine Sabidii etiam vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 479. Titulus Iovi sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 151–152).

Litterae ad saec. II p. C. n. saltem adducunt.

4107 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3526; LUGINI, *Memorie storiche* 99 n. XIV; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche II* 534 n. 6; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 269; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 85 n. 20. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 78. 83; GROSSI, *Insedimenti* 15; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 117 adn. 45; G. ALVINO, *Quadaei* 24, 1995, 477; A. R. STAFFA, *Rend. Accad. Lincei s. 9<sup>o</sup>*, 15, 2004, 443. 447; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei s. 9<sup>o</sup>*, 27, 2011, 696.

Errores LUGINI omisi.

De titulis Iovi sacro dicatis vide supra ad tit., qui praedit; titulos dis deabusque dicatos in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 219–220 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 146). De nomine Pomposii vide G. AGAZZANI, *Epigraphica* 79, 2017, 74 (etiam cf. infra tit. n. 8172).

Saec. I p. C. n. esse potest.

4108 = ILS 3158. Desideratur.

Exemplum repetiverunt MICHAELI, *Memorie storiche I* 179 n. IV; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3552; LUGINI, *Memorie storiche* 107 n. XXXVIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche II* 534 n. 7; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 270; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 85–86 n. 21. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; A. M. REGGIANI, *Quadaei* 3, 1979, 225; COARELLI, *Lazio* 29; GROSSI, *Insedimenti* 15; G. ALVINO, *Quadaei* 21, 1993, 228; EAND., *ibid.* 24, 1995, 477; BUONOCORE, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 153 (= EUND., *Abruzzo e Molise II* 743); EUND., in *Equi* 91; EUND., in *Valle del Salto* 87;

EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei s. 9<sup>o</sup>*, 27, 2011, 696.

Titulos Marti sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 225 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 154); etiam vide, quae scripsi in *Abruzzo* 36, 1993, 69. De re universa vide CORDELLA – CRINITI, *Nuove iscrizioni* 144–145; CORDELLA, *Norcia* 167; etiam cf. G. PACI, in *Mélanges Marcel Le Glay* 603–609 (= EUND., *Ricerche* 309–317) et J.-L. SCHENCK-DAVID, *Cahiers du Centre G. Glotz* 21, 2010, 209–233.

Aetatis imperatoriae incertae.

4109 = ILS 4190. Desideratur.

Exemplum repetiverunt WILMANS, *Exempla* 84; CUMONT, *Textes II* 120 n. 152; MICHAELI, *Memorie storiche I* 179 n. II; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3587; LUGINI, *Memorie storiche* 109 n. XLIII; VERMASEREN, *Corpus Inscriptionum I* 240 n. 647; ECK – HEINRICH, *Sklaven und Freigelassene* 168 n. 248; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche II* 534–535 n. 8 (etiam cf. 526); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 271; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 86 n. 22. – Cf. G. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol. I* 43 (scr. 4103 pro 4109); PIETRANGELI, *Sabina* 79. 84; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 314; Z. MARI, in *EV III*, Roma 1987, 710; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 24. 27; G. ALVINO, *Quadaei* 21, 1993, 228; EAND., *ibid.* 24, 1995, 477; G. FIRPO, in *Magister* 57; EUND., in *Saxa Scripta III* 103; EUND., in *TEPΥΣ* 129; S. MROZEK, *Epigraphica* 66, 2004, 125; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina III* 130. 133; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87. 96; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270. 278; O. LAUTTER, *Latomus* 70, 2011, 748; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei s. 9<sup>o</sup>*, 27, 2011, 696. 699; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 298; C. DE LEONI, *Lumen* 33, 2012, 21; BUONOCORE, in *Terme di Diocleziano I* 640; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 38 n. 1; F. LUCIANI, in *Esclaves* 61–62; EHMIG, *Donum dedit* 114. 148. 212; J. FISCHER, in *Handwörterbuch III* col. 2533.

2 arkar(ius) pro arcar(ius). – 6 Arennium pro Arenium emendat M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139; Aeatinum MROZEK typhotetae errore. – 7 PATRPA MICHAELI.

De Aproniano, arcario rei publicae, qui tit. n. 4110. 4112. 8151 quoque memoratur, etiam vide HALKIN, *Les esclaves publics* 235; BRICAULT, *Atlas* 141; WEISS, *Sklave* 203–204 n. 71–73; CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup> 144 n. 19; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 530; M. SILVESTRINI, *MEFRA* 117, 2005, 542.

Titulos Mithrae sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 226 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 155). Consules ordinarii laudati sunt (Sex.) Quintilius Maximus et Ser. Calpurnius Scipio Orfitus, de quibus vide A. STROBACH, *PIR*<sup>2</sup> Q 24 et E. GROAG, *ibid.* C 317. Post nomina eorum memoratur pater sacris Mithrae praepositus, de quo vide CLAUS, *Cultores Mithrae* passim.

Dedicatus d. 25 m. Iun. a. 172 p. C. n.

4110 Desideratur.

Exemplum repetiverunt CUMONT, *Textes II* 120 n. 153; MICHAELI, *Memorie storiche I* 193 n. XXXVII; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3588; LUGINI, *Memorie storiche* 110 n. XLIV; VERMASEREN, *Corpus Inscriptionum I* 240 n. 648; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche II* 535 n. 9 (etiam cf. p. 526); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 272; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 86–87 n. 23; O. LAUTTER, *Latomus* 70, 2011, 747–748. – Cf. G. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol. I* 43; PIETRANGELI, *Sabina* 79. 84; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 314; Z. MARI, in *EV III*, Roma 1987, 710; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 24. 27; B. RÉMY, in *Parenté*

et stratégies 411 n. 39; CLAUSS, *Cultores Mithrae* 49–50; G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; G. FIRPO, in *Magister* 57. 58; EUND., in *Saxa Scripta* III 104. 105; EUND., in *ΤΕΡΥΣ* 129. 130; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* III 130. 133; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 696. 699; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 298; BOURDIN, *Les peuples* 140; BUONOCORE, in *Terme di Diocleziano* I 640; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 38 n. 2; F. LUCIANI, in *Esclaves* 61–62.

1 in. [sacell]um vel [spele]um. – 3–4 [collap]sum vel [dilap]sum vel sim. – 5 in. [ex] sua pecunia LUGINI; [permittente] ordin(e) de sua pecunia fortasse restituendum sub exemplo tit. n. 4112; [perm(issione) ordin(um) de sua pecunia] proponit WEISS, *Sklave* 203.

De Mithra et de Aproniano vide ad tit., qui praecedit.

Ex eo, quod nominatur Apronianus ille, alteri parti saec. II p. C. n. tribuerim.

#### 4111 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3568; LUGINI, *Memorie storiche* 113 n. LIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 535 n. 10 (etiam cf. p. 527); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 276; DE SANTIS, *Ager Aequeulanus* 89 n. 26. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 314; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 24; G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; G. FIRPO, in *Magister* 58; EUND., in *Saxa Scripta* III 104; EUND., in *ΤΕΡΥΣ* 129; G. ALVINO, in *Equicoli* 25 (= EAND., in *Valle del Salto* 168); M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* III 130. 133; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 696. 699; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 298; D. ROSE, *Studi* 26.

2 ex. REIP LUGINI. – 3 arkarus pro arcarius.

De Fortunato, arcario rei publicae, etiam vide HALKIN, *Les esclaves publics*<sup>2</sup> 235; WEISS, *Sklave* 204 n. 74; CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup> 144 n. 20; M. SILVESTRINI, *MEFRA* 117, 2005, 542. Ministra Salutis quaedam tit. Amternino n. 4460 quoque memoratur. De cultu deae vide praesertim THULIN, *RE* 1 A, 2, 1920, col. 2057–2059, EVANS, *Cults* 170–174, LATTE, *Religionsgeschichte* 227 adn. 3, RADKE, *Die Götter Altitaliens* 277–278.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 4112 = ILS 4381. Servatur, ut me certiorum fecit mulier docta MARIA FLAVIA PEROTTI, in aedibus gentis Antonini in vico Pace sitis. Accessui clausam inspicere non potui.

Exemplum repetiverunt MICHAELI, *Memorie storiche* I 179 n. I; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3569; LUGINI, *Memorie storiche* 110 n. XLV; SALAČ, *Isis* 69; SIRIS 224–225 n. 477; MALAISE, *Inventaire* 54 n. 1; ECK – HEINRICH, *Sklaven und Freigelassene* 168 n. 247; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 535 n. 11 (etiam cf. p. 526); BRICAULT, *Recueil* 623 n. 508/0601; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 277; DE SANTIS, *Ager Aequeulanus* 89–90 n. 27; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 698–699 (etiam cf. p. 696). – Cf. R. ALMAGIÀ, *RASLA* 24, 1909, 60; G. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 43; PIETRANGELI, *Sabina* 80. 84; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 314; K. MAES – F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 25, 1985 (1986), 136 adn. 46; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 24. 27. 29; G. ALVINO, *QuadAEI* 21, 1993, 228; EAND., *ibid.* 24, 1995, 477; G. FIRPO, in *Magister* 57; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 157; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 104; SIRAGO, *Sannio romano* 178; G. FIRPO, in *ΤΕΡΥΣ* 129; M. J. STRAZZULLA, in *Effetto Alba Fucens* 52; G. ALVINO, in *Lazio & Sabina* III 74; M. F. PEROTTI, *ibid.* 130. 133; D'EREDITÀ, *Aveia* 148; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87;

EUND., in *Donna e vita cittadina* 530; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; I. LYASSE, in *Quotidien municipal* 190; BRANCATO, *Repertorium* II 99; BOURDIN, *Les peuples* 140; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 298. 299; O. LAUTTER, *Latomus* 70, 2011, 748; BUONOCORE, in *Terme di Diocleziano* I 640; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 41 n. 14; F. LUCIANI, in *Esclaves* 61–62.

3 scholam pro schola. – 5 ark(arius) pro arc(arius).

Notatione dignum est nomen gentilicium Asinii, quod ad urbem Teate adducit (vide BUONOCORE, in *Asinio Pollione*, l. l. 19–42); in regione quarta, extra Teate, nomen quoque laudatur tit. Aveaie rep. n. 7630. De cognomine Spurii vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 407.  
Primae aetatis imperatoriae esse videtur.
- 4140 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 114 n. LVIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 540 n. 39. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.  
3 PA LUGINI.  
De nomine gentilicio Caesieni fusius disputavit DEMOUGIN, *Prosopographie* 620.  
Cuius aetatis sit, sub iudice relinquitur.
- 4141 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 119 n. LXXII; SALETTA, S. *Anatolia* 50; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 40. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 82. 85; D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 183; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.  
Nomen gentilicium Calveni fusius tractavit A. BINSFELD, *ZPE* 151, 2005, 264–265.  
Ex eo, quod femina cognomine caret, prioris partis saec. I p. C. n. vel paulo antea esse videtur, cui temporis iunctura ossa sita sane congruit.
- 4142 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt MICHAELI, *Memorie storiche* I 155 n. 95 cum altera versuum divisione; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 41 (etiam cf. p. 522). – Cf. G. DAVIS CHASE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 6, 1897, 166; KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; PIETRANGELI, *Sabina* 78. 83; PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; FORNI, *Tribù* I C593; MIGLIARIO, *Aspetti* 151; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Tribù romane* 33; T. GIOVANNELLI, in *Paesaggi rurali* 419.  
4 *Polae* pro *Paullae* non excludit M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 123. 139; de praenomine Paul(l)ae vel Pol(l)ae vide KAJAVA, *Praenomina* 50–59 (tit. memoratur ad p. 53). – 5 EVATIS pro ERONIS MICHAELI.  
De munificentia vide R. DUNCAN-JONES, *PBSR* 33, 1965, 242 n. 568 (= EUND., *Economy*<sup>2</sup> 127 n. 568. 167); de nomine gentilicio Caesieni vide supra ad tit. n. 4140. De formula *ex testamento arbitrato* inter al. vide A. MAGIONCALDA, in *Finanze municipali* 207 bibliographia ampliore collecta, S. GENTILI – C. VERGANTINI, in *Actes du Colloque Degrassi* 280–281, A. SARTORI, in *Epigrafia* 2006 III 1327–1340, H. SOLIN – P. CARUSO, *Sammium* 81/82, 2008/09, 92–93 et H. SOLIN – P. TUOMISTO, in *Studi storico-epigrafici* 24.  
Ex eo, quod Lucius Casienus cognomine caret et ex locutionibus adhibitis primae aetatis imperatoriae saltem tribuerim.
- 4143 Vide infra tit. n. 8166.
- 4144 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 96 n. 7; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 43. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.  
3 *Auli[anus]* vel *Auli[cus]* vel *Auli[o]* supplendum.  
Saec. I medii p. C. n. esse potest.
- 4145 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 115 n. LIX; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 44. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.  
Errores LUGINI sprevi. – 3 *Rossiae* pro *Russiae* non excludit M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 125; de nomine gentilicio Rossii etiam vide H. SOLIN, *ZPE* 99, 1993, 233–234. – 4 de forma *Selenion[i]* vide TIBILETTI BRUNO, l. l. 150.  
De Quintis Gaviis vide DEMOUGIN, *Prosopographie* 149. De cognomine Quintionis vide O. SALOMIES, in *Roman Miscellany* 91.  
Ex eo, quod litterae teste DRESSEL bonae antiquiores fuisse videntur, alteri parti saec. I a. C. n. saltem tribuerim, cui temporis formula *vi(vit)* in v. 5 exarata sane congruit; de quo verbo usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172; etiam cf. C. MOLLE, in *Valle di Comino* VI 50–51.
- 4146 Desideratur.  
Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 45. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85.  
Aetatis incertae.
- 4147 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 113 n. LII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 46. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.  
Aetatis incertae.
- 4148 Desideratur.  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 101 n. XIX; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 47 (etiam cf. p. 522). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; PIETRANGELI, *Sabina* 78. 83; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; FORNI, *Tribù* I Y305–306; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; EUND., in *Tribù romane* 33.  
3–4 omisit LUGINI. – 3 *[R]ufa* restituerim.  
De cognomine Macci, quod ex Oscorum lingua fluere videtur, vide *ThLL* VIII 1, col. 2; etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139.  
Non excludo, quin saec. I a. C. n. labentis esse possit.
- 4149 Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa in fronte passim deturpata (36) × (37) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inversa cincta, cuius vestigia passim adhuc inspicere possunt. Etiam hodie eodem loco servatur, quo DRESSEL recognovit, nempe in vico *Borgorose* (olim *Borgocollevegato* nuncupato) muro cuidam exteriori affixa ecclesiae S. Anastasiae, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. Arch. Sopr. Lazio* n. 77.3471. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008846–47).  
Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 116 n. LXIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 48. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.



3 vivos pro vivus. – 5 PHRONESNI LUGINI; de forma casus dativi declinationis semigraecae cognominis feminini *Phronesini* cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 119.


De cognomine originis Illyricae Dasii vide, inter al., ALFÖLDY, *Personennamen* 185 (etiam cf. tit. huius regionis n. 3591 [vicus Fificulanus]. 8300 [Amiternum]. 8505 [Nursia]).

Ad alteram partem saec. I a. C. n. forma litterarum adducit.

4150 Vide infra tit. n. 8172.

4151 Tabula concava ex lapide calcario ad sepulcrum quoddam rotundum (de sepulcris rotundis inter al. vide EISNER, *Grabbauten* passim) pertinens in fronte levigata (45) × (110) × ?. Litt. affabre insculptae 8–6. Puncta in formam virgulae acclivis redacta. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe *Borgorose* (olim *Borgocollefgato*) muro cuidam interiori inserta in fundamentis olim municipii hodie aedium privatarum sitarum iuxta viam *Umberto I* sub. n. 16. Accessui clausam descripsi ut potui a. 2015 ex im. phot., quam comiter suppeditavit GIUSEPPE RANUCCI. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016233).

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 115 n. LXXII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 50 (etiam cf. p. 522). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; D. ROSE, *Riv. Top. Ant.* 12, 2002 (2004), 172; FORNI, *Tribù I* Y296–297; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., in *Epigraphica* 70, 2008, 270; EUND., in *Tribù romane* 33.



1 omisit LUGINI; quin nonnulla litterarum vestigia ad vocabulum tribus Claudiae referri possint, non excludit KUBITSCHKEK.

Forma litterarum monumentique ad saec. I medium p. C. n. vel paulo antea adducit.

4152 Tabula ex lapide calcario cymatio inverso cincta. Etiam hodie eodem loco servatur, quo DRESSEL recognovit, nempe *Pescorocchiano* muro cuidam exteriori affixa turris campanariae ecclesiae loco edito, ubi scala destitutus a. 2007 contuli et im. phot. sumpsit quatenus potui. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016234).

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 113 n. LV; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 51. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., in *Epigraphica* 70, 2008, 270.

1 *Septimius* pro *Septimius*.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

4153 Desideratur.

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 109 n. XLII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 52. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87.

Aetatis incertae.

4154 = I<sup>2</sup> 1830 (cf. p. 1047). Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 114 n. LVI; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 53 (etiam cf. p. 522). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 48; PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; FORNI, *Tribù I* Rep. 522; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., in *Epigraphica* 70, 2008, 270; EUND., in *Tribù romane* 33.

De nomine gentilicio Titieni vide G. FILIPPI – E. A. STANCO, in *Bolli laterizi* 165.

Ex eo, quod vir et femina cognomine carent et praesertim litterae, ut refert DRESSEL, maximae et pulcherrimae aetatis liberae rei publicae fuerunt, saec. I medii a. C. n. esse potest.

4155 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 54. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85.

Quid subsit, non definio.

4156 Cippus ex lapide calcario undique fractus, infra crepidine prominente praeditus, in fronte valde attritus, a tergo levigatus (74) × (58) × 25. Litt. profunde incisae 5. Puncta triangularia. In lucem denuo rediit a. 1980 prope coemeterium vici *S. Angelo di Civitella*; servabatur inter reposita aedium municipalium vici *Pescorocchiano*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsit. Inde a m. Dec. a. 2016 exstat *Borgorose* in *Museo archeologico Cicolano*, ut me certior fecit per litteras d. 16 m. Ian. a. 2017 missas CESARE SILVI. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008848. 16235).

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 55 (etiam cf. p. 517). – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 73; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 70; EUND., in *Valle del Salto* 93; EUND., in *Epigraphica* 70, 2008, 276.



1–2 *Varia*[- - -] | *C(aio) Modio*[- - -] nunc vidi in lapide.  
– 3 DIDIAE LHO supra ad tit. in exemplo DRESSEL, DIDIAELIIHOS lapis, inde non excludo, quin sit legendum *Didiae l(ibertae) Hos*[- - -] (i. e. cognomina, ex. gr., *Hospita, Hosia, Hosis*). – 5 IN AG P XVI IN[- - -] supra ad tit. in exemplo DRESSEL, in *ag(ro) p(edes) XVI in fr(onte) p(edes) X*[- - -] vidi in lapide et supplevi.

De nomine gentilicio Modii praeter PEROTTI, *l. l.* vide G. PACI, in *Iuvanum* I 70–75; A. DE LUIGI, *Stud. Etr.* s. 3<sup>o</sup>, 69, 2003 (2005), 149. 173.

Ex litterarum forma saec. I a. C. n. labenti tribuerim.

4157 (add. p. 683) Tabula ex lapide calcario in fronte passim deturpata. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta. Litt. affabre insculptae. Puncta triangularia. Etiam hoc die servatur eodem loco vici S. Lucia haud longe a *Fiamignano*, quo DRESSEL recognovit, i. e. muro cuidam exteriori affixa ecclesiae parochialis, ubi a. 2007 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH008849–50).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115; BUONOCORE, in *Febonio* 141 n. 53; EUND., *Codici epigrafici* 218 n. 53. Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 99 n. XV; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 56. – Cf. C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 363; MIGLIARIO, *Aspetti* 141. 145; BUONO-

CORE, in *Valle del Salto* 87 (cf. im. phot. ad p. 85); EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

4158 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 115. Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 114 n. LVII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 543 n. 57. – Cf. KUBITSCHEK, *Imperium* 48; M. LEJEUNE, *REL* 30, 1952, 97; PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; FORNI, *Tribù* I V786; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; EUND., in *Tribù romane* 33.

3 *Grassianus* fortasse pro *Crassianus* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 140).

Ex eo, quod femina cognomine caret et litterae antiquiores fuisse videntur (teste DRESSEL), prioris partis saec. I p. C. n. vel paulo antea esse videtur.

4159 Desideratur.

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 102 n. XXIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 58. – Cf. BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

1 non excludo, quin verba *te n*[- - -] ad carmen quoddam pertinere possint.

Ex eo, quod litterae vetustae fuisse videntur (vide, ex. gr., litteram L cum hasta acclivi loco hastae libratae insculptam, ut DRESSEL notavit), saec. I a. C. n. esse potest.

4160 Desideratur.

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 59. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85.

1 [- - -] *fr*atri vel [- - -] *m*atri vel [- - -] *p*atri restituendum; [- - -] *Atri* est suspicata nescio an recte PEROTTI.

Cuius aetatis sit, non definio.

4161 Vide infra tit. n. 8173.

4162 Desideratur.

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 61. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 78. 84.

Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

4163 Desideratur.

Exemplum repetiverunt LUGINI, *Memorie storiche* 101 n. XX; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 62. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 78. 83; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

Aetatis incertae.

4164 Desideratur.

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 63. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 78. 83.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquitur.

4165 Vide infra tit. n. 8169.

8150 tit. sacer

Plinthus lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis fere composita, in fronte levigata attamen undique pessumdata 15 × (50) × 17. Litt. 6–3. Rep. a. 2012 in operibus ad ecclesiam S. *Giovanni in Fistola* (etiam vide infra ad n. 8156) restituendam a praefectura antiquitatum regionis Latii institutis m 1021 s.l.m. sita prope vicum *Collalto Sabino*, ubi servatur inter reposita musei municipalis ut me certiore fecit ALESSANDRO BETORI. Descripsi a. 2014 ex scheda et ad im. phot.

*M(arcus) Gavi(us) L(uci) [f(ilius)]*

*İovei Pol(l)ent(ei) d(onum) d(edit) l(ibens) [m(erito)].*

Im. phot. a praefectura antiquitatum regionis Latii sumpta.



G. ALVINO – B. COLASANTI – L. PORZI – A. ROTELLINI, in *Lazio & Sabina* X 31 cum im. phot. fig. 10. – Cf. GROSSI, *Ricerca* 120.

Puncta triangularia sursum directa.

Appellatio Pollentis redit tit. urbano huius Corporis vol. VI 328 (cf. p. 3004. 3756) = *ILS* 3434 a. 81 p. C. n. (*Herculi*

*Victori Pollenti Potenti Invicto*: etiam vide E. SCHRAUDOLPH, *Römische Götterweihungen mit Reliefschmuck aus Italien: Altäre, Basen und Reliefs*, Heidelberg 1993, 137 n. H10 et A. DANTI, in *Musei Capitolini. Le sculture del Palazzo Nuovo I*, Milano 2010, 506–507 n. 18 cum im. phot.). De epitheto vide H. SOLIN, in *Vestigia* 431. De aliis tit. in regione Aequiculana Iovi dicatos vide n. 4106–4107. Titulos Iovi sacros in regione

quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 151–152). Gavius alios in regione Aequiculanorum non invenies. De nominibus casu nominativo singulari compendio exaratis vide J. KAIMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42.

Forma litterarum ad priorem partem saec. I a. C. n. adducit (etiam nota virum cognomine carere).

## 8151 tit. sacer

Tabula ex marmore in margine superiore dextro imminuta, a tergo levigata, in fronte anaglyphis ornata (vide infra) 81 × 104 × 8. Inscriptio insculpta in margine inferiore litt. ad actuaras transgredientibus 1,8/1,5. In media area incisum est sacrificium Mithraicum olim, ut ex vestigiis sane elicitur, colore repletum: Mithras operto capite pileolo Phrygio chlamyde fluitante indutus veluti in rupe excavata stat, taurum naribus manu sinistra arreptum substratum calcat et cultro manu autem dextra in scapula figit, scorpium testiculos tauri suis chelis adprehendit, canis adsilit et serpens subiacet (utrumque animal sanguinem tauri immolati lingens), tauri cauda in aristas desinit; ad humeros dei ipsius corvus in rupe assidet. A sinistra protome Solis radiati cum flagello, sub quo est iuvenis pileatus et veste brevi indutus i. e. Cautes facem ergens, a dextra protome Lunae cum anaglyphis lunae accedentis et pharetrae, sub qua item puer i. e. Cautopates alteri similis facem demissam tenens. Praeterea ab utroque latere sunt tres impages exprimentes a summo ad imum imagines quae sequuntur, scil. a sinistra: Iuppiter destringit fulgur quo duos Gigantes potius quam anguipedes percussurus, Saturnus vel Chronos barba promissa saxo cubans longa veste indutus in cubitum innixus manu dextra harpen tenet, deinde Mithrae saxigeni nuda effigies capite curva consueta tiara operto una cum Caute et Cautopate ut videtur, qui manum suam dextram in os porrigunt; a dextra: Mithras, qui tauro insidet, manu dextra utrumlibet cornu sinistra autem caudam tenens, Mithras erectus et Sol nudus genibus nixus ante aram manu dextra cultrum simul educunt, deinde Mithras veste orientali indutus nec non aliquid tenens (excludendum non est, quominus de malleo vel clava potius quam de rhytio vel vase potorio agatur) ante quem insculptus est deus Sol genibus nixus, quae effigies utrum ad conclusionem pugnae inter Mithram et Solem factae an ad inaugurandi ius deo Soli a Mithra ipso datum pertineat est incertum (de anaglyphis, praeter bibliographiam infra laudatam, etiam vide L. A. CAMPBELL, *Mithraic Iconography and Ideology* (EPRO 11), Leiden 1968, 10. 84. 88. 255. 263. 280. 378 cum im. phot. tab. 15; V. HUET, in C. BONNET – V. PIRENNE-DELFORGE – D. PRAET (Ed.), *Les religions orientales dans le monde grec et romain: cent ans après Cumont (1906–2006). Bilan historique et historiographique. Colloque de Rome, 16–18 novembre 2006* (Inst. Hist. Belge de Rome. *Études de philologie, d'archéologie et d'histoire anciennes* 45), Bruxelles – Rome 2009, 233–256; M. CLAUSS, *Mithras. Kult und Mysterium*, Darmstadt 2012, passim; F. L. SCHUDEBOOM, *BABesch* 91, 2016, 225–245). Rep. a. 1930 Nesce in praedio baronis *Coletti* in regione, q. d. *S. Silvestro* appellata. Servatur in museo nationali Romano (inv. n. 124668), ubi a. 2007 et denuo a. 2011 contuli. Exemplum novicium servatur inde a m. Dec. a. 2016 *Corvaro* prope *Borgorose* in *Museo Archeologico Cicolano*, ut me certiore fecerunt ALESSANDRO BETORI et FRANCESCA LEZZI.



*Apronianus rei p(ublicae) ark(arius) sua pecunia fecit.*

Im. phot. ex neg. Mus. Nat. Rom. n. 508235.  
N. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 43–47 cum im. phot.; VERMASEREN, *Corpus Inscriptionum* I 241 n. 650–651 cum im. phot. fig. 181; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 69 (etiam cf. p. 526); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 288 n. 273; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 87–88 n. 24 cum im. phot.; C. DE LEONI, *Lumen* 33, 2012, 19–21 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Terme di Diocleziano* I 640–641 n. IX. 50 cum im. phot. – Cf. M. J. VERMASEREN, *Mnemosyne* s. 4<sup>o</sup>, 4, 1951, 293 cum im. phot. fig. 7; PIETRANGELI, *Sabina* 79–80. 84. 147 (im. phot.); COARELLI, *Lazio* 29; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 27; G. ALVINO, *QuadAEI* 21, 1993, 228; G. FIRPO, in *Magister* 57–58; EUND., in *Saxa Scripta* III 104; EUND., in *ΤΕΡΨΙΣ* 129; G. ALVINO, in *Equicoli* 20 cum im. phot. fig. 6;

EUND., in *Lazio & Sabina* III 74; M. F. PEROTTI, *ibid.* 130. 133; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 649. 696; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 38 n. 3.

Puncta in formam unci redacta.

ark(arius) pro arc(arius).

Apronianus arcarius rei publicae Aequiculanorum quoque memoratur supra tit. n. 4109. 4110. 4112; de quo vide HALKIN, *Les esclaves publics*<sup>2</sup> 235; WEISS, *Sklave* 203 n. 71; CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup> 144 n. 19; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 530; M. SILVESTRINI, *MEFRA* 117, 2005, 542.

Ex eo, quod tit. n. 4109 a. 172 p. C. n. positus, ubi invenies Apronianum eundem, qui donum dedit Invicto Mithrae, anaglyphum eidem tempori tribuerim.

#### 8152 tit. sacer

Cippus pyramidis instar ex lapide calcario in margine superiore dextro fractus undique levigatus valde autem pessumdatus in fronte capite bovis et rosa inter triglypha ornatus 84 × 49/44 × 28. Litt. affabre insculptae 4–3,5. In facie sursum directa exstat recessus, ubi vestigia foraminis ad signum superpositum figendum pertinentis inspicere adhuc possunt. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in aedibus domini Ludovico Morelli in vico Nesce sitis, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsi.



#### Nensino.

C(aius) Spisini(us) C(ai) f(ilius), T(itus) Velini(us) T(iti) f(ilius),

mag(istri), d(e) p(ecunia) A(equiculanorum) d(e) v(ici) s(ententia) f(aciundam) c(oiravere).

Im. phot. a GIORGIO FILIPPI publici iuris facta.

A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 318 n. 9 (*AE* 1987, 321); G. FILIPPI, in *Actes du Colloque Degrassi* 397 n. 128 cum im. phot. tab. XL fig. 3 (cf. *AE* 1991, 569); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 545 n. 66 (etiam cf. p. 524. 526); TARPIN, *Vici et pagi* 338 n. IV.27.1; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 274; STEK, *Cult places* 128; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 70–71 n. 3 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 697–698 (etiam cf. p. 696); TODISCO, *Vici* 80 (etiam cf. p. 100. 117–118. 131. 189). – Cf. C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 115. 121; BUONOCORE, in *Epigrafia del villaggio* 56; EUND., *Panorami* n. s. 8, 1996, 28

(= EUND., *Abruzzo e Molise* I 40); G. ALVINO, *QuadAEI* 24, 1995, 477; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 38. 49 n. 172; C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 303–305; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* III 128; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 96; EUND., *Epigrafica* 70, 2008, 278; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 665. 696; GROSSI, *Ricerca* 151.

Puncta triangularia sursum directa.

2 Spisini(ius) MORANDI typhotetae errore. – 3 d(e) p(ecunia) A(equiculanorum) iam recte FILIPPI, quem secuta est PEROTTI; d(e) p(ondo) a(rgenteo) dubitanter MORANDI et TARPIN; C. LETTA, in *Samnitice loqui*, l. l. non excludit alias solutiones, scil. d(e) p(ecunia) a(edis) vel d(e) p(ublico) a(ram) vel



*a(edem)* vel etiam *d(ei) p(ublici) a(ram)*, attamen mea sententia parum probabiles. – *f(aciundam) c(oiravere)* si recte solvi pro *f(aciendam) c(uraverunt)*.

Agitur de ara dicata deo Nensino aliunde ignoto; videtur fuisse Pater Nensinus (etiam cf. fontes, ubi laudantur Pater Albensis, scil. tit. n. 4177, Pater Reatinus, scil. tit. n. 4676, et Pater Falacer, scil. VARR. *l. l.* 5,84). Aram duo magistri scil.

fani vel vici cuiusdam pecunia publica municipii Aequiculano- rum collata permissu vici ipsius, ubi sacellum fortasse fuit, faciendam curaverunt.

Ex litterarum monumentique forma saec. I medio a. C. n. tribuerim [etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nimes* 286 n. 304 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 304)]; contra vide MORANDI, qui titulum ponit paulo ante aetatem Sullanam.

## 8153 tit. sacer

Ara ex lapide calcario corona pulvinis duobus ornata et crepidine undique prominentibus praedita in fronte lichenibus passim deturpata undique levigata 92 × 50 × 44. Area titulo inscribendo destinata 56 × 41. Litt. exiles aetate recentiore stilo retractatae 4,5–3,2. Rep. casu et fortuito a. 1960 in regione, q. d. S. *Silvestro*, prope vicum *Nesce* haud longe a *Pescorocchiano* sita. Servatur humi iacens extra vicum *Nerse*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsit.



*Ferter publ(icus)*  
*Victoriae*  
*v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).*

Im. phot. ab ALESSANDRO MORANDI publici iuris facta (adde neg. *Arch. Sopr. Lazio* n. 82. 657).

F. CASTAGNOLI, *Arch. Class.* 16, 1964, 191 cum im. phot. fig. 4 (= ID., *Topografia antica* I 293–294 cum im. phot. fig. 4); PIETRANGELI, *Sabina* 75. 82; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 303–304 n. 1 cum im. phot. tab. LIV–LV (AE 1987, 320); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 545 n. 68 (etiam cf. p. 518); SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 156; G. GROSSI, in *Scurcola Marsicana* I 46; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 279; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 91–93 n. 29 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 701 (etiam cf. p. 696). – Cf. R. E. A. PALMER, *The archaic community of the Romans*, Cambridge 1970, 53; P. TASSINI, *Arch. Class.* 45, 1993, 333; L. CHIOFFI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 65, 1992/93 (1995), 130–131; A. DE LUIGI, *Stud. Etr.* s. 3°, 69, 2003 (2005), 149; G. ALVINO, in *Equicoli* 8–9 (= EAND., in *Valle del Salto* 153–154); C. LETTA, in *Archeologia Pisana* 239; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 73; G. ALVINO, *ibid.* 90; BUONOCORE, in *Homenaje Armin U. Stylow* 69–70; EUND., in *Valle del Salto* 97; GROSSI, *Ricerca* 151.

Puncta distingui nequeunt.

1 *Ferter publ(icus)* iam recte PIETRANGELI; *Ferter Publ(ius)* vel *Publ(ius)* vel *Publ(ius)* haud recte CASTAGNOLI; *Publ(ius)* DE SANTIS.


Incertum est utrum *Ferter* an *ferter* legendum sit, inde de sacerdote i. e. *ferter* publico vel de servo publico cognominato *Ferter* colligi potest (etiam vide SISANI, *l. l.*). De praenomine *Ferter* non *Fertor* vide SALOMIES, *Vornamen* 102. Etiam cf. tit. celeberrimum aetati fere Claudii communiter tributum, qui inscriptionis antiquae exemplum aetatis imperatoriae repeti-

visse videtur, in Palatino repertum huius Corporis vol. VI 1302 (cf. p. 3134. 3799. 4676), ubi memoratur Ferter Resius quidam rex Aequiculus, qui primus ius fetiale paravit, inde populus Romanus disciplinam excepit (praeter AUCTORES supra laudatos etiam vide E. PERUZZI, *Maia* 18, 1966, 277–278; C. AMPOLO, *PP* 27, 1972, 409–412; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 156; P. D'OTTAVI, *Aequa* 12, 2003, 9–11; DE SANTIS, *l. l.* 6–10; N. CARIELLO, *Aequa* 37, 2009, 3–5).

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam sane adducit.

## 8154 tit. sacer

Arula ex lapide calcario a sinistra fracta undique fissuris laesa 4,8 × (7,4) × 7,8. Litt. actuariae minus accurate insculptae 1,1/0,7. In facie sursum directa exstat recessus ad signum figendum adhibitus. Rep. m. Sept. a. 1983 a domino *Marino Speranza* in effossionibus institutis in loco, q. d. *Grotta del Cavaliere*, prope ecclesiam vici *Alzano* haud longe a *Pescorocchiano*, ubi vestigia ad aetatem imperatoriam pertinentia in lucem quoque sunt eruta. Servabatur viro docto GIORGIO FILIPPI postulante in museo monasterii sanctae Philippae Mareri dicati sororum claren- sium virginum Deo devotarum in vico *Borgo S. Pietro* siti, ubi a. 2007 contuli. Inde a m. Dec. a. 2016 exstat *Corvaro* in *Museo Archeologico Cicolano*, ut me certior fecit per litteras d. 16 m. Ian. a. 2017 missas CESARE SILVI.



*C(aius) +ullius P(ubli) f(ilius)*  
*[- -] dat don(um)*  
*[- -] N]ervaiano;*  
*[v(otum) s(olvit)] l(ibens) m(erito).*

Im. phot. a C. SILVI sumpta.

A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 316–318 n. 8 cum im. phot. tab. LIX fig. 2 (AE 1987, 325); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 545 n. 65 (etiam cf. p. 523); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 275; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 88–89 n. 25 cum im. phot. – Cf. G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 176; GROSSI, *Insedimenti* 15. 73; G. ALVINO, in *Equicoli* 31 im. phot. fig. 8 (= EAND., in *Valle del Salto* 166–167 cum im. phot.); O. SALOMIES, *Arctos* 42, 2008, 183; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 696; EHMIG, *Donum dedit* 143; GROSSI, *Ricerca* 118–120 cum im. phot. et del. a FILIPPI repetitis.

Puncta in formam circulorum insculpta.

Supplevi non sine dubiis. – 1 *Lullius* MORANDI; attamen litt. + ad I vel P vel etiam T pertinere videtur, inde nomen gentilicium Iullii vel Pullii vel etiam Tullii ex. gr. restituerim. – 2 in lacuna, quam OMNES iudicaverunt non fuisse, cognomen illius qui donum dedit mihi videtur supplendum esse, ex eo, quod forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit. – 3 [N]ervaiano iam dubitanter MORANDI, qui respuit supplere [H]er(culi) Vaiano, ex eo, quod deest punctum inter verba ER et VAIANO; Er(coli) Vaiano sine idonea causa temptavit GROSSI. Illud Nervaianus, si recte est restitutum, ad appellationem dei cuiusdam pertinere videtur; inde de deo Silvano arbitrator, eo magis, quod Curibus Sabinis invenies tit. Silvano Nerviniano dicatum (vide infra ad tit. n. 8151). Titulos sacros Silvano in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 227–228 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 157–158). De re universa vide DORCEY, *Silvanus* passim et nunc, inter al., M. CLAUSS, *Klio* 76, 1994, 381–387; S. PANCIERA, in *Studia Georgi Mihailov* 347–362 (= EUND., *Epigraphi* I 421–437); A. BUONOPANE, *Atti Accad. Rov. Agiati* s. 7<sup>o</sup>, 9A, 249, 1999, 314–320; C. ZACCARIA, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 1098–1116; F. CENERINI, in *Varia epigraphica* 139–153; P. KRAGELUND, *ZPE* 56, 2005, 211–224. Appellatio domestica Nervaiani ex nomine gentilicio quodam nempe Nervaii aliunde autem ignoto depromi, ut est mos, videtur. Tamen praetermittendi quoque non sunt tit. Venafrani huius Corporis vol. X 4850 = ILS 7318 et X 4851 = ILS 7318a, ubi leguntur iuncturae *amicitiae Herculaniorum Hervianiorum* et *amicitiae Herculis Neriani* (de quibus tit. vide CAPINI, *Venafrum* 38–40 n. 10–11 cum bibliographia ampliore). Attamen res tota sub iudice adhuc manet. – 3 locutio *v(otum) s(olvit)* in lacuna mihi certa esse videtur.

Forma litterarum, ut supra scripsi, ad saec. II p. C. n. saltem adducit (etiam vide MORANDI contra se repugnantem, qui si de saec. II medio a. C. n. cogitat, non excludit, quominus tit. aetatis imperatoriae summae quoque esse possit).

#### 8155 tit. sacer

Cippus pyramidis truncae instar lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis compositus supra fractus undique fissuris laesus (46) × 31–26,5 × 22. In facie sursum directa exstant vestigia recessuum ad signum quoddam figendum pertinentium. Litt. profunde insculptae 2,5/2. In lucem rediit a. 1966 dum extruitur sacrarium *Chiesetta Alpina* nuncupatum situm in loco, q. d. S. Angelo in *cacumine*, haud longe a vico *Fiamignano*. Servatur in aedibus municipalibus eiusdem vici (inv. n. praefecturae antiquitatum regionis Latii 143029), ubi a. 2007 contuli.

-----  
C(aius) Cuspius C(ai) f(ilius),

L(ucius) Ocrinius L(uci) f(ilius),

faci(unda) curave(runt)

signu(m), lance(m),

5 nanulu(m) arg(entea).

Iuentus cont(ulit):

Subocr(- -) n(ummos) CXXX S[S] (scil. sestertium),

Aserea n(ummos) XX S[S] (scil. sestertium),

Suparfaia n(ummos) XXIII SS (i. e. sestertium),

10 Farfina [n(ummos)] XII SS (i. e. sestertium).

Fig. α: Im. phot. ab A. MORANDI publici iuris facta.

Fig. β: Im. a G. FILIPPI del.

G. FILIPPI, *QuadAEl* 8, 1984, 174–175 cum im. phot. fig. 10 im. del. fig. 11 (*AE* 1984, 274); A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 318–328 n. 10 cum im. phot. tab. LX fig. 1–2 (cf. *AE* 1987, 326); GINESTET, *Organisations de la jeunesse* 240 n.



Fig. α




Fig. β

132 (etiam cf. p. 69. 91. 113. 208); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 545 n. 67 (etiam cf. p. 524. 525. 529); SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 157–158, quae pendet ex MORANDI; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 280; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 71–73 n. 4; ID., in *Reate e l'Ager Reatinus* 164 n. 119 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei*

s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 696–697. – Cf. ROMANIN, *Fiamignano* im. phot. fig. 3; G. GUADAGNO, *QuadAei*, I. I. 417; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 112 adn. 13–14; M. L. CALDELLI, in *Actes du Colloque Degrassi* 397; G. ALVINO, *QuadAei* 24, 1995, 476; C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 307; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 96; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 278; STEK, *Cult places* 71. 72; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 296; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 207 adn. 54; GROSSI, *Ricerca* 14.

Puncta triangularia.

1 *L(uci) f(ilius) MORANDI*. – 3 *faci(unda)* pro *faci(enda)* si recte supplevi. – 5 *nanulum*, nunc primum in lingua Latina memoratum, est vas ad lustrationem faciendam aptum; cf. FEST., *Qu.* IX 26, p. 177 ubi legitur: *nanum Graeci vas aquarium dicunt humilem et concavum*. – 6 *iuventus* pro *iuventus*; *iuventus* PEROTTI; *cont(ulit)* iam recte GUADAGNO. – 7 in *Subocr(ea)* vel *Subocr(ina)* solvere est conata PEROTTI (vide infra). – 7 ex. *§[S]* iam recte MORANDI; illud *SS* (etiam cf. v. 8–10), i. e. litterae pluralis significandi gratia geminatae, ad sestertios potius quam ad denarios pertinere videtur (cf. H. ZEHACKER, in *Les "Devaluations" à Rome. Époque républicaine et impériale. Gdansk, 19–21 octobre 1978*, II, Rome 1980, 31–48; S. MROZEK, *Anc. Soc.* 30, 2000, 115–134); contra vide MORANDI, qui de denariis cogitat. – 8 ex. *§§* iam recte MORANDI.


Supra excidit nomen dei vel deae, cuius munera argentea a quattuor collegiis iuventutis pecunia collata dono donata Caius Cuspius et Lucius Ocrinius facienda curaverunt; attamen non desunt, qui cogitaverunt – verum autem, si fateri volo, nescio qua causa – de fano quodam Herculis vel Martis, ut est opinatus MORANDI, vel Statae, ut intellexit LETTA, qui non excludit, quominus tit. n. 4113 deae Statae dicatus eodem loco sit repertus. MORANDI interpretatur supra alia nomina illorum qui facienda curaverunt insculpta esse; nescio utrum de magistris vici an de magistris iuventutis an de curatoribus agatur (etiam vide SISANI, *l. l.*). Ubi definiendi sint vici in titulo adiectivis memorati quos quattuor collegia iuventutis incoluere, adhuc incertum est. *Subocr(- -)* ad nomen vici *\*Subocre* vel *\*Subocrium* vel *\*Subocrea* remittit, videlicet oppidum positum sub monte nempe ocre voce Umbrica (etiam vide inter al. C. DARLING BUCK, *A Grammar of Oscan and Umbrian*, New York 1974, 61; G. B. PELLEGRINI, in *PCIA* VI, Roma 1978, 85. 111; G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 165–189; ALESSIO – DI GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* 58–59; F. RONCALLI, in *Italia omnium terrarum alumna* 398; P. POCETTI, in *Campi aperti* 367–368. 374–375), quod vocabulum etiam in linguam Latinam transtulerunt poetae aliquot vetustiores (de voce *ocris* etiam vide *ThLL* IX 2, col. 417); immo cf. nomina gentilicia Subocriini et Summocriini nec non nomen oppidi Interocrii. Non est cur excludam, quominus illud *Asera* aequari possit cum loci nomine *Asera* in Regesto Farfensi annorum 787–1118 memorato (de re universa vide FILIPPI, *l. l.* 175–176 adn. 41 fontibus collectis), ubi fuerunt curtis quaedam et ecclesia S. Iohannis super *Salariam publicam* sitae (hodie fortasse vicus *S. Giovanni Reatino*), qui autem locus in regione Reatina exstitisse videtur; praetermittendus quoque non est vicus ille regionis Sabinae, cui hodie nomen *Ascrea* impositum. *Suparfaia* videtur elici ex nomine quodam vici supra vel potius haud procul a regione fagis consita vel a nemore fageo positi. Illud *Farfina* ad nomen vici *\*Farfa* remittens se revocat ad vallem Farfensem, quae via Caecilia cum regione Aequiculano facile iungebatur. De re universa vide MORANDI, *l. l.* 323–328 cum amplissimo commentario; POCETTI, *l. l.* 362–363.

Ex litterarum siglorumque forma et ex eo, quod viri cognomine carent, saec. I in. a. C. n. tribuerim; contra vide LETTA et PEROTTI, qui de aetate Sullana cogitant, MORANDI, qui titulum post paulo post aetatem Sullanam, PANCIERA, in *Actes Nîmes*

286 n. 301 (= ID., *Epigrafi* I 78 n. 301), qui de priore parte saec. I a. C. n. opinatur.

8156 tit. sacer

Muro cuidam exteriori affixus ecclesiae *S. Giovanni in Fistola* m 1021 s.l.m. sitae (etiam vide supra ad n. 8150) prope vicum *Collalto Sabino* servatur cippus ex lapide calcario undique fractus, in fronte valde adesus, quem m. Iul. a. 2015 ALESSANDRO BETORI enotavit et me per litteras d. 13 m. Oct. a. 2016 certiore fecit. De quo titulo notitia apud G. ALVINO – B. COLASANTI – L. PORZI – A. ROTELINI, in *Lazio & Sabina* X 27 (im. phot. fig. 1) tantum invenitur. Ex eo, quod titulum valetudine affectus describere non potui, in hoc Supplemento imaginem photographica mihi ab ipso BETORI comiter suppeditatam saltem publici iuris facio sperans GIORGIO FILIPPI editionem suam iamdudum declaratam perficiendam in lucemque emittendam quam primum curaturum.



8157 tit. sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario undique levigata 43,5 × 75,5 × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio recto cincta 26 × 58,5. Litt. affabre insculptae 4,5/3,7. Rep. circ. a. 1950 in sepulcro quodam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita dum vineum domini *Antonio De Rubeis* effoditur in regione *Colle* prope vicum *Civitella*. Servatur in aedibus gentis *De Rubeis* prope pontem vici *Civitella* sitis, ubi a. 2007 contuli.



*L(ucius) Tettidius L(uci) f(ilius)  
Cla(udia) Varus  
aed(ilis).*

Im. phot. a G. FILIPPI sumpta.

PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85, cui communicavit vir doctus LUCOS COZZA; G. FILIPPI, *QuadAei* 8, 1984, 172–173 cum im. phot. fig. 7; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 72 (etiam cf. p. 522). – Cf. H. SOLIN, *Arctos* 22, 1988, 146 (= EUND., *Analecta epigraphica* 301); M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; G. FIRPO, in *Magister* 58; EUND., in *Saxa Scripta* III 101. 105; EUND., in *ΤΕΡΥΙΣ* 130; BUONOCORE, in *Tribù romane* 33; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 696.

Puncta triangularia.

2 *Verus* PIETRANGELI et FILIPPI, inde FIRPO; *Varus* iam recte SOLIN et PEROTTI. – 3 *aedilis* PIETRANGELI, PEROTTI.

Ex litterarum forma non excludo, quominus aetatis Augustae esse possit.

8158 tit. operis publici

Tabula vel etiam basis ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa, in fronte valde pessumdata (83) × (78) × circ. 4. Litt. 5/4,7. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori inserta fontis publici vici *Villette di Colleviati*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsi.



*T(itus) Avius H(er- -) f(ilius), A(ulus) Allianus H(er- -) f(ilius),  
L(ucius) Numisius H(er- -) f(ilius), magistri,  
de veici sententia pequinia  
faani hoc opus coiravere.*

Im. phot. ab A. MORANDI sumpta.

A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 313–314 n. 6 cum im. phot. tab. LVII fig. 1 (AE 1987, 323); G. FILIPPI, in *Actes du Colloque Degrassi* 398 n. 129 cum im. phot. tab. XLI fig. 1 (cf. AE 1991, 570); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 71 (etiam cf. p. 524. 525); SPADONI, *I Sabini nell'anti-*

*chità* 157, quae pendet ex MORANDI; TARPIN, *Vici et pagi* 337–338 n. IV.26.2; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 289 n. 28; DE SANTIS, *Ager Aequeulanus* 69–70 n. 1 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 698 (etiam cf. p. 649. 665. 697); TODISCO, *Vici* 80 (etiam cf. p. 99–100. 117–118). – Cf. COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 30; G.

FILIPPI, *Quadaei* 8, 1984, 166 adn. 5; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 115 adn. 35; BUONOCORE, in *Epigrafia del villaggio* 56; C. LETTA, *ibid.* 39 adn. 18; MIGLIARIO, *Aspetti* 140; BUONOCORE, *Panorami* n. s. 8, 1996, 28 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 40); D. NONNIS, in *Sanctuaires* 38. 49 n. 171; C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 303. 305; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 97; O. SALOMIES, *Arctos* 42, 2008, 183; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 221; M. G. GRANINO CECERE, *Arch. Relig.* 11, 2009, 46.

Puncta triangularia haud semper insculpta.

1–2 *H(erenni)* MORANDI, TARPIN, DE SANTIS; praenomen *H(- -)* in *Herennus* vel *Herius* solvendum est; de re universa vide SALOMIES, *Vornamen* 72–75 cum amplissimo commentario titulis collectis, EUND., in *Prénoms* 22; de praenomine *Herii* etiam vide H. SOLIN, *Ciceroniana* n. s. 10, 1998, 73. – 3–4 de

*veici sententia pecunia | faani hoc opus coiravere pro de vici sententia pecunia | fani hoc opus curaverunt.* – 4 *faani* iam recte FILIPPI; *fasni* MORANDI, PEROTTI, TARPIN, DE SANTIS.

Tres magistri fani vel vici opus quoddam (fortasse agitur de fonte quodam vel potius, ut est opinata est GRANINO CECERE, de receptaculis quibusdam ad fanum pertinentibus) de vici sententia faciendum pecunia fanatica adhibita curaverunt: inde magistri ad fanum potius quam ad pagum vel vicum pertinere videntur. De pecunia fanatica vide G. BODEI GIGLIONI, *Riv. Stor. Ital.* 1977, 33–76 (= EAND., in *Studi su Praeneste* 33–76).

Ex litterarum forma saec. I medii a. C. n. saltem esse videtur [etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 286 n. 289 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 289)]. Contra vide MORANDI, qui tit. saec. II ex. a. C. n. tribuit.

#### 8159 tit. operis publici

Frons fontis ex lapide calcario undique fissuris laesa, in fronte levigata, a tergo scabra 67 × 95 × 29. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata fascia continua cincta 45,5 × 87. In media fronte exsculptum est caput leonis, e cuius ore fistula diam. circ. 17 evadabat (cf. tit. Saepinatem n. 6615). Litt. exiles 6–2 [nota primos duos versus duabus columnis ordinatos (I–II)]. Rep. a. 1924 in regione *Vicenne* appellata dum extruitur aqua vici *Pescorocchiano*. Servatur in aedibus domini *Ludovico Morelli* in vico *Nesce* sitis, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsi.



Col I:

*T(itus) Apponius L(uci) f(ilius)*  
*Palero,*

Infra duas columnas inscriptum:  
*curatores.*

Col. II:

*C(aius) Onedinus C(ai) f(ilius)*  
*Tosta,*

Im. phot. *Arch. Sopr. Lazio* n. 82. 652.

G. FILIPPI, *Quadaei* 8, 1984, 169–170 cum im. phot. fig. 3 (*AE* 1984, 275); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 73. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 81. 85; G. FIRPO, in *Magister* 59; EUND., in *Saxa Scripta* III 106; EUND., in *TEPYΣ* 131; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 55; EUND., in *Dediche sacre* 288; EUND., in *Colons et colonies* 294; EUND., in *Curae cittadine* 96 adn. 6.

Puncta triangularia.

Col. I, 2 *Palero* pro *Phalero*. – Col. II: *Conedinus C. f. Tasta* (?) PIETRANGELI.

Magni momenti est ratio nominis duorum virorum, qui aquam et fontem faciendos curaverunt; nomen *Onedini* hic solum occurrit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 132). Cognomen *Tosta* aliunde ignotum.

Litterarum forma ad aetatem q. d. Augustea adducit.

## 8160 tit. operis publici

Plintus ex lapide calcario a sinistra fracta undique scalpro dentato dolata 15,5 × 38,5 × 54. In facie sursum directa inspicitur prominens quadrangulum ad aliquid figendum aptum. Non excludo, quominus a sinistra pars altera plinthi coniungebatur. Litt. affabre insculptae 4–3,5. Usque ad a. 1983 servabatur muro cuidam exteriori affixa fontis vici *Villette di Colleviati*; deinde viro docto MORANDI postulante in aedibus municipalibus vici *Borgorose* exstabat, ubi a. 2007 contuli et im. sumpsi. Inde a m. Dec. a. 2016 exstat *Borgorose* in *Museo archeologico Cicolano*, ut me certior fecit per litteras d. 16 m. Ian. a. 2017 missas CESARE SILVI.



[ - - - parietes fac(iundas) fani pe(qunia)  
[ - - - balineom] Claudiom per(fecerunt).

Im. phot. ab A. MORANDI sumpta.

A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 312–313 n. 5 cum im. phot. tab. LVI fig. 1–2 (AE 1987, 322); C. LETTA, in *Epigrafi del villaggio* 36 adn. 12. 39 adn. [18]; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 70, quae autem supplementa non temptavit; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 157, quae pendet ex MORANDI; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 290 n. 284; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 93–94 n. 30 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 698 adn. 567 (etiam cf. p. 697). – Cf. D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 170; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 97.

Puncta triangularia.

Supplementa a LETTA proposita non sine dubiis recepi. – 1 in. [ - - - sacerdot]es MORANDI. – 2 *Claudiom* pro *Claudiorum* est suspicatus MORANDI. – Contra vide supplementa a SISANI proposita, quae sequuntur: [ - - - parietes fac(tos) fani pe(qunia) | [ - - -] *Claudio m(agistro vel -agistris) per(fecit vel -fecerunt)* vel etiam [opus a - - -] *Claudio m(agistro vel -agistris) per(fectum)*. Attamen littera M vocabuli magistri non perscripti in compendio solvendi mihi parum probabile videtur.

[ - - - parietes fac(iundas) fani pe(qunia) | [ - - - balineom] *Claudiom per(fecerunt)* pro [ - - - parietes fac(iendas) fani pe(cunia) | [ - - - balineum] *Claudium per(fecerunt)*. Si res ita accidit, in tit. memorantur opera quaedam ad parietes collata pecunia fani faciendas et balneum Claudium perficiendum adhibita; ex. gr. cf. tit. huius Corporis vol. X 4792 = *ILS* 5677 Teani repertum, ubi nominatur balneum Clodianum, et tit. *NS* 1928, 283, qui memoriam balneorum duorum repetit, quibus nomina Sergium et Putinium imposita erant.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. saltem tribuerim; etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 286 n. 297 (= *EUND.*, *Epigrafi* I 78 n. 297).

## 8161 tit. sepulcralis tribuni militum

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa undique levigata (35) × (36) × 35,5. Litt. affabre insculptae 8–6. Rep. anno incerto inter vicos *Villeroze* et *Borgorose*. Servatur in aedibus domini *Ludovico Morelli* in vico *Nesce* sitis, ubi a. 2007 descripsi et im. phot. sumpsi.



-----  
[ - - -] Pia,  
[ - - -] Cla(udia) Lu[ - - -]  
[trib(unus)] mil(itum)  
-----

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 72, 2010, 383–384 n.1 cum im. phot. fig. 14 (AE 2010, 400). – Cf. *EUND.*, in *Tribù romane* 33.

Puncta triangularia.

2 quomodo cognomen, cuius principium est Lu[ - - -], recte supplendum, incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 353–355. 500; H. SOLIN, *Arctos* 40, 2006, 144); attamen, ex spatio lacunae, non excludo, quominus de cognomine Lupi agatur, quod cognomen redit tit. *Aequiculani* n. 4147. 4151. – 3 alii tribuni militum in regione *Aequiculorum* nominati non videntur.

Ex litterarum forma priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

## 8162 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa in fronte valde deturpata (60) × (58) × 22. Litt. 8. Servatur muro cuidam exteriori affixa domus cuiusdam sitae iuxta viam q. d. *Del Rio* sub n. 8 in vico *Arapetrianni* haud longe a *Fiamignano*, ubi descripsi d. 29 m. Iun. a. 2007 una cum GIUSEPPE RANUCCI et im. phot. sumpsi. Causarum actor WALTER CIANCIUSI d. 1 m. Oct. a. 2005 CESARE LETTA certior quoque fecit et im. phot. comiter suppeditavit.



[D]is M[an(ibus)?]  
[ - - -] Anto[nio - - -]  
[ - - -] Anto[nio] D[ - - -]  
[ - - -] amici [pos(uerunt)?]

Im. phot. a M. B. facta.

C. LETTA, in *Valle di Comino* XIII 54–55 n. 35 cum im. phot. fig. 33 (AE 2017, 382).

Quamquam dubitanter sequor LETTA; nam in dubio adhuc maneo, utrum tit. aetatis recentioris sit necne. Antonios alios in regione Aequiculana non inuenies.

LETTA tit. tribuit saec. I labenti p. C. n.

8163 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario. Rep. nescio loco incerto. Servabatur in crypta aedium gentis *Silvi* in vico *Alzano* sitarum, ubi LUGINI descripsit. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

APELIA · C · F ·  
FRVGI · SEPVLTIA

Fuit fere:

*Apelia C(ai) f(ilia)*  
*frugi; sepulta.*

Im. del. e LUGINI repetita.

LUGINI, *Memorie storiche* 104 n. XXX; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 89 n. 1; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 272 n. 1 (AE 2008, 457).

1 *Apelia* pro *Apellia*; nomen *Apellii* tit. n. 4138 haud longe a vico *Pescorocchiano* reperto quoque memoratur. – 2 *Frugi* i. e. cognomen *EGO* in ed. pr.; melius autem rebus perpensis laudationis formula scil. *frugi* mihi esse videtur (de voce vide J. N. BONNEVILLE – S. DARDAINE, *REA* 86, 1984, 217–244); etiam vide tit. n. 4298 ubi illud *FRVGI* verbum ad nominis rationem mulieris cuiusdam adiunctum esse videtur (cf. MOMMSEN, supra p. 808 sub titulo “laudationis luctusque formulae quaedam”). *Sepulta* est verbum (i. e. *bic sepulta*); de re universa vide H. SOLIN, *Arctos* 33, 1999, 170–171 titulis aliis collectis; de cognomine *Sepulta* male cogitaverat KAJANTO, *Latin Cognomina* 356 (cum quo SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 401 olim consenserant).

Non excludo, quominus tit. primae aetatis imperatoriae esse possit.

8164 tit. sepulcralis

Rupes incisa titulo sepulcrali in fronte perquam adesa nec non lichenibus pessumdata, cuius area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 32 × 34. Litt. valde attritae 2,9–2,2. Servatur in regione *Liscia* hodie nuncupata, haud longe a vicis *Pescorocchiano* et *Civitella* prope viam q. d. *Strada Provinciale* sub num. 26 signatam, ubi a. 2004 contuli.

*D(is) M(anibus) [s(acrum)].*  
*M(arcus) Ave[ll]ius L(uci) f(ilius)*  
[...]*IR+S*[...]  
+*IVS*[...]  
5 [...]*IN*[...]  
+*IS++*[...]  
[...]*VN*[...]  
-----?

Fig. α–β: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae. ANTOLINI, *Iscrizioni* 153–157 n. AE7 cum im. phot. tab. XII fig. 2–3 et im. del. fig. 12. – Cf. C. LETTA, in *Rupes loquentes* 299–301 cum im. del. fig. 5; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 92; EUND., in *TEPPIΣ* 113. 116; S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244. 245; G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 609; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573. 575.



Fig. α




Fig. β

Puncta triangularia.

Dedi talem qualem edidit ANTOLINI. – 3, 4, 6 + vestigia litt. incertarum. – 7 [*posuer*]*un[t]* vel [*hic siti s*]*un[t]* dubitanter proponit ANTOLINI.

Ex litterarum forma quae supersunt et ex formula *D(is) M(anibus) [s(acrum)]* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

8165 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario corona pulvini instar anaglypho quodam fortasse ad rosam vel potius ad imaginem defunctae pertinente ornata praedita, in fronte valde deturpata nec non fissuris undique laesa marginibus fracta, a tergo paululum scabra (90) × (50) × 34. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita sed adesa cymatio inverso cincta, cuius pars supra tantum exstat, 29 × ?. In parte inferiore frontis foramen rotundum terebratum. Litt. ut videtur impares minus accurate insculptae omnino consumptae aut evanidae aut penitus deletae recentiore autem aetate aliis litteris inscriptis deturpatae nec non colore nigro quoque repletae 4,5/3. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in cella vinaria dominae *Bernardina Alfonsi* sita iuxta viam q. d. *Del Rio* n. 37 in vico *Arapetrianni* haud longe a *Fia-*

mignano, ubi d. 29 m. Iun. a. 2007 una cum GIUSEPPE RANUCCI quatenus potui descripsi et im. phot. sumpsi.



Fig. α

C·CALVSVS T·C·MIDIO  
 P·T·L·L·V·M·V·S·K·I·I·M  
 ...TOVLI VFEOL'IS ETVIS  
 ....P·R·I·N·S·C·E·P·S·P·O·T  
 ....TOVIR·O·O·P·E·S·V·I·S  
 .I·A·C·P·H·E·N·E·R·S·I·I·V·S

Fig. β

C(aius) Calvisius Secundio

[-----]

[-----]

[-- -]e Primigeniae uxori

<sup>5</sup> [suae fecit] posterisque suis.

In agro p(edes) XII in front(e) p(edes) [-- -].

Fig. α: Im. phot. a GIUSEPPE RANUCCI sumpta.

Fig. β: Im. a LUGINI del.

LUGINI, *Memorie storiche* 106 n. XXXVI cum im. del.; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 89–91 n. 2 cum im. del. e LUGINI repetita; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 272–275 n. 2 cum im. del. fig. 1 a LUGINI sumpta et im. phot. fig. 2 (AE 2008, 458). – Cf. G. FILIPPI, *Quadaei* 8, 1984, 174; G. FIRPO, in *Magister* 56; EUND., in *Saxa Scripta* III 102.

Puncta distingui nequeunt.

Lectio a LUGINI publici iuris facta tota corrupta est. Mihi ex spatiis supplendis recte proposita videntur ea, quae dedi supra.

Saec. II vel potius III p. C. n. esse videtur.

8166 (= 4143) tit. sepulcralis

Rupes 125 × 210 incisa titulo sepulcrali in fronte perquam adesa nec non lichenibus pessumdata, cuius area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 41 × 52; infra exstat cavum ad cineres recipiendos. Litt. valde attritae 6,7–4,6. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, proprie iuxta callem, qua ad regionem Arringo hodie nuncupatam itur, haud longe a vicis Pescorochiano et Nesce prope viam, q. d. Strada Provinciale, sub n. 26 signatam, ubi a. 2004 contuli.





Fig. α



— — — — —

Fig. β

T(ito) Cresidio L(uci) l(iberto)

Fortunato,

Cresidia [...]

filia [-- -]

<sup>5</sup> +[-- -]

[-- -] fecit

et sibi et suis.



Fig. α-β: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae. DRESSEL, supra n. 4143; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 297–299 cum im. fig. 4 (cf. *AE* 1992, 318); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 541 n. 42; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 93–94; ID., in *TEPYΣ* 117–118; ANTOLINI, *Iscrizioni* 127–132 n. AE2 cum im. phot. tab. VIII fig. 1–2, tab. IX fig. 1 et im. del. fig. 8 (etiam cf. p. 178. 209). – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 167; S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244. 245; G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 610; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573. 575; BRANCATO, *Repertorium* II 94.

Puncta triangularia.

Dedi talem qualem edidit ANTOLINI. – 1 in. *L(ucio) pro T(ito) PEROTTI*, FIRPO; *Cresidio pro Chresidio* mavult M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 147. – 1 ex. *L(uci) f(ilio) DRESSEL*, LETTA, PEROTTI et FIRPO. – 3 non legit DRESSEL; *Cresidia [- - -]* PEROTTI, FIRPO. – 4 III A[- - -] DRESSEL, LETTA, qui dubitanter proponit IIII[*vir*]. – 5 + est hasta recta. – 6 non legunt DRESSEL, LETTA; [- - - *posuit*] dubitanter PEROTTI et FIRPO. – 7 non legunt DRESSEL, LETTA, PEROTTI et FIRPO.

Nomen gentilicium Cresidii fusius tractavit ANTOLINI, *I. I. (Iscrizioni)* 130–132.

Litterarum forma ad saec. I ex. a. C. n. vel potius ad saec. I in. p. C. n. adducit (contra vide LETTA, qui de saec. II p. C. n. cogitavit).

#### 8167 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra et infra, ut videtur, fracta. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur muro cuidam exteriori affixa aedium quarundam in vico *Colle-viati* sitarum haud longe a *Borgorose* (olim *Borgocollefe-gato*), ubi LUGINI descripsit. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

V • ENIC • • • •

Fuit fere:

*V(ibus) Enic[ius - - -?]*

-----

Im. del. e LUGINI repetita.

LUGINI, *Memorie storiche* 103 n. XXIX; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 92 n. 3; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 275 n. 3 (*AE* 2008, 459).

Supplementa incerta manent, ex eo, quod nomen Enicii tit. huius Corporis vol. V 7850 = *ILS* 3287 tantum memoratur. Etiam non excludo *Venic[ius]* vel etiam *V(ibus) [G]enic[ius]*.

Forma litterarum, ut traditur, ad aetatem Augusti adducit.

#### 8168 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario ex quattuor partibus inter se coniunctis fere compositus corona pulvini instar cum sero, artificio perfecto, vitta acroteriisque pseudofloralibus ornata et crepidine undique prominentibus praeditus utrimque valde pessumdat 103 × (53) × 44. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata fascia continua cincta 44 × circ. 41. Litt. ad actuaras transgredientes 4,5–4. Rep. casu et fortuito a. 1981 in agro olim domini *Ludovico Morelli Coramazza* nominato vulgo *Serpe* hodie appellato prope vicum *Nesce* sito. Servabatur in aedibus municipalibus vici *Pescorocchiano*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsi. Inde a m. Dec. a. 2016 exstat *Corvaro* in *Museo Archeologico Cicolano*, ut me certiore fecit per litteras d. 16 m. Ian. a. 2017 missas CESARE SILVI.



*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*Feridiae Feli[...]*

*C(aius) Sutorius Aga-*  
*thyrsus matr[i]*

5 *pientissima[e]*

*b(ene) m(erenti) [-1?-].*

Im. phot. a G. FILIPPI sumpta (adde *Arch. Sopr. Lazio* n. 82.993).

G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 170–172 cum im. phot. fig. 5 (*AE* 1984, 277); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 546 n. 74. – Cf. H. SOLIN, *Arctos* 22, 1988, 145–146 (= *EUND.*, *Analecta epigraphica* 301).

Puncta triangularia.

Supplevi quatenus potui. – 2 in. *Fediciulae* FILIPPI inde *Fedi[ciulae?]* *AE*, PEROTTI; 2 ex. *De[- - -]* SOLIN; *Feli[ci]* vel *Feli[cae]* vel *Feli[ciae]* vel sim. – 4 *matri*, 5 *pientissimae* OMNES. – 6 ex. [*f(ecit)*] vel [*p(osuit)*].

Forma litterarum et formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta ad saec. II p. C. n. saltem adducunt vel paulo post.

#### 8169 (= 4165) tit. sepulcralis

Rupes incisa titulo sepulcrali in fronte valde deturpato. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata 45 × 46. Litt., quae exstant, difficillimae lectu 4,9–3,8. Etiam hodie exstat eodem loco, quo RICCI vidit (scil. *sulla via che conduce da Alzano a Colle Maggiore a sinistra in una rupe tagliata a picco*), proprie iuxta callem, qua ad montem *Fratta* itur, extra vicum *Colleviati*, in regione *Vena del Tesoro* vulgo nuncupata, ubi a. 2004 contuli.



Fig. α




Fig. β

-----?  
 [---]irus L(uci) l(ibertus)  
 Mario [---]  
 [---]++RI[---]  
 -----

Fig. α-β: Im. phot. a SIMONA ANTOLINI sumptae. CAIETANUS RICCI dedit MOMMSEN inde supra tit. n. 4165; LUGINI, *Memorie storiche* 104 n. XXXII; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 303-307 cum im. phot. fig. 7-8 (AE 1992, 358); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 545 n. 64; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 94-95. 98; ID., in *ΤΕΡΨΙΣ* 118-119. 122; ANTOLINI, *Iscrizioni* 141-146 n. AE5 cum im. phot. tab. XI fig. 1-2 et im. del. fig. 11. - Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 78. 84; G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 167; S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244. 245; G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 610; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573. 575; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

Puncta triangularia.

Dedi talem qualem edidit ANTOLINI. - Supra v. 1 LETTA et ANTOLINI non excludunt, quin verba nonnulla exciderint, ita ut suspicentur alium verum fuisse; inde proponit alter [-Mario? - -] vel [D(is) M(anibus)], altera [D(is) M(anibus)]. - 1 +M+IVLL RICCI; IVRIVS L F LUGINI; [Cl]a(udia tribu?) [P]rimull[iano?] LETTA; [---] Murrus C. I. PEROTTI, FIRPO. Quomodo nomen, quod terminatur in [---]irus, sit supplementum incertum; vide nomina Popiri et Laticiri, quae autem raris-

sima sunt. - 2-3 non legunt RICCI, LUGINI. - 2 Mario [---] iam recte FIRPO (cognomen Marionis redit tit. Cliterniae reperto n. 4175); [.] Mariō T. f. [-3-4?-] LETTA; [---] Mario T. f. [---] PEROTTI. - 3 non legit FIRPO; + vestigia litt. incertarum; [... M]ari [-4-5?-] LETTA; [---]ari [---] PEROTTI.

Litterarum forma ad saec. I ex. a. C. n. vel potius ad saec. I in. p. C. n. adducit.

#### 8170 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra semirciculata, infra fracta ubique levigata, in fronte passim deturpata (13) × 18 × 14/13. Litt. evanidae 5/4,7. Rep. m. Apr. a. 1898 in agro viri Stefano Alvisini prope vicum S. Stefano di Riotorto siti, ubi LUGINI descripsit. M. Nov. a. 2008 in lucem denuo rediit casu et fortuito apud secretarium ecclesiae paroecialis vici S. Lucia prope Fiamignano, ubi enotavit dominus ANTONIO MARRUCCI, qui me certiore fecit et im. phot. quoque sumpsit. Ibidem exstat, ubi a. 2014 contuli.



Modia Q(uiti) Modi  
 Anthracis l(iberta)  
 Prima.

Im. phot. ab A. MARRUCCI facta.

LUGINI, *Memorie storiche* 100 n. XVII; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 92 n. 4; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 275 n. 4 (AE 2008, 460).

Puncta triangularia sursum directa insculpta.

2 ANTHRACIS LUGINI.

Cur saec. I a. C. n. labentis non sit, causa non est. Etiam vide tit., qui sequitur.

#### 8171 tit. sepulcralis

Tabula vel cippus ex lapide calcario ab utroque latere et infra, ut videtur, fracta, (40) × (28) × ?. Rep. nescio quando loco incerto. Stipitis usui fuit aedium quarundam pone ecclesiam S. Nicola sitarum in vico S. Stefano di Riotorto haud longe a Fiamignano, ubi PERSICHETTI et LUGINI descripserunt. Ubi exstat, nescio. Descripsi ut potui ex scheda PERSICHETTI a. 2007.

Tit. ita traditus est:



Fuit fere:

[M]odia L(uci) [---]  
 [---]EN EIS[---]  
 -----?

Im. del. e PERSICHETTI repetita.

N. PERSICHETTI, *NS* 1897, 66 (etiam cf. p. 110); LUGINI, *Memorie storiche* 100 n. XVIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 547 n. 77; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 92–83 n. 5; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 275–276 n. 5 (*AE* 2008, 461).

Puncta triangularia sursum directa esse videntur.

1 supplevi. – 2 [- -]EN[- -]FIS LUGINI; quid subsit, non liquet.

Ex eo, quod etiam tit., qui praecedit, eodem loco esse reperiendus videtur, non excludo, quin in vico *S. Stefano di Riotorto* appellato sepulcretum gentis Modiae olim exstiterit.

Forma litterarum, ut traditur, ad aetatem Augusteam adducit.

8172 (= 4150) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra fracta, undique levigata in fronte valde attrita, in usum posteriorem adhibita (67) × 124 × 38. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 62 × 113. Litt. affabre insculptae 7,2–5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa fontis publici vici *Villette di Colleviati*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsit.



*Pompusia C(ai) (filia) Ennia  
Primilla sibi et  
Valeriae Sex(ti) (filiae) Primillae f(ecit)  
et T(ito) Pom[pusio - (filio)] Pulchro  
viro.*

Im. phot. a M. B. sumpta.

CAIETANUS RICCI dedit MOMMSEN, inde DRESSSEL supra tit. n. 4150, qui autem v. 1 tituli terra obruti inspicere tantum potuit; LUGINI, *Memorie storiche* 103 n. XXVII; A. MORANDI, *Arch. Class.* 36, 1984 (1987), 315 n. 7 cum im. phot. tab. LVII fig. 2 (*AE* 1987, 324); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 542 n. 49. – Cf. ZVETAIIEFF, *Inscriptiones Italiae Mediae* 40; PIETRANGELI, *Sabina* 78. 84; G. FILIPPI, *QuadAeI* 8, 1984, 177; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 160; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270.

Puncta triangularia.

Dedit talem qualem publici iuris MORANDI fecit. – 3 *Valeriae + f. Primillae RICCI, Valeriae Sex. f. Primillae P LUGINI. – 4 ET TIC [- -]+ RICCI, LUGINI. – 5 omisit LUGINI.*

De nomine Pomposii vide supra ad tit. n. 4107. Praetermittendus non est M. Valerius Albanus ille tribus Claudiae Aeq(uiculi), qui fuit veteranus legionis XV Apollinaris (*AE* 1977, 620).

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. saltem adducit.

8173 (= 4161) tit. sepulcralis

Rupes incisa titulo sepulcrali in fronte valde deturpato. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta 48/49 × 43. Litt., quae exstant, difficillimae lectu 4,3–2,9. Etiam hodie exstat a latere tit. n. 8183 eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, proprie iuxta callem,

qua ad saltum montis *Portella* itur, haud longe a vicis *Civittella* et *Pescorocchiano* prope viam, q. d. *Strada Provinciale*, sub n. 26 signatam, in regione *Busciari* appellata vel *Serpe* aut *Venarossa* vulgo nominata, ubi a. 2004 contuli.



Fig. α




Fig. β

*D(is) M(anibus) s(acrum).*

*T(itus) [R]aius V[...]-*

*inu[s] [- - -]*

[- - - - -]

5 [- - - - -]

[- - - - -]

[- - - - -]

[- - -]IO[- - -]

[- - -]M[- - -]

10 - - - - -?

Fig. α-β: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae (adde neg. *Arch. Sopr. Lazio* n. 82.1926).

DRESSEL, supra n. 4161; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 301 (cf. *AE* 1992, 318); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 60; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 92; ID., in *ΤΕΡΥΣ* 116-117; ANTOLINI, *Iscrizioni* 133-136 n. AE3 cum im. phot. tab. IX fig. 2, tab. X fig. 1 et im. del. fig. 9. - Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 80. 85; G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 167; S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244. 245; G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 610; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573. 575.

Puncta distingui nequeunt.

Dedi talem qualem edidit ANTOLINI. - 1 *D(is) M(anibus) LETTA, PEROTTI, FIRPO.* - 2 *T[-]IVTV[-] DRESSEL; IV[-]V LETTA; [.]sp[.]ius u[.]n[.] PEROTTI, FIRPO.* - 3 *II[-]N[-] DRESSEL; non legit LETTA; [-]p[-]i[-] PEROTTI; uab[.]p[.]i[.] FIRPO.* - 4-9 omiserunt OMNES praeter ANTOLINI, quae temptavit *[fil]io* (v. 8) et *[b(ene)] m(erenti) vel m(enses)* (v. 9). Attamen tota lectio incerta manet.

Ut iam FIRPO recte est suspicatus de nomine gentilicio Raii fortasse agitur (de quo nomine vide supra ad n. 4121); in regione Aequiculanorum nominatur praetorianus T. Raius T. f. Crispinus (tit. n. 4121); quomodo autem cognomen *V[.]inus* supplendum sit, incertum (cf. SOLIN - SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 466-469).

Ex litterarum forma quae supersunt et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

#### 8174 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fracta undique levigata, in fronte valde deturpata, infra rudis (170) × 78 × 34. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 62 × 57. Litt. 8/5,5. Rep. a. 1944 dum vineum domini *Loreto Di Felice* effoditur in regione *Cretoni* prope vicum *Nesce* sita. Servatur in aedibus domini *Ludovico Morelli* in vico *Nesce*, ubi a. 2007 contuli et im. phot. sumpsi.



-----  
[-] *Salius C(ai) l(ibertus)*

*Eros fecit*

*Saliae C(ai) l(ibertae) [-] [-]*

*bene me(renti);*

5 *in fr(onte) p(edes) XII in ag(ro) p(edes) X.*

*Have [e]t vale.*

Im. phot. a G. FILIPPI sumpta.

Notitia huius tituli primum invenitur in ephemeride *Il Messaggero. Cronaca di Rieti* d. 20 m. Nov. a. 1970; G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 170 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 1984, 276); M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 547 n. 75. - Cf. H. SOLIN, *Arctos* 22, 1988, 146 (= EUND., *Analecta epigraphica* 301).

Puncta triangularia.

3 *Saliae C(ai) l(ibertae) OMNES*; post haec verba rasuram quandam esse cogitat SOLIN. - 4 *beneme(renti) FILIPPI.* - 6 *have* vel potius *ave*; de locutione *have - vale* cf. praesertim G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 83-86.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim vel paulo post.

#### 8175 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et infra, ut videtur, fracta (26) × (20) × ?. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur affixa muro cuidam exteriori ad solis occasum versus ecclesiae parochialis S. Eutitii vici *Castel Mareri*, ubi PERSICHETTI et LUGINI descriperunt. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut potui ex scheda PERSICHETTI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

Fuit fere:



[-] *S]alv[-] [-]*

[-] [-] *O Salv[-] [-]*

[-] [-] *RO[-] [-]*

-----

Im. del. e PERSICHETTI repetita.

N. PERSICHETTI, *NS* 1897, 65; LUGINI, *Memorie storiche* 102 n. XXIV; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 547 n. 76; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 93 n. 6; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 276 n. 6 (*AE* 2008, 462).

Puncta triangularia sursum directa esse videntur.


[-] [-] *ALV[-] [-]* | [-] [-] *OSAV+[-] [-]* | [-] [-] *DO[-] [-]* LUGINI.

Praeter nomen gentilicium *Salvii* alia supplementa non temptavi.

Aetatis imperatoriae incertae.

#### 8176 tit. sepulcralis

Tabula lapidis calcarii ex quattuor partibus inter se non coniunctis fere composita in fronte paululum levigata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Rep. circ. a. 1920 prope locum *Grotta del Cavaliere* vel *Il macchione* nuncupatum haud longe a vico *Alzano*. In eodem vico servatur penes aedes privatas. Accessui clausam descripsi ut potui a. 2015 ex im. phot. quam comiter suppeditavit CESARE SILVI.



[D(is)] M(anibus) s(acrum).  
 [- - Se]cundae nu-  
 tri[ci .... Fro]ntonis  
 et Ro[- - ] et fili-  
 5 ae op[ti]m(ae), cogn[ato]  
 et adfinibus [suis]  
 Fortunatus v[ivus]  
 b(ene) m(erentibus) f(ecit).

Im. phot. a CESARE SILVI sumpta et ope machinae computato-  
 riae tractata.

Puncta nulla.

Non sine dubiis supplevit.

De nutricibus vide K. R. BRADLEY, *Slavery and Abolition* 8,  
 1987, 56–57 et praesertim CRISTOFORI, *Non arma virumque*<sup>2</sup>  
 536–544 cum amplissima bibliographia.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis  
 formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane  
 congruit.

## 8177 tit. sepulcralis

Rupes incisa titulo sepulcrali in fronte perquam adesa, cuius area titulo inscribendo destinata excavata supra fascia continua et ab utroque latere columna cum capitulo ornato insculpta cincta, 112,5 × 84,5; supra aream marginatam exstat tympanum in cuius media area insculptum est anaglyphum lunae accedentis (notandum in eadem regione in lucem esse detectos tit. nonnullos ad cultum deorum Mithrae Isidis Serapidisque pertinentes, scil. tit. n. 4109. 4110. 4112. 8151); infra sunt delphini bini vel etiam anguipedes et emblema quoddam, i. e. fortasse orbis solis. Litt. valde attritae 7,5–5,7. Servatur iuxta callem, qua ad saltum montis *Portella* itur, haud longe a vicis *Civitella* et *Pescorocchiano* prope viam, q. d. *Strada Provinciale*, sub n. 26 signatam, in regione *Busciari* appellata vel *Serpe* aut *Venarossa* vulgo nominata, ubi a. 2004 contuli.



Fig. α

[-] Sellusius C(ai) f(ilius) Cla(udia)  
 Secundus,  
 [- - Sel]lusio Secundo  
 [- - -?]+++RI+++[-4?]-  
 5 [- - - - -]  
 [-8?-]L[-4?-]I  
 - - - - -




Fig. β

Fig. α–β: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae.  
 ANTOLINI, *Iscrizioni* 159–166 n. AE8 cum im. phot. tab. XIII  
 fig. 2 et im. del. fig. 13 (AE 2004, 497). – Cf. G. FIRPO, *Riv.  
 Stor. Ital.* 117, 2005, 609; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67,  
 2005, 573. 575. 576; BUONOCORE, in *Tribù romane* 33.

Puncta triangularia.

Dedi non sine autem dubiis talem qualem edidit ANTOLINI.  
 – 4 + vestigia litt. incertarum; [frat]ri vel [pat]ri vel potius

[- - -]rio, i. e. nomen gentilicium, quod in [- - -]rius terminatur,  
 non excludit ANTOLINI.

Nomen gentilicium Sellusii quoque nominatur tit. n. 4104  
 et tit. n. 4169. 6351 Cliterniae repertis; de quo nomine fusius  
 disseruit ANTOLINI, *l. l.* 164–165.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. esse videtur.

## 8178 tit. sepulcralis

Tabula (vel cippus) ex lapide calcario supra fastigio prae-  
 dita, in quo caput vituli et rosa sunt insculpta, quod ana-  
 glyphum ad illos Italico sermone adhibito *fregi dorici*  
 nominatos pertinere videntur. Rep. a. 1898 casu et fortuito  
 in praedio domini *Pietro Di Rocco* haud longe a vico *Cor-  
 varo*, ubi LUGINI descripsit. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut  
 potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Im. del. e LUGINI repetita.

Tit. ita traditus est:

VERANA ▲ C ▲ F ▲  
 L ▲ TETTAEDIVS ▲ L ▲ F ▲ FILIVS  
 VNO ▲ DIE ▲ SEPVLTEI

Fuit fere:

*Verana C(ai) filia),  
 L(ucius) Tettaedius L(uci) filius), filius,  
 uno die sepultei.*

LUGINI, *Memorie storiche* 117 n. LXVII; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 93–94 n. 7; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 276–277 n. 7 (AE 2008, 463).

Puncta triangularia sursum directa esse videntur.

2 *Tettaedius* pro *Tettedius*, quod nomen hic solum memoratur (fusus invenies nomen *Tettedii*). De explanatione locutionis in exemplum *L. f. f.* vide imprimis O. SALOMIES, *Arctos* 27, 1993, 95–101, cum quo EGO quoque nunc consentio; contra, ex. gr., SESTON, *Scripta varia* 321–331 et S. PRIULI, *NS* 33, 1979, 340–341. Etiam vide M. G. ANGELI BERTINELLI, in *Scritti Mario Pani* 29–39. – 3 *sepultei* pro *sepulti*; de formula *uno die sepulti*, quam autem alibi non repperi, cf. ex. gr. illas *uno die mor(tui)* tit. huius Corporis vol. VI 17361, *uno die ... una hora decesier(unt)* tit. huius Corporis vol. VI 21889, *eodem die mortua* tit. huius Corporis vol. VI 5163, *uno die f(uncti)* tit. huius Corporis vol. X 7981; etiam vide M. VAVASORI, *Epigraphica* 69, 2007, 149–167.

Ex eo, quod vir et femina cognomine carent, saec. I ex. a. C. n. saltem titulus esse videtur, cui temporis forma punctorum et grammatica sane congruunt.

#### 8179 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta. Litt. affabre insculptae. Rep. loco incerto nescio quando. Servabatur in aedibus paroecialibus ecclesiae S. Mariae del *Sambuco* appellatae haud longe a *Fiamignano* sitae, ubi LUGINI descripsit. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

. . . VOLVSIV . . .

Fuit fere:

-----?

[- - -] Volusiu[s - - -]

-----

Im. del. e LUGINI repetita.

LUGINI, *Memorie storiche* 101 n. XXI; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 94–95 n. 8; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 277 n. 7 (AE 2008, 464).

Nomen gentilicium Volusii redit tit. n. 4133.

Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

#### 8180 tit. sepulcralis

Rupes 57 × 138 × 80 incisa titulo sepulcrali in fronte perquam adesa nec non lichenibus et musco pessumdata, cuius area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 35 × 29,5. Litt. valde attritae 3,4/2,1. Servatur in regione *Liscia* hodie nuncupata, haud longe a vicis *Pescorocchiano* et *Civitella* prope viam, q. d. *Strada Provinciale*, sub n. 26 signatam, ubi a. 2004 contuli.



Fig. α





Fig. β

*D(is) M(anibus).*

[-6?-]I[...]

[..]F[.]I[...]

*filio unīco,*

5 *parentes in-*

*felicissimi*

*fecerunt;*

*qui vix(it) ann(is)*

*II m(ensibus) XI d(iebus) XXII.*

Fig. α–β: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae.

S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244–247 cum im. phot. fig. 1 et im. del. fig. 2 (AE 2003, 569); EAD., *Iscrizioni* 167–170 n. AE9 cum im. phot. tab. XIV fig. 1–2 et im. del. fig. 14. – Cf. G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 609; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573.

Puncta triangularia.

De rara iunctura *filio unico* vide fontes ab ANTOLINI, *l. l.* collectos.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. vel paulo ante tribuerim.

#### 8181 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra, ut videtur, fracta. Rep. nescio loco incerto. Servabatur muro cuidam exteriori affixa a dextra portae maioris ecclesiae S. Pauli vici *Radicaro*, ubi LUGINI descripsit. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

. . . NIVS · L · F

. . . A . . . . .

Fuit fere:

[- - -]nius L(uci) f(ilius) [- - -?]

[- - -]A[- - -]

-----?

Im. del. e LUGINI repetita.

LUGINI, *Memorie storiche* 101 n. XXII; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 95–96 n. 9; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 278 n. 9 (*AE* 2008, 465).

Quomodo nomen, quod terminatur in [- -]n*ius*, recte sit restituendum, incertum est.

Aetatis primae imperatoriae esse videtur.

8182 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra et infra ut videtur fracta. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur muro cuidam exteriori affixa areae parvae aedium gentis *Silvi* in vico *Alzano* sitarum, ubi LUGINI descripsit. Ubi exstet, nescio. Descripsi ut potui ex scheda LUGINI a. 2007.

Tit. ita traditus est:

. . . FILIVS  
AVIA

Fuit fere:

-----  
[- -] filius  
[- -] AVIA  
-----

LUGINI, *Memorie storiche* 104 n. XXXI; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 96 n. 10; ID., *Epigraphica* 70, 2008, 278 n. 10 (*AE* 2008, 467).

Supplementa incerta manent. – 2 non est cur excludam, quin *avia* legendum vel etiam nomen, quod terminatur in *-avia*. Cuius aetatis sit, non definio.

8183 tit. sepulcralis

Rupes incisa titulo sepulcrali in fronte valde deturpato. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta 36 × 41. Litt., quae exstant, difficillimae lectu 3,9–3,1. Etiam hodie exstat a latere tit. n. 4161 (= 8173) eodem loco, quo DRESSEL vidit, proprie iuxta callem, qua ad saltum montis *Portella* itur, haud longe a vicis *Civitella* et *Pescorocchiano* prope viam q. d. *Strada Provinciale* sub num. 26 signatam, in regione *Busciari* appellata vel *Serpe* aut *Venarossa* vulgo nominata, ubi a. 2004 contuli.

[- - - - -]  
[- - - - -]  
[- - - - -]  
[- - - - -]  
5 vixit [a]n[n]i[s]  
XXX d(iebus) [- - -]  
[- - -]E[- - -]  
[- - -] fecer(unt).



Fig. alpha




Fig. beta

Fig. alpha–beta: Im. phot. et del. a SIMONA ANTOLINI sumptae.

M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 544 n. 60bis; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 92–93; ID., in *TEPΣIΣ* 116–117; ANTOLINI, *Iscrizioni* 137–139 n. AE4 cum im. phot. tab. IX fig. 2, tab. X fig. 1 et im. del. fig. 10. – Cf. DRESSEL, in commentario tit. n. 4161: “iuxta fuit alterum epitaphium quod evanuit totum”; G. FILIPPI, *QuadAEI* 8, 1984, 167; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 301, qui titulum non legit; S. ANTOLINI, *Epigraphica* 65, 2003, 244, 245; G. FIRPO, *Riv. Stor. Ital.* 117, 2005, 610; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573, 575.

Puncta distingui nequeunt.

Dedi non sine autem dubiis talem qualem edidit ANTOLINI. – 5 [- - -]AF[- - -] v(ixit) a(nnos) PEROTTI, FIRPO. – 6 [-] XX m(enses) IX [- - -] PEROTTI; [-]XX m(enses) IX [- - -] vel [-]XXX d(ies) X[-] FIRPO. – 7 [- - -]ES[- - -] PEROTTI, FIRPO. – 8 omisit PEROTTI; [f]ecerunt FIRPO.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adduci videtur.

8184 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata (57) × (85) × 49. Litt. valde attritae 5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa praedii rustici domini *Ludovico Morelli* prope vicum *Nesce* siti, ubi a. 2007 descripsi et im. phot. sumpsit.



-----  
vixit annorum L.

Im. phot. a M. B. sumpta.

Puncta triangularia.

Litterae ad saec. I a. C. n. labens adducunt.

## 8184a tit. fortasse sepulcralis

Tabula marmorea undique levigata superius et ab utroque latere fracta ex quinque partibus composita  $(25,8) \times (18) \times 3$ . Litt. 6. Rep. a. 1989 prope vicum *Pescorocchiano* in regione nuncupata *S. Silvestro di Nesce*. Servatur inde a m. Dec. a. 2016 *Corvaro* prope *Borgorose* in *Museo Archeologico Cicolano*, ut me certiores fecerunt ALESSANDRO BETORI et FRANCESCA LEZZI, quae titulum descripsit et im. phot. quoque sumpsit.



-----  
[- -]+[- -]  
[- -]ENI[- -]

Im. phot. a LEZZI sumpta.  
+ vestigium litt. incertae.  
Supplementum non temptavi.  
Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

## 8185 tit. fortasse sepulcralis

Tabula undique fracta ex qua materia nescio. Rep. ut traditur a. 1953 prope vicum *Nesce* in regione, q. d. *La Liscia*. Ubi exstet nescio. Descripsi ut potui ex scheda PIETRANGELI a. 2007.

Traditur:  
F. VX

PIETRANGELI, *Sabina* 85 adn. 75.


Supplementa non temptavi. – Illud VX ad vocabulum *uxor* pertinere videtur.

Ex eo, quod fragmentum repertum est eo loco, ubi in lucem est detectum anaglyphum ex marmore Lunensi saec. I a. C. n. labentis pugnam gladiatorum duorum exprimens [de quo anaglypho nunc servato Romae in museo nationali Romano in loco, q. d. *Aule delle Terme* (inv. n. 20001478) vide D. FACENNA, *Bull. Museo Civiltà Romana* 19 (= *BCAR* 76), 1956/58, 52. 61–62; D. BONANOME, in *Sculture* I 8, 2, 529–531 n. X, 17 cum im. phot.; R. PARIS, in *Anfiteatro Flavio*

128–129 cum im. phot. fig. 13; M. PAPINI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9, 19°, 2004, 199], colligi quoque potest hoc fragmentum ad illum anaglyphum pertinens fuisse. Res autem tota incerta manet.

## 8186 tit. sepulcralis Christianus

Tabula marmorea ex duabus partibus inter se coniunctis composita, a dextra fracta undique levigata  $24 \times (31) \times 2$ . A dextra, post verba *in pace* et signum crucis, exstant vestigia avis virgulam oleaginam rostro accipientis. Litt. impares ad actuarias transgredientes cornibus praeditae 5,5/4,2. Rep. saec. XX circ. medio sub praedio, q. d. *Piani di Vezzo*, haud longe a vico *Collorso* prope *Nesce* sito. Servatur in ecclesia paroeciali vici *Collorso*, ubi a. 2001 contuli.



*Vincentia*  
*in pace* ☩

Im. phot. a VINCENZO FIOCCHI NICOLAI sumpta.

V. FIOCCHI NICOLAI, in *Cultus splendore* 491–498 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 2003, 570); ID., *Cimiteri* 195–196 cum im. phot. fig. 158; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 22 n. 44. – Cf. A. R. STAFFA, *Xenia* 13, 1987, 45. 69; T. GIOVANNELLI, in *Valle del Salto* 101 cum im. phot. tab. I litt. A.

2 punctum triangulare insculptum.

Ex eo, quod tabula a dextra est imminuta, non excludo, quominus cognomen *Vincentia[nus]* vel *-na* legendum sit, quamquam, ut inter OMNES constat, hoc cognomen rarissimum in titulis memoratur. Etiam cf. tabulam Romae repertam *ICVR*, N. S. 13229, ubi legitur *Bincentia* | *in pace*, quae tabula non solum signo crucis et ave virgulam oleaginam rostro accipiente sed etiam anaglypho canistri pleni panum ornata est (de re universa vide FIOCCHI NICOLAI, *l. l.* 495–496); an canistrum plenum panum post cognomen *Vincentiae* in tabula quoque incisum erat. Attamen in dubio adhuc maneo, utrum tit. postea translatus in regionem Aequiculana in coemeterio Urbis effossus sit necne.

Ex litterarum anaglyphorumque forma saec. IV labenti p. C. n. tribuerim.

LXXXIX. CLITERNIA (*Capradosso* p. 394. 683). *Tribus Claudia*

4166 Cippus ex lapide calcario in fronte fissuris rimisque pesumdatum undique magna ex parte levigatus corona rotundata cum acroteris floralibus ornata et crepidine undique prominentibus praeditus  $95 \times 65 \times 25$ . Litt. affabre insculptae 5–3. Puncta triangularia. Servatur *Petrella Salto* humi iacens ante ecclesiam S. Andreae et aedes gentis

*Maoli*, ubi a. 2007 contuli una cum viro docto ANTONIO DI NICOLA, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008820–22).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3993; LUGINI, *Memorie storiche* 94–95 n. IV; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 548 n. 1



(etiam cf. p. 530); DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 96–97 n. 33. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; G. FIRPO, in *Magister* 55; EUND., in *Saxa Scripta* III 90; EUND., in *ΤΕΡΨΙΣ* 113; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270; BRANCATO, *Repertorium* II 94. 98; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 697.



Errores LUGINI omisi. – 1 *Arruntio* pro *Aruntio* non excludit M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139. – 5 *Viviri* vidi in lapide. – 6 *Legia* i.e. *Iegiae* (etiam vide tit. sequentem); Caius *Iegios* tit. Amiterninis n. 4182. 4477. 8308. 8309 quoque reperies (de raro nomine vide M. R. PICUTI, in *Valle di Comino* V 148 et O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 156). – 8 *optumis* pro *optimis*.

Seviros Augustales in titulis Cliterniae repertis memoratos recensui EGO in *ZPE* 108, 1995, 130 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 86); etiam vide R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 158.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

4167 Tabula ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata (30) × (38) × ?. Litt. profunde insculptae 6–5,5. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, nempe muro cuidam exteriori ecclesiae S. Mariae affixa in vico *Capradosso*, ubi a. 2007 contuli una cum viro docto ANTONIO DI NICOLA, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008823).

Exemplum repetiverunt M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 2 (etiam cf. p. 530); DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 97–98 n. 34 cum im. phot. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 697.

De seviris Augustalibus et nomine gentilicio *Iegii* vide supra ad tit., qui praecedit.

Litterae ad saec. I p. C. n. saltem adducunt.

4168 Tabula lapidis calcarii undique fracta ex quinque partibus inter se fere coniunctis composita in fronte levigata

(59) × (128) × circ. 22. Litt. affabre insculptae 9,5/3,5. Puncta triangularia. Servatur in vico *Staffoli* muro cuidam exteriori affixa aedium gentis *De Santis*, ubi a. 1987 et 2007 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008824–28).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4102; MICHAELI, *Memorie storiche* I 162 n. 119; LUGINI, *Memorie storiche* 95 n. V; BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 48–49 n. 24 cum im. phot. tab. XII fig. 3; FORA, *Munera gladiatoria* 153 n. 174; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 3. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; VILLE, *Gladiature en Occident* 189; G. FIRPO, in *Magister* 55; EUND., in *Saxa Scripta* III 90; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 14; G. FIRPO, in *ΤΕΡΨΙΣ* 113; WOHLMAYR, *Kaisersaal* 154; M. KAJAVA, in *Valle di Comino* II 69; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87. 96; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 270. 278; EUND., in *Ex adversis fortior resurgo* 35; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 697.



1 *C(aius) H(er)ennius Philo [V]ivir* suppleverim, quamvis cognomina ex. gr. *Philo[mus]*, *Philo[nicus]*, *Philo[genes]* excludenda quoque non sint. – 2 KAJAVA, *l. l.* respuit supplementum *Au[gustalis]* et mavult legere *AV[- -] E[- -] VI Augustalis* cet. nescio autem qua causa. – 3 in. *V[ir] MOMMSEN, et VI[ir] EGO* (vide infra). – 4 Q C “quid significet, nescio” MOMMSEN, *q(uadriduo) c(ivibus)* solverim (cf. tit. n. 4133, ubi nominantur ludi scaenici quadriduo). – 5 litterae minores additae sunt cum Caius Herennius Philo est mortuus; de locutione *vivere honeste* cf. M. MASSARO, in *Scritti Mario Pani* 303. – 6 *uxori* pro *uxori*.

Caius Herennius Philo, qui titulum posuit sibi, uxori Fulviae et Treb[- -] cuidam (de nomine Trebiae cogitaverim), fuit sevir Regio Lepidi iterum nec non Augustalis et sevir Augustalis Reate [de quo officio, nempe Augustali et sevir Augustali, cf. tit. Teatinum n. 6994 et Pisaurenses huius Corporis vol. XI 6361. 6373, de quibus cf. CRESCI MARRONE – MENNELLA, *Pisaurum* 273–274 n. 72, 299 n. 84; praeter R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 158, etiam vide, quae EGO scripsi in *ZPE* 108, 1995, 124. 130. 135 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 77. 93. 94)]. Munus cum quinque paribus gladiatorum a Caio Herennio Philone quadriduum editum esse videtur cum ipse Augustalitem iniit, quamquam non est cur excludam, quin munus funebre exhibuerit postquam Fulvia uxor et illa Treb[- -] vita excesserunt. De munificentia inter al. vide S. MROZEK, *Athenaeum* 50, 1972, 298; EUND., *Distributions* 26. 39. 70 n. 6. De re universa vide, quae scripsi in *Epigrafia anfiteatrale* cum bibliographia ampliore.

Ex litterarum forma et ex eo, quod Fulvia cognomine adhuc caret, primae aetatis imperatoriae esse videtur.

4169 = *ILS* 6542. Cippus ex lapide calcario marginibus dolatus in fronte passim deturpatus. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta. Litt. affabre

insculptae. Puncta in formam circuli redacta. Etiam hoc die servatur eodem loco vici *Capradosso*, quo DRESSEL recognovit, i. e. muro cuidam exteriori affixa loco edito turris campanariae ecclesiae S. Andreae dicatae, ubi contuli a. 2007 quatenus potui una cum amico ANTONIO DI NICOLA, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008829–31).

Exemplum repetiverunt R. GARRUCCI, *Bull. Arch. Napol.* 1859, 161 n. 7; MICHAELI, *Memorie storiche* I 135 n. 44bis; R. LANCIANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 3<sup>o</sup>, 4, 1879/80, 483–484 (= *id.*, *Acque* 271–272); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3994; LUGINI, *Memorie storiche* 93 n. I; H. ROMANIN, *Cenni storici e tradizioni popolari di Petrella Salto*, Rieti 1981, 13–14; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 4 (etiam cf. p. 522. 530); DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 75–76 n. 8 cum im. phot. – Cf. KUBITSCHK, *Imperium* 49; PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83. 145 (im. phot.); HUMBERT, *Municipium* 219; G. FORNI, *Epigraphica* 41, 1979, 149 (= *EUND.*, *Scripta minora* 276); COARELLI, *Lazio* 28; GROSSI, *Inselementi* 13; REGGIANI MASSARINI, *Santuario degli Equicoli* 65; M. F. PEROTTI, *Il Territorio* 5, 1989, 21; G. DI MATTEO, *Quad. Urb.* n. s. 55, 1997, 112, quae suspicatur, ut iam FORNI supra memoratus diiudicaverat, virum e Reate oriundum fuisse, qui Cliterniae tribui Claudiae per domicilii translationem postea ascriptus est; G. FIRPO, in *Magister* 55; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 103. 160; G. FIRPO, in *Saxa Scripta* III 90; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 117 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* I 273); G. FIRPO, in *TEΠΥΣ* 113; M. F. PEROTTI, in *Lazio & Sabina* III 128 cum im. phot. fig. 2; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; FORNI, *Tribù* S246; BUONOCORE, *Epigraphica* 70, 2008, 271; S. SISANI, in *Reate e l'Ager Reatinus* 62; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 21, 2010 (2011), 196. 245; *EUND.*, *Mem. Accad. Lincei* s. 9<sup>o</sup>, 27, 2011, 697. 700; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 289. 296; E. MELCHOR GIL, *Riv. Stor. Antichità* 43, 2013, 134.



5 DVVNVIRO ROMANIN. – 7 DECVRIS, 8 AN LUGINI, ROMANIN.

Titus Sellusius Caii filius Certus (idem nomen legitur in fistula plumbea infra n. 6351), qui annos septem et octo-

ginta natus excessit vita sine aere alieno (qua de iunctura vide *ThLL* I 5, col. 1076–1077 et M. S. BASSIGNANO, *Suppl. It.* 28, 2016, 370–372; etiam cf. tit. huius Corporis vol. VI 8012 (cf. p. 3853) = *CLE* 134 = *AE* 1991, 73, ubi laudatur Caius Gargilius Haemon Proculi Philagri divi Aug(usti) l(iberti) Agrippiani f(ilius) paedagogus idem l(ibertus) pius et sanctus qui vixit quam diu potuit sine lite sine rixa sine controversia sine aere alieno), fuit aedilis Reate et quaestor quartum (de quo officio vide PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 176–177 n. 261) et duovir Cliterniae; praeterea praefectus fabrum consulis bis et iudex selectus ex quinque decuriis (quo de officio vide S. DEMOUGIN, *Anc. Soc.* 6, 1975, 159–160 n. 23; EAND., *L'ordre équestre* 483 n. 25; S. EVANGELISTI, *ZPE* 207, 2018, 257–258). De nomine gentilicio Sellusii fusius disse-ruit ANTOLINI, *Iscrizioni* 164–165.

Ex litterarum forma et ex eo, quod locutio *Dis Manibus* sine compendiis scripta est alteri parti saec. I p. C. n. tribuendus videtur.


#### 4170 Desideratur.

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 5. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83.

*Privata* scil. *pecunia* dubitanter cogitaverim; *faciundos coeravit pro faciendos curavit* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 122).

Quominus aetatis liberae rei publicae exeuntis sit, non excludo.

4171 = I<sup>2</sup> 1831 (cf. p. 1047) = *ILS* 6012 = *ILLRP* 489 cum add. = DEGRASSI, *Imagines* 210. Cippus ex lapide calcario supra rotundatus, in fronte valde adesus et fissuris laesus, a tergo scaber 54 × 71 × 14. Litt. profunde insculptae 5–4 (cf. litteras L cum hasta paululum acclivi loco hastae libratae et S cum hastis eodem fere gradu paululum inclinatis). Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 2), ubi a. 1994 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* n. 61.40 et n. 934.VW.83; *neg. Sopr. Arch. Chieti* n. 8008; *neg. Mus. Nat. L'Aquila* n. 10790. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008832–34).



Exemplum repetiverunt MICHAELI, *Memorie storiche* I 164 n. 120; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4315; LUGINI, *Memorie storiche* 93 n. II; WARMINGTON, *Remains* IV 176–177 n. 32; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*<sup>5</sup> 467; V. ARANGIO-RUIZ, *FIRA*<sup>2</sup> III, 106i; ERNOUT, *Recueil*<sup>4</sup> 81; DE ROSALIA, *Iscrizioni latine arcaiche*<sup>2</sup> 52. 124–125 n. 44; E. RODRÍGUEZ ALMEIDA, *BCAR* 96 (1994/95), 175 cum Italica versione et im. del. fig. 1a; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 6; CHIOFFI, *Caro* 71 n. 87, cum alia bibliographia; KRUSCHWITZ, *Römische Inschriften* 72 n. 4; DE SANTIS, *Ager Aequiculanus* 98–99 n. 35 cum im. phot. – Cf. N. PERSI-

CHETTI, *RM* 27, 1912, 300; M. MORETTI, *Museo nazionale* 253; PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; MIGLIARIO, *Aspetti* 146; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 459 (= EUND., *Roman Questions* II 371); BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 271; M. CORBIER, *MEFRA* 128, 2016 (2017), 270 adn. 320.

5 *plostru* pro *plaustrum* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 144). – 6 *nequis* pro *ne quis* (cf. EAND., *l. l.* 119); *nequis* haud recte ARANGIO-RUIZ, *FIRA*.

Agitur de titulo ad servitutum itineris privati pertinente, quem in sermonem Italicum vertendum opinor hoc modo, scil. *Questo passaggio secondario è di proprietà di Tito Umbreno figlio di Gaio; vi si può passare a discrezione (del proprietario); ma che nessuno conduca bestiame o carri.* De iuribus praediorum vide CAPOGROSSI COLOGNESI, *Struttura* passim.

Litterae et grammatica ad saec. I medium a. C. n. saltem adducunt.

4172 Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa. Servari videtur *Pagliara* prope *Fiamignano* in aedibus privatis. Puncta triangularia sursum directa. Accessui clausam descripsi ut potui a. 2014 ex im. phot., quam mihi comiter suppeditavit architectus DOMENICO LUGINI. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016237–39).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4300; LUGINI, *Memorie storiche* 95 n. VI; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 549 n. 7. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; EUND., in *Valle del Salto* 87. 96; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 271. 278.



1 *Pesceniū[s]* lapis; pro *Pescennius* cogitat M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 139. – 2 *Hilarus* nunc lapis.

Ex forma litterarum punctorumque saec. I medio p. C. n. tribuerim vel paulo antea.

4173 Desideratur.

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 550 n. 8. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83.

3 *Murti[s]* pro *Myrti[s]* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128).

Aetatis imperatoriae incertae.

4174 Desideratur.


Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 550 n. 9. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83.

Ex eo, quod litterae magnae teste DRESSEL fuisse videntur, aetatis rei publicae labentis esse quoque potest.

4175 (add. p. 683) Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte passim scabra. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta. Litt. affabre insculptae. Puncta triangularia. Etiam hoc die servatur

eodem loco vici *Capradosso*, quo RICCOMANNI a. 1768 descripsit, i. e. muro cuidam exteriori affixa loco edito turris campanariae ecclesiae S. Andreae dicatae, ubi contuli a. 2007 quatenus potui una cum amico ANTONIO DI NICOLA, qui im. phot. quoque sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008835).

De traditione manuscriptorum vide G. PACI, *Atti Mem. Marche* 93, 1988, 82 n. 42 cum im. del. fig. 5. Exemplum repetiverunt RICCOMANNI, *ms.* p. 124; R. GARRUCCI, *Bull. Arch. Napol.* 1859, 161 n. 6; LUGINI, *Memorie storiche* 94 n. III; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 550 n. 10. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; BUONOCORE, in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 271; S. CENCI, in *Reate e l'Ager Reatinus* 112.



2 de forma casus dativi declinationis semigraecae cognominis feminini *Doticini* cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 119. 150. – 4 de cognomine *Marionis* vide ANTOLINI, *Iscrizioni* 144.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

4176 Desideratur (nam murus prope ecclesiam S. Andreae vici *Capradosso* situs, cui olim tabula affixa est, nunc totus fere corruit).

Exemplum repetivit M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 550 n. 11. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

6351 Fistula plumbea; area titulo inscribendo destinata 5 × 21. Litt. eminentes 2,7/2,4. Puncta inter syllabas vocabuli *Sellusi* signata (etiam cf. supra ad tit. n. 4028. 4039), in fine vestigium palmae. Servatur, ut mihi certiore fecit vir amicissimus GIUSEPPE CAMODECA, in *Mus. Arch. Naz. Neapolitano* (inv. n. 2674), qui im. phot. m. Mai. a. 2020 mihi officiose quoque misit.

Exemplum repetiverunt R. LANCIANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 3°, 4, 1879/80, 483 n. 441 (= ID., *Acque* 271 n. 441); LUGINI, *Memorie storiche* 96 n. VIII; M. F. PEROTTI, in *Fonti latine e greche* II 550 n. 12. – Cf. PIETRANGELI, *Sabina* 77. 83; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 117 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 273). – Cf. EUND., in *Valle del Salto* 87; EUND., *Epigraphica* 70, 2008, 271; EUND., in *Colons et colonies* 289.



De Tito Sellusio Certo vide supra ad tit. n. 4169. Nomen gentilicium Sellusii quoque tradit tit. n. 4104 in regione Aequiculorum repertus; de quo fusius disseruit ANTOLINI, *Iscrizioni* 164–165.

Saec. I labentis p. C. n. esse videtur.

## 8187 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata (61) × (81) × ?. Litt. affabre insculptae 13–9. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta, cuius vestigium supra tantum servatur. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat muro cuidam exteriori affixa in coemeterio vici *Capradosso*, ubi a. 2007 descripsi et im. phot. quatenus potui sumpsi.



[v(- -)] f(- -).  
[- -]tini L(uci) f(ili)  
-----

Im. phot. a M. B. sumpta.

Puncta triangularia sursum directa.

2 quomodo nomen in *-tinus* vel *-tinius* finiens recte sit restituendum, nescio (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*<sup>2</sup> 251–252. 283. 494. 495; O. SALOMIES, *Arctos* 32, 1998, 224); excludendum quoque non est, quin agatur de nominativo singulari breviato *-i(us)*, de quo vide J. KAIMIO, *Arctos* 6, 1970,

23–42, quae autem ratio scribendi in titulis imperatoriae aetati tribuendis saepius occurrit.

Ex eo, quod vir cognomine carere videtur, tit. post non multo primam aetatem imperatoriam tribuerim, cui temporis forma litterarum et iunctura ad exemplum *vivus fecit* vel *vivi fecerunt* vel similia in v. 1 compendiis exarata sane congruunt.

# INDICES

Titulos Christianos signo †.

*In hoc fasciculo solum indicem minorem praebeo: 'Nomina', 'Cognomina' et 'Imperatores domusque eorum'.  
Indicem generalem fasciculo quinto huius supplementi editurus sum.*

## I. NOMINA

*Litteris maiusculis scripsi nomina virorum mulierumque ordinis senatorii,  
minusculis inclinatis ea virorum ordinis equestris.*

- C. A(- - -) S(- - -) 7951  
T. A[- - -] C[- - -] 7734  
L. A[- - -] Sa[- - -] 7645  
[- A]burrius Secundinus 7952  
Q. Accaeus Borystenes 7766  
(Q.?) Accaeus Victor 7766  
[CN. ACERRONIVS - F. - N.] 7873 *Fasti* col. 11/12,5  
[-] Acesti(us) L. f. 7953  
[- Acest]i(us) C. f. 7953  
P. Acuvius Cadmus 7990  
P. Acuvius Communis 7990  
[- A]cuvius [Co]rinthus 7954  
L. Aebutio(s) V. l. 7859  
[SEX. AELIVS Q. F. L. N. CATVS] 7873 *Fasti* col. 9,11  
[L. AELIVS SEIANVS ?] 7873 *Fasti* col. 11,1  
[Q. AELIVS Q. F. TVBERO] 7873 *Fasti* col. 8,8  
M. AEMI[LIVS] 7873 *Fasti* col. 6,7  
[M. A]EMIL(IVS) LEP[ID]VS 7873 *Fasti* col. 4,6  
[M.] AEMILIVS M. F. L[EPI]DV[S] 7873 *Fasti* col. 4,5  
[M.] AEMIL[IVS] M. F. Q. N. LEPIDVS] 7873 *Fasti* col. 5,13;  
[M.] AEMI[LIVS] M. F. Q. N. LEPIDV[S] 7873 *Fasti*  
col. 5,16  
[M. AEMILIVS PAVLLI F. L. N. LEPIDVS] 7873 *Fasti* col.  
9,15  
Q. AEMIL[IVS] M. F. LEPIDVS] 7873 *Fasti* col. 7,12  
[-?] Aemilius - f. -] n. Lepid[us] 7955  
[L. AEMILIVS PAVLLI F. PAVLLVS] 7873 *Fasti* col. 9,3  
[M. AGRIPPA] A. L. F. 7873 *Fasti* col. 6,8; [M. AGRIPPA] L. F.  
7873 *Fasti* col. 7,4; [M. AGRIPPA] L. F. ?] 7873  
*Fasti* col. 8,7  
ALB(IA) C. F. SABINILLA C. F. 7956 Tit. A  
Albia Secunda [Pro]cilla 7987  
[.] Albinova[nus] Philoxenus 8119  
A. Aleius A. l. Nicephor 8130  
[P. ALFENV[S] P. F. VARV[S] 7873 *Fasti* col. 6,1  
[P. ALFENV[S] P. F. P. N. VARV[S] 7873 *Fasti* col. 9,7  
Alfia Sex. f. 7813 Tit. A col. II  
Ve. Alfio(s) Pu(bli) f(ili)os] 7641  
A. Allianus H. f. 8158  
M. Allidius Felix 7957  
Allidius Heliodorus 7958  
M. Allidius M. f. Pal(atina) Helius 7958  
M. Al(lidius) Q(uadratus) 7983  
M. A[l]li]dius C. f. Q[ua]dr]atu[s] 7916; [M. Allidius C. f.  
Qu]adratus 7914  
M. Aurelius **Allidius** [I]anuarius 7992  
Q. Allius M. [f.] Fab(ia) 7903  
[Amar]edia [- - -] 7959  
D. Ama[u(s)] S]ex. [f.?] 7862  
Ammia O. l. Chione 7703  
T. An[- - Pul]cher 7704  
T. Aninius Rufus 8125  
[-] Anna[- - -] 7705  
Ann[e]aea Q. l. Iu[c]und[a] 7824  
P. Annedius [- - -] 7689  
Annia N. l. Antic[- - -] 7817  
L. Annidius Hyginos 7695  
Q. Annius Q. l. Helen`us` 7646  
P. Annius P. l. Niceporus 7706  
[An]nia O. l. A+[- - -] 7647  
Anto]nius - - -] 8162  
[C. ANTONIVS M. F. M. N.] 7873 *Fasti* col. 5,17  
